00048716

THE
ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY
Town Hall, Bombay.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 15 June, 2016

EDRISII AFRICA.

افريقية

CVRAVIT

B 2291
A 4 11 38

IOANNES MELCHIOR HARTMANN

D. PHILOS. ET LINGG. ORIENT. IN ACADEMIA MARBVRGENSI P. P. O.

EDITIO ALTERA.

GOTTINGAE,

SVMTIBVS JO. CHRIST. DIETERICH

MDCCXCVI.

00048716

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

GVILIELMO IX.

HASSIAE LANDGRAVIO

PRINCIPI HERSFELDIAE

COMITI CATTIMELIBOCI, DECIAE, ZIEGENHAINAE,

NIDDAE, SCHAVMBVRGI ET HANOVIAE

RELIQ.

48716

PATRIAE PATRI OPTIMO

SCIENTIARVM ET ARTIVM

ALTORI MVNIFICO

SACRVM.

PRAEFATIO.

Non morabor Te, L. B. longa praefatione. Volumen, quod Tibi offertur, Commentationis de Geographia Africae Edriſiana, ante hos ipſos quatuor annos typis primum deſcriptae ac diuulgatae *a*), mox autem, quod vix ego homo inprimis nouus ſperare auderem, penitus diſtractae et diuenditae, editio eſt ſecunda, prima niſi omnino emendatior, certo tamen auctior. Mearum ſcilicet partium eſſe arbitratus, quam primum de noua editione mecum conuenerat bibliopola, *I. C. Dieterich*, vir honeſtus, non ſolum vitia delere typographica, in citatis numerisque inprimis moleſta, ſed et abſtergere naeuos et corrigere errores, qui, partim ex feſtinatione nimia, at tum temporis vix euitanda (nouem ſcil. menſes inſtituti leges ad conſcribendum libellum mihi concedebant), partim ex rerum variarum huc illuc occurrentium, inſcitia, quam in-

 genue

a) Comparuit ſ. t. Joannis Melchioris Hartmann, Nordlinga-Suevi, Commentatio de geographia Africae Edriſiana. In certamine literario ciuium Academiae Georgiae Auguſtae die IV. Junii CIƆIƆCCXCI. praemio a rege M. Britanniae Aug. conſtituto ex ſententia Ampliſſimi Ordinis Philoſophorum ornata. Gottingae typis Jo. Chriſtian. Dieterich, plag. 23. 4 maj.

genue fateri me nunquam pudebit, a me ipſo commiſſi in tractationem irrepſerant," ac omnino tractationem retractare. Quem in finem cupide et ſpei plenus, fore, vt a criticorum eruditione et ingenio, quae minus accurate ſciteque a me eſſent propoſita, emendarentur, ſcripta critica ſchedasque literarias perlegi; nec euentus ſpem fefellit; quare, qui cenſuram de prima libri huius editione fecerunt, viris doctiſſimis gratias perſoluo, quas poſſum, maximas, eosque ſimul rogatos velim, vt eodem candore de editione noua proponant iudicia ſua, eamque, ſi fieri poteſt, indulgentia eadem excipiant ſuisque obſeruationibus et augere et vſui communi, ad quem vnice adſpiro, magis etiam adcommodare velint.

Quid autem a me praeſtitum ſit in noua hac editione penes harum rerum peritos iudicium eſto. Noua enim quae acceſſerunt non omnia enoto; addo tamen, me excerpta Codicis Pariſienſis ex opere Edriſii integro et excerptum ex Codice Bodleiano, quod perhumaniter mecum communicauit, vir de literatura orientali inprimis meritiſſimus, C. F. *Schnurrer*, Profeſſor Tubingenſis Cl. ſuo quolibet loco vna cum verſione latina inſeruiſſe; reſtituenda enim videbantur Edriſio, quae Edriſii ſunt. Omnino autem quid praeſtandum fuerit, *libri Conſpectus*, quem iam addo, lectores edocebit.

I. Praemiſi indicem ſubſidiorum, qui in conſcribendo hoc libro me adiuuerunt; et

II. Commentatiunculam, quae de Edriſio, eius patria, geographia vniuerſali &c. exponit. Iam rem ipſam adgreſſurus, exhibui

III. Praemonenda; de Edriſii Africa in vniuerſum p. 1-10. vbi

§. 1. Notitia Edriſii de Africa p. 1-6.

§. 2. Nomina *Marium*, quibus omnis fere Africa circumcincta eſt, p. 6-10. Subſequitur

IV. Africae deſcriptio, III. Section. abſoluta; p. 11 —

A) Sectio I. *Nigritarum* Terram complectens, offert

א) Praemonenda, p. 11-27 vbi

a) et b) de origine Nili et Nigri fluminum p. 11-24.

c) de *aëris temperie* p. 24.

d) de *terrae bonis* p. 24-26.

e) - h) de *victu, armis, aedificiis* et *ornamentis* incolarum Nigritiae, p. 26 denique

i) de incolarum huius terrae origine ſermo habetur, p. 27-28.

ב) Praemonenda ſequitur ipſius Terrae delineatio; ſcil. deſcriptio

I) Terrae *Mekzara*, p. 28-36. et quidem

α) relatio de Inſula *Ulil* p. 28-31.

β) de regno *Tocrur* p. 32-36.

II) Terrae *Lamlam* p. 36-40.

III) Vrbis quondam, hodie ciuitatis, *Audagoſt* p. 40-41.

IV) Terrae *Gana* p. 41-47.

V) Terrae *Vankara* p. 47-55.

VI) Regni *Cucu* p. 55-62.

VII) Terrae *Begama* p. 62-63.

VIII) Terrae *Canem* p. 63-65.

IX) Terrae *Zagarae*, mel. *Zagavae* p. 66-68.

X) Terrae *Tagua* p. 68-70.
XI) Terrae *Nuba* p. 70-76.
XII) Populi *Albanin.* p. 76-77.
XIII) Terrae *Boga* p. 78-81.
XIV) Inſulae *Suachen* p. 81.
XV) Terrae *Habaſch* p. 81-94.
XVI) Montis *Mandeb* p. 94-95.
XVII) Terrae *Barbara* p. 95-97.
XVIII) Terrae *Caſrorum* p. 98-100.
XIX) Terrae *Zengitanae* p. 100-103.
XX) Terrae *Vakvak* p. 103-109.
XXI) Terrae *Sofala* p. 109-114.
XXII) *Inſularum maris Omanici* p. 114-120.

B) Sectio II. Africam ſeptentrionalem et Africae meridionalis particulam complectens, p. 121-322. Praemittit p. 121-126 de diuiſione huius ſectionis in partes quinque, quarum

I) Terram *Sahara* (i. deſertam) deſcribit; p. 127-139. Capita huius partis ſingula exponunt

a) de familia *Lamtuna* et *Senhaga* p. 127-132.
b) de Deſerto *Lamtuna* p. 132-133.
c) de populo *Vareklan* p. 133-135
d) de Terra *Vadan* p. 135-136
e) de Terra *Fezzan* p. 136-138
f) de Terra *Cavar* p. 138-139.

II) Regionem *Sus al akſa* adumbrat, p. 140-144.
III) Terram *Barbara* deſcribit, p. 145-201.
IV) De *Occidentis medii* Terra exponit, pag. 202-247.

V) *Afrikiae* (olim Afric. propr. ſic dict.) deſcriptionem continet, p. 248 - 310. Quibus quinque partibus add. ſexta, quae ſcil.

VI) De *Inſulis maris Atlantici* verba facit, pag. 310 - 322.

C) Sectio III. Continet *Aegypti*, tum *Inferioris*, tum *Superioris* deſcriptionem, p. 323 ſq. Capita huius ſectionis haec:

I) Praemonenda, p. 323 - 327 vbi exhibet

§. 1. *Nomen Aegypti* p. 324.

§. 2. Aegypti *Fines* et *Ambitum* p. 324 - 327.

II) *Aegyptus Inferior*, p. 327 - 462 vbi §§.

§. 3. De *Nilo*, p. 327 - 329.

§. 4. *Canales*, p. 330 - 334.

§. 5. *Lacus* et *Inſulae*, p. 334 - 343.

§. 6. *Terrae prouentus*, p. 343 - 346.

§. 7. Vrbis *Alexandriae* deſcriptio p. 346 - 363.

§. 8. Vrbs *Foſtat* eiusdemque confinia, pag. 363 - 380.

§. 9. Obſeruationes generales p. 380 - 381.

§. 10. Iter ab vrbe ... ad ... p. 381 - 387.

§. 11. Iter ab vrbe *Mesr* ad *Tennis* p. 387 - 388.

§. 12. Itinera aliquot, p. 388 - 394.

§. 13. Brachium *orientale* Nili infra *Antuhi* diuiſi; ſ. Iter ab *Antuhi* ad *Damaſis* p. 394 - 401.

§. 14. Brachium *occidentale* Nili infra *Antuhi* diuiſi; ſ. Iter ab *Antuhi* ad *Damaſis*, p. 401 - 403.

§. 15. Iter a *Damaſis* ad *Tennis* p. 404 - 407.

§. 16. Iter a *Damaſis* ad *Tennis* per Canalem maximum, p. 407-416.

§. 17. Iter ab vrbe *Meſr* ad vrbem *Damiat* p. 417-421.

§. 18. *Loca* quaedam *mediterranea* pag. 421-425.

§. 19. Iter ab vrbe *Meſr* ad vrbem *Alexandria* p. 425-431.

§. 20. Iter ope Canalis orientalis prope *Al Sinam* originem ſuam habentis; ſ. Confinia vrbis *Raſchid* p. 431-434.

§. 21. Iter a *Samdiſe* ad *Raſchid*, p. 434-436.

§. 22. Iter a *Raſchid* ad *Alexandriam*, pag. 436-438.

§. 23. Iter ab vrbe *Meſr* ad vrbem *Segelmeſa* pag. 439.

§. 24. Iter ab vrbe *Meſr* ad vrbem *Bagdad*, p. 439-440.

§. 25. Iter ab vrbe *Meſr* ad vrbem *Iatſreb* p. 440-446.

§. 26. Iter ab vrbe *Meſr* ad vrbem *Mecca* p. 446-462.

II) *Aegyptus ſuperior*, pag. 463. — Capita huius partis haec:

§. 27. *Nomen* Aegypti ſuperioris, p. 463-464.

§. 28. *Ambitus* &c. Aegypti ſuperioris, pag. 464-467.

§. 29. *Fluuius*, *Canales* et *Lacus* Aegypti ſuperioris; p. 467-473.

§. 30. *Montes* Aegypti ſuperioris, p. 473-478.

§. 31.

§. 31. *Terrae bonaſ Mercatura*, p. 479-480.
§. 32. *Monumenta antiquitatis*, p. 480-485.
§. 33. Deſcriptio *al Vâhâtarum*, p. 485-497.
§. 34. *Topographia* Aegypti ſuperioris, pag. 497 — Tandem adiecti ſunt
V. Indices.

Expoſita iam capitum, in libro noſtro pertractatorum, ſumma, reſtat, vt pauca dicam de orthographia, quam equidem ſequi conſtitui, deque textus arabici citandi methodo mea. Quum ſcilicet inter viros doctos nondum ſit de lege normaque literarum arabicarum latinis characteribus exprimendarum conſenſus amicus, neceſſe videtur, vt de ea quam ipſe ſecutus ſum, lectores edoceam. Id quod expediri paucioribus nequit, quam ſi alphabetum arabicum, quantum ſcilicet opus, cum latino confero. ث itaque reddam per *tſ* (Anglorum eſt *th*;) ج in textu quidem per g; in Indice autem geographico per *dſch*; ح per h; خ per ch; ذ per d; ز per z; ش per ſch; ص per ſ; ض per d; ط per t; غ per g; ك denique per c. —

Quum quauis pagina plus ſemel Edriſii opus neceſſario excitandum ſit, textus autem arabicus paginarum numeris deſtitutus, excitari nequeat, pace Lectorum verſionem Sionitae excitabo; ea tamen exceperim loca vbi emendatio textus vel obſeruatio ad textum originalem ſpectans, proferenda eſt; ibi Clima, deinde ſectionem denique inde a ſectionis initio paginam numerabo. Dolendum ſcilicet, haud raro textum arabicum affectum videri et operarum

mendis

mendis multis in locis ſcatere. Interdum auſus ſum hocce in libro emendationes qualescunque etiam tentare; ſaepius autem detegere errores, remedium adferre non potui. Errores operarum ſaepe adeo manifeſti ſunt vt facile incurrant in oculos [quae forſan cauſa fuit, quae Reiskium *b*) in contrariam partem abripuit]; ſed in nominibus propriis vrbium, oppidorum &c. errores, qui occurrunt, deſtitutus ſubſidiis indicaui ſaepius quam correxi.

Haec habui, B. L. quae dicerem. Caeterum nihil magis in votis habeo, quam vt hoc commentario non nihil luminis, geographiae Africae ſim allaturus. Vale, B. L. et conatibus meis faue.

Dabam Marburgi Cattor. III. Cal. Jul. a. MDCCXCV.

b) Vid. Reiskii Prodidagm. p. 228. vbi haec: "Satis emendate pro libro certe arabico typis edito, proſtat; et immerito queruntur viri docti de vitiis impreſſionis." Sed ſibi non conſtat Reiskius; T. II. enim in not. ad Abulfedae Annal. Moslem. p. 764 ita ſcribit: "Quamuis eius (Geogr. Nub.) hoc quoque habet: tamen eius autoritas ſuſpecta queat haberi, quum in eius editione nomina locorum vehementer corrupta ſint.". Vere itaque Casiri l. c. Tom. II. pag. 13 ita iudicauit: "Ad Arabicam et Latinam editionem quod attinet, ſuis vtraque vitiis haud caret. In illa locorum nomina interdum corrupta eaque punctis diacriticis deſtituta paſſim occurrunt; in hac non pauca regionum et vrbium vocabula adeo deformata reperias, vt ſaepius nec arabice nec latine ſonent &c. Vere quoque Sionita in praefat. verſ. praemiſſ. p. 1. inter alia habet haec: . . . opus hoc tam ſcribae inſcitia quam typographi incuria mendis conſperſum &c. cf. *idem* p. 2.

LIBRI IN SVBSIDIVM VOCATI. c)

Librorum, qui in conſcribendo hocce libro praeſto fuerunt, antequam rem ipſam adgredimus, indicem adiiciamus, non vanam eruditionis gloriam captaturi, ſed ne lectores ignorent fontes, e quorum auctoritate fides dictorum pendet, neue editionum diuerſitate forte decipiantur.

I. Ex *autoribus arabicis* ad manum fuerunt:

a) كتاب نزهة المشتاق ۞ في ذكر الامصار ۞ والاقطار ۞ والبلدان ۞ والجزر ۞ والمدين ۞ والافاق ۞ Titulus eſt geographiae Edriſianae, quae lucem publicam vidit Romae 1592. 4. In locum huius tituli mox alium ſuffecit bibliopola, vti paullo poſt videbimus. Cf. infra Comment. §. 9.

b) *Geographia Nubienſis* id eſt accuratiſſima totius orbis in ſeptem Climata diuiſi deſcriptio, continens praeſertim exactum vniuerſae Aſiae et Africae

c) Quum hoc potiſſimum curae mihi eſſet, et, vt puto, eſſe deberet, vt, quantus eſſet Edriſio cum caeteris Arabum geographis autoribus recentioribus, conſenſus vel diſſenſus, perſpicerem, atque adeo vnusquisque fere verſus teſtimonio aliorum, ſiue antiquiorum, ſiue recentiorum auctorum fulciendum aut labefactandum viderem, citationes non potuerunt non in ingentem numerum excreſcere, neque taeduit me earum plurimas margini adſcribere, vt Lectores euoluendis autorum locis tempus ne abſumerent, aut, libris ipſis deſtituti, de dictorum probitate vel dubii haererent vel, quod Deus auertat, mea autoritate freti, in errores abriperentur.

Africae rerumque in iis hactenus incognitarum explicationem. Recens ex Arabico in Latinum verſa a Gabriele Sionita Syriacarum et Arabicarum literarum Profeſſore atque Interprete Regio, et Joanne Hesronita earundem Regio Interprete, Maronitis. — Pariſiis ex Typographia Hieronymi Blageart prope Collegium Rhemenſe, mdcxix. Cum priuilegio Regis. — Vid. infra Comment.

Abulhassan Ali, Ebn al Khair, Ebn Ali, Ebn Abderrhaman, Ebn Abdallah, Ebn Masud el Hadheli cognom. Cothbeddin vulgo Masudi. Edidit librum hiſtoricum, quem in honore habent Arabes maximo ſ. t. مروج الذهب ومعادن الجوهر (i. *prata aurea et fodinae lapidum pretioſorum*). Floruit ſec. X. denat. Kahirae a. Heg. 346 (p. C. 957). Hiſtoriam hanc, quam vocant, vniuerſalem, vt illuſtratet, paſſim notas geographici argumenti adiecit. Opus ipſum arabicum nunquam vidi (typis enim nondum deſcriptum eſt): vſus autem ſum excerptis, quae ex illo nobiſcum communicauit de Guignes, vid. Notices et Extraits des Manuſcrits de la Bibliotheque du Roi &c. T. I. Paris 1787. 4. pag. 1 - 67.

Abdollatiphi Compendium Memorabilium Aegypti. Arabice. E Codice Mſo. Bodleiano edidit D. Joseph White &c. praefatus eſt Henr. Eberh. Gottlob Paulus &c. Proſtat Tubingae apud Jo. Ge. Cotta. mdcclxxxix.

Abdollatif fil. Joſeph, fil. Mohammed, Bagdadenſis, floruit ſub Chalifa Bagdad. Alnaſer Ledinilla

regn.

(regn. Aln. Led. a Heg. 575-622; Chr. 1180-1225), Aegyptum ipſe adiit et fideliter tum quae ipſe vidit, tum quae ab aliis audiuit (viſa autem ab auditis probe diſtinguit,) adnotauit retulitque. Compendium eius eſt liber optimae notae. Vid. Allg. deutſche Bibl. T. 96. p. 520.

Mohioddin Abu Mohammed Abdolvahed Ben Ali Temimaei, Maroccenſis, A. H. 581. (Chr. 1185) natus. Compoſuit Hiſtoriam Arabum Africam et Hiſpaniam tenentium, et ad illuſtrandas quasdam res hiſtoricas, breuem geographicam et Hiſpaniae et Africae deſcriptionem adiecit. Deſcriptionem Hiſpaniae typis deſcribi curauit Rinck (vid. paullo poſt Abulfedam nr. 7); deſcriptionem Africae autem idem mecum communicauit et, vt in vſus meos conuerterem lubentiſſime permiſit.

Schehaboddin Abu Abdallah Jacut Ibn Abdallah Alhamvi. Compoſuit كتاب معجم البلدان (*Lexicon regionum*). Saepius laudaui huncce autorem et excerpta ex eius opere praeclara, quae nobiscum communicauit A. Schultens in Indice geographico, in vſum meum conuerti. Vid. Bohaddini vita Saladini &c. Ar. et Lat. cura A. Schultens. Ad calcem adiecit editor praeclariſſimus Excerpta ex Abulfeda et Indicem geographicum. De Jacuto autem vidend. Koehler in Repertor. f. b. u. m. L. T. II. p. 34 ſq.

Zeineddin Omar, Ebn Abil Modhaffer, cognom. Ibn Al Vardi, floruit circa a Heg. 630 (Chr. 1232). Liber, quem compoſuit, in rubro habet: خريدة العجايب (i. *Vnio miraculorum*). Continet Geographiam et Hiſtoriam naturalem. de Guignes

non

non niſi obſeruationes geographicas excerpſit et nobiscum communicauit. Vid. Notices et Extraits &c. Tom. II. p. 19-60. Praeter excerptum geographicum, quod ad calcem Tab. Syriae exhibuit KOEHLER, arabice et latine *Lundae* et *Vpſaliae* in lucem prodierunt ex opere hoc cosmographico particulae plures. Huc pertinent ex iis duae tantum

a) Particula ex opere cosmographico Ibn al Vardi latine verſa et notis illuſtrata a CAR. AURIVILLIO. Vpſal. 1752. Vid. C. AURIVILLII Diſſert. &c. cum praefatione Jo. DAV. MICHAELIS, Gotting. 1790. 8. p. 41-73.

b) Ex iis, quae *Lundae* prodierunt, *ſexta* medio menſe Maii anni 1789 ſub Praeſidio M. ANDR. HYLANDER in lucem emiſſa, partem aliquam Terrae Nigritarum adumbrans, huc quoque pertinet. Vid. infra Comment. §. 10.

ALMALEK ALMOWAJJAD ISMAIL cognom. ABULFEDA nat. Damaſci a H. 672 (Chr. 1273), denat. l. a H. 732. l. 733. (Chr. 1331. l. 1332). Plurima edidit ſcripta, diligentiae ac eruditionis ſummae ſpecimina praeclara,

I) تقويم البلدان (Canon geographicus). Geographiam hancce vniuerſalem, Tabb. 24 comprehenſam ad finem perduxit a. H. 721. (Chr. 1321). Maxima pars huius Canonis nondum typis deſcripta eſt. Conſului autem quaecunque eorum lucem viderunt publicam. Sunt haec:

a) Abilfedae opus geographicum. Ex arabico Latinum fecit Jo. JAC. REISKE. Extat in A. F. Büſchingii Magazin für die neue Hiſtorie und

und Geographie Tom. IV. p. 121-298 et Tom. V. p. 299 ſq.

b) Chorasmiae et Mawaralnahrae, hoc eſt regionum extra fluuium Oxum deſcriptio, ex Tabulis Abulfedae Ismaelis, Principis Hamah, (Arab. et Latin.). Londini cIↄIↄcL. 4. (Editor Jo. Gravius, vt ex dedicatione liquet).

c) Deſcriptio Peninſulae Arabum et Aegypt. edid. Jo. Gagnier. fol. opus imperfectum.

d) Abulfedae Tabula Syriae cum excerpto geographico ex Ibn al Vardii Geographia et hiſtoria naturali. Arabice primus ex ſcriptis Codicibus edidit, latine vertit, notis explanauit Jo. Bernard Koehler &c. acceſſere Jo. Jac. Reiske animaduerſiones ad Abulfedam et Prodidagmata ad Hiſtoriam orientalem. Editio ſecunda, priori emendatior. Lipſ. MDCCLXXXVI. 4 maj.

e) Abulfedae deſcriptio Aegypti, Arabice et Latine. Ex Codice Pariſienſi edidit notas adiecit Jo. Dav. Michaelis, Gott. 1776. 4 min. *d*).

f) Abulfedae Africa. Curauit Jo. Godofredus Eichhorn. Gottingae cIↄIↄccxci. 8. *e*)

g) Abul-

d) Adde, ſi placet, obſeruationes criticas, quas nuper admodum congeſtas Eichhorn Allgemeine Bibl. der bibl. Literatur Tomo V. pag. 569 ſq. inſerui.

e) Obſeruationes criticas, i. e. editionis Eichhornii cum Codice Pariſienſi, quem a manu Michaelis deſcriptam aſſeruat Bibliotheca Gottingenſis, comparationem a me inſtitutam, vid. in Eichhorn Allgem. Bibl. der bibl. Literatur T. IV. p. 520-622. Cf. Fr. Th. Rinck's Zuſätze, Varianten und Verbeſſerungen zu Abulfedae Africa, in: Memorabilien &c. St. V.

g) Abulfedae Tabulae quaedam Geographicae et alia eiusdem argumenti ſpecimina e Codd. Bibl. Leidenſis nunc primum edidit Frid. Theod. Rinck. Lipſiae cIↄIↄccLXXXXI. 8.

II) Compoſuit opus aliud, quod inſcripſit المختصر في احبار البشر (Compendium Hiſtoriae hominum). Conſului verſ. lat. ſ. t.

Abilfedae Annales Moslemici Latinos ex Arabicis fecit Jo. Jac. Reiske, Lipſ. 1754. 4. et edit. arab. et lat. quam ex Mſſ. Reiskii ed. Jo. Ge. Christian. Adler. Hafniae 1789 ſq. 4 maj.

Philoſophus autodidactus ſiue Epiſtola Abi Jaafar, Ebn Tophail de Hai Ebn Yokdhan, Arab. et Lat. cura Ed. Pocockii. Oxon. 1700. 4. Vixit Ebn Tophail in fin. ſec. XII. Laudaui eum infra pag. 108.

Abdorraschid Ebn Saleh, Ebn Nuri cognom. Jacuti, melius Bakui, compoſuit et ad finem perduxit a H. 816 (Chr. 1413) كتاب تلخيص الاثار وعجايب الملك القهار (*Expoſitio rerum memoria dignarum et miraculorum Omnipotentis*). More Edriſii opus ſuum in Climata diuiſit; praeclara interdum dat praeſidia, interdum vero nugatur. de Guignes opus hoc omiſſis tamen rebus fabuloſis in linguam gallicam conuertit; vid. Notices et Extraits &c. Tom. II.

Macrizi Hiſtoria regum Islamiticorum in Abyſſinia. Interpretatus eſt et vna cum Abulfedae Deſcriptione Regionum Nigritarum e Codd. Biblioth. Leidenſis arabice edidit Frid. Theod. Rinck &c. Lugduni Batauorum cIↄIↄccLXXXX. 4.

Macrizi nat. a. H. 769. (Chr. 1367) den. forte a. H. 840 (Chr. 1436); autor nonnunquam quidem ſuper-

ſuperſtitioſus, maxima tamen ex parte fidus, et ab omni ornatu orientali alienus, breuitatisque praecipue ſtudioſus.

Specimen Arabicum continens deſcriptionem et excerpta Libri Achmedis Teifaschii de gemmis et lapidibus pretioſis, quod ſub auſpiciis D. O. M. praeſide patre Sebaldo Ravio &c. die xvii. Junii publice defendet filius Sebaldus Fulco Ravius Ciuis Traiectinus, Auctor. Traiecti ad Rhenum MDCCLXXXIV. 4.

Teifaſchius patriam habuit vel vrbem totius Aegypti primariam, *Kahirâ*, vel oppidum *Kaiſ*, (quod memorat Edriſius noſter infra p. 498. Additum enim habet cognomen التيفاسي. Fuit gemmarius et ex inſpectis regum Orientis theſauris haud exiguam doctrinae gemmariae cognitionem ſibi acquiſiuit. Quo tempore inclaruerit ad amuſſim definire non eſt in procliui; illud autem certum eſt, eum ſeculo XIII. non eſſe ſuperiorem.

Jo. Leonis Africani Africae Deſcriptio IX libris abſoluta. Lugd. Bat. apud Elzevir (T. I. II.) 1632, 12.

Leo, natione Granatenſis, patria per Ferdinandum et Eliſabeth Hiſpaniarum Reges expugnata in Barbariam profugiens Feſſae literis arabicis operam dedit, quibus vti et libris a ſe editis clarus euaſit. Non agnouit ergo vrbem Fas patriam ſuam, licet ex nomine, quod impoſitum illi fuit, ſcil. الحسن بن محمد الوزان الفاسي, hoc aliquis forſitan coniiceret. Partim ſponte, partim principum nomine ſaepius legationis munere functus magnam Europae Aſiaeque maximam Africae partem perluſtrauit, huiusque memorabilia Arabice conſcripſit. Poſtremo a piratis

 ad

ad inſulam Zerbi captus Romamque perductus Leoni pontifici eius nominis Decimo dono datus eſt: qui hominem Geographiae peritum humaniſſime excepit, et poſtquam cognouerat, eum celebre opus de Africae Topographia conſcripſiſſe atque circumferre ampliſſima penſione ditauit, tandemque ad Chriſti fidem pertractum, impoſito illi in fonte Baptismatis nomine, Joannem Leonem appellauit. Poſt haec Romae aliquot annis remanſit, vbi Italicam linguam edoctus, conſcriptum arabico idiomate opus vertit. Latine verſum opus laudatum emiſit Joannes Florianus. Vid. editionem operis huius, quae lucem vidit Antverpiae MDLVI. et ibi Dedicat. Jo. Floriani Interpretis ad D. Melch. Schet. Corvin. — De aetate, quo vixit et floruit Leo, nullum dubium oritur. In fine deſcriptionis Africae enim ipſe de ea memoriae haec prodidit: "Haec ſunt, quae memoranda et cognitione digna, ego Joannes Leo in vniuerſa Africa tum vidi, tum obſeruaui; quam penitus omni ex parte circumdedi; et quicquid in ea memoratu dignum obtigit, vt vidi, ita diligenter continuo in ſcripta retuli; et quae non vidi, a viris fide digniſſimis, qui ea conſpexerant, mihi ad plenum declaranda procuraui, ac deinde occaſionem nactus, has meas vigilias in vnum volumen redegi. Romae Anno reſtitutae ſalutis MDXXVI. v Idus Mart. — Deſcriptionis Africae Joannis Leonis Granata oriundi et in Barbaria educati, Finis." De libelli eius praeſtantia inter omnes ſatis conſtat. Libellus (olim dicta enim repetere me non poenitet) eſt aureus: quo ſi caruiſſem lumine quaſi quam ſaepiſſime caruiſſem.

SCHEH-

Schehabeddin Ahmed al Mokri al Faſſi. Compoſuit Excerpta memoria digniſſima ex hiſtoria vniuerſali ſub tit. كتاب الجمان من مختصر اخبار الزمان

Schehabeddin Almokri patriam habuit vrbem Fés floruit ſec. XV: librum compoſuit, vt videtur, ante annum 1550. Excerpta ex eius opere debemus doctiſſimo Silvestre de Sacy; vid. Notices et Extraits Tom. II. p. 124-164.

Scheich Schemseddin Mohammed ben Abilsorur Albakeri Alsadiki, conſcripſit libellum optimae notae; hiſtoriam ſcil. Aegypti et vrbis Kahirae, ſub tit. الكواكب السايرة في اخبار مصر والقاهرة.

Floruit Sorur vel Sadiki circa ann. Chr. 1596 vel 1597. Liber hiſtoricus, cuius titulum vixdum adſcripſimus, compendium eſt, quod ipſe Sadiki confecit. Conſcripſit Chronicon, ex quo Silvestre de Sacy maximam partem in linguam gallicam conuerſum nobiscum communicauit. Vid. Notices et Extraits &c. Tom. I. p. 163-280 *f*).

a) Hiſtoria Compendioſa Dynaſtiarum autore Gregorio Abul Pharajio, Malatienſi Medico, hiſtoriam complectens vniuerſalem, a mundo condito, vsque ad tempora authoris res Orientalium accuratiſſime deſcribens. Arabice edita et Latine verſa ab Eduardo Pocockio &c. Oxoniae MDCLXIII. 4.

b) Ed. Pocockii Specimen hiſtoriae Arabum &c. Oxon. 1648. 4. Particulam ex Abulfaragio continet.

Eſt ni fallor autor huius operis idem, quem Vansleb in Relat. nouv. ſaepius laudat (e. g. p. 63. 83 &c. verſ. germ. p. 164. 174) et cuius opus hiſtoricum ex Aegypto ſecum reportauit. Forte exemplar, quo vſus eſt Silvestre de Sacy idem eſt, de quo Vansleb l. c. p. 74 ita refert: Je l'ay tiré (ſc. liſte trés exacte de tous les Pacha &c.) d'un très exacte Hiſtorien Arabe, appellé *il Serrur*, que j'ay apporté de l'Egypte.

tinet. Notas addidit Pocockius doctiſſimas et tanti pretii, vt linguae et hiſtoriae Arabum ſtudioſus hoc libro carere nequaquam poſſit. Reiskii ipſius iudicio Liber eſt incomparabilis.

Alfragani elementa aſtronomica, cum Commentario Jacobi Golii, Amſtelod. 1669. 4. Non tam Alfragani quam potius Commentarii a Golio conſcripti cauſa hunc librum volutaui, et raro euenit, vt euentu fruſtrarer.

Bibliotheque orientale, ou dictionaire vniuerſel &c. par Mr. d'Herbelot. A Paris, mdcxcvii. fol. (vel ed. II. Vol. IV. a la Haye 1778. 4.)

Multa congeſſit Herbelotus ex ſcriptoribus arabicis, quae ſpectant ad Hiſtoriam, geographiam et Literaturam orientalem; ſed caute adhibendus eſt; non ſolum enim lacera dat fere omnia, ſed, vt facile fit in tali opere, ſaepius excerpta male ordinat, autoresque inter ſe commiſcet. Nec tamen taeduit me eum manibus terere; illi enim, quantum debeam, vix dici poteſt.

Jacobi Golii Lexicon Arabico-Latinum contextum ex probatioribus orientis Lexicographis &c. Lugduni Batauorum cIↃIↃcliii. fol.

Bibliotheca Arabico-Hiſpana Eſcurialenſis &c. ed. J. Mich. Casiri Tom. I. II. Madrid 1767. fol.

Innumera fere deſcribit Caſiri Mſſ. Orient.; excerpta ex illis quoque exhibet bene multa, quibus non ſine vtilitate ſumma vſus ſum —

Quibus autoribus addere liceat

מַסָּעוֹת שֶׁל רַבִּי בִּנְיָמִין Itinerarium D. Benjaminis cum verſione et Notis Constantini l'Empereur ab Oppyk &c. Lugd. Batav. cIↃIↃcxxxiii. 8 min.

Doctor

Doctor Beniamin filius Jonae Tudelenſis, profectus e regione Nauarrena continuo itinere peragrauit Europam Africam et Aſiam. Scriptor Iudaeis celebrior quam Chriſtianis; immo eo res redit, vt nonnulli, quibus tamen non omnino aſſentior, contenderent eum nec vidiſſe Aſiam nec Africam, ſed iter, quod publici iuris factum habemus, domi ſine itineris moleſtia, conſcripſiſſe.

אגרת אורחות עולם i. e. Peritsol (Marc. Abrah. vulgo *Priezel*) itinera mundi, ſic dicta nempe Cosmographia. Latina verſione donauit et notas paſſim adiecit Thomas Hyde &c. Oxonii 1691. 4.

Multo plura exhibet quam Beniamin locorum nomina; doctior illo eſt, imo et obſcurior maioreque cum cura quam Tudelenſis legi meretur. Notas adiecit Hyde, ſed non vbique lectori ſatisfaciunt; ſaepiſſime adeo, vbi in ſubſidium vocandae eſſent, omnino deſunt.

II. Itineratorum, quorum Commentaria perlegi et in vſus meos conuerti, index, hic eſt.

Paulus Venetus (Marcus) de regionibus orientalibus. Accedit Haithoni Armeni (flor. 1300) hiſtoria orientalis, quae et de tartaris inſcribitur. Itemque And. Mülleri de Chataja disquiſitio. Colon. Brandenb. 1671. 4. —

a) Itinerarium ſacrae ſcripturae. Hoc eſt, Sanctae Terrae Regionumque Finitimarum deſcriptio, complectens ſecundum literas ſacras, cum recentem Hieroſolymitanam de rebus Sarracenicis, Turcicis et Tartaricis, tum reliquam orientalem hiſtoriam,

in Germania nunc primum in lucem edita, a Bartholomaeo de Saligniaco, Equitis et Iuriſconſulti Galli. Magdeburgi, excudebat Paulus Donatus, Impenſis Ambroſii Kirchneri Anno MDXCIII. 4. Cum Gratia et priuilegio &c.

b) Itinerarium Hieroſol. Bartholomaei de Saligniaco, Equitis et Iureconſulti Galli: praemiſſa eiusdem oratione de laudibus Terrae ſanctae. Anno MDLXXXVII. 4.,

Aegyptum in transcurſu deſcribit autor libb. laudatt. ſuperſtitioſus, rerum tamen nouarum curioſiſſimus.

Peregrinations du S. Jean Palerne Foreſien, Secretaire de François de Valois Duc D'Anjou et d'Alençon &c. où eſt traité de pluſieurs ſingularités et antiquites remarquées des Provinces d'Egypte, Arabie deſerte et pierreuſe, Terre Saincte, Surie, Natolie, Grece, et pluſieurs Isles tant de la mer mediterranée que Archipelague &c. A Lyon, par Jean Pillehotte à l'einſeigne de Jeſu. MDCVI. 12.

Regnante Henrico III, anno 1584. aet. 24. Palerne vrbi Galliae primariae valedixit, regiones orientales petiturus. Iter habuit inprimis periculoſum moleſtumque. Obſeruationes, quas nobiscum communicauit, non magni momenti eſſe facile intelliges, ſi rationem temporis aetatisue autoris habere volueris.

Auszug aus einer handſchriftlichen Beſchreibung der Reiſen des Herrn Vincenz Fava, eines bologneſiſchen Edelmanns in den Jahren 1615 und 1616; erſtlich nach Alexandrien und Gros Cairo, und hernach nach Damascus und Aleppo.

Dignde

Dignae omnino fuere obſeruationes Vincentii Fava, quas publici iuris faceret J. Bernoulli (extant nimirum in eius: Sammlung kurzer Reiſebeſchreibungen Th. XVI. p. 355-366); licet admodum ſint conciſae breuesque.

a) Relation hiſtorique d'Abeſſinie du R. P. Jerome Lobo, traduit du Portugais, continué et augmenté par Mr. le Grand, à Paris 1728. 4.° In ſubſidium quoque vocaui.

b) P. Hieronymus Lobo's, eines portugieſiſchen Jeſuiten, Reiſe nach Habeſſinien und zu den Quellen des Nils. Aus dem Franzöſiſchen. Mit einer Einleitung, Anmerkungen, Zuſätzen, zweyfachen Anhange und einer Beſchreibung von Habeſſinien vermehrt und herausgegeben von Theophil Frid. Ehrmann. Zürich 1793 et 1794. T. I. II. 8 maj.

Patriae valedixit Lobo 1622, d. 18. Mart. (iter enim primum a. 1621. malis auibus ſuſceptum fuit); inſulas, oraſque quamplurimis praeteruectus Abeſſiniam peruenit, eamque quam diligentiſſime perluſtrauit deſcripſitque. Autor eſt ſuperſtitioſus, nonnunquam praeiudiciis captus diris, probatae tamen fidei, rerumque peregrinarum ſcrutator impiger et omnino dignus quem a Brucii vituperio iniuſto vindicaret Ehrmann, de verſione autoris noſtri et de Habeſſinia bene meritus.

Vincent le Blanc voyages aux quatres parties du monde, à ſçavoir aux Indes orientales et occidentales, en Perſe et Pegu; aux royaumes de Fez de Maroc, de Guinée et dans toute l'Afrique interieure, depuis le Cap de bonne Eſperance jusqu' à Alexandria, par les terres de Monomotapa, du

Prêtre Jean et d'Egypte, aux isles de la mediterranée et aux principales prouinces et l'Europe, enrichis des obſeruations par (Pierre) Bergeron. à Paris 1649. 4.

Iter omnino ſuſcepit le Blanc, a. 1631; ſed miſere lectores, qui eum perlegere tenentur, narrationibus fabuloſis, inſulſis, friuolisque excruciat. Vera falſis attexere et regiones, quas ne pede quidem calcauit, deſcribere, eum non pudet. Bonas, quas interdum exhibet obſeruationes ex aliorum autorum ſcriptis deſumſit.

Des Herrn de Monconnys ungemeine und ſehr curieuſe Beſchreibung ſeiner in Aſien und das gelobte Land, nach Portugall, Spanien, Italien, in Engelland, die Niederlande und Teutſchland gethanen Reiſen &c. Alles mit ſchönen Kupfern verſehen, und anjetzo zum erſtenmal aus der franzöſiſchen in die hochteutſche Sprache überſetzt von M. Christian. Juncker. Leipzig und Augſpurg 1697. 4.

Lugdun. Seguſian. patriam habuit de Monconnys multis profectionibus clarus. A. 1647. Aegyptum adibat. Itinerarium eius, quod amici poſt mortem autoris ex chartis ſchedisque male diſpoſitis, in lucem emiſerunt publicam, non magni momenti eſt; autor enim narrationem quamcunque cupide arripiebat et ſine vlla dubitatione chartae credidit; ea vero, quae ipſe vidit, vel obiter tantum inſpexit, vel tumultuarie in ſchedas coniecit.

Thevenot N. M. vollſtändige Reiſebeſchreibung durch Europa, Aſia und Africa, Frankf. 1693. T. I. II. III. 4.

In

In itinere fuit, inde ab a. 1652 vsque ad annum 1667. Africae regiones vidit a. 1658. In multis Monconnyſio omnino longe anteferendus videtur; ſed bene diſtinguenda ſunt audita ab iis, de quibus vt αὐτοπτὴς refert. Cf. e. g. Iob. Ludolf. Comment. 261. Caeterum collegit libros Mſſ. quamplurimos, et diem obiit ſupremum a. 1692. m. Oct. a. aet. 71.

Des Herrn von Arvieux &c. hinterlaſſene merkwürdige Nachrichten &c. im Franzöſiſchen herausgegeben von dem Herrn Labat, und jetzt ins Deutſche überſetzt. Kopenhagen und Leipzig, T. I-VI. 1753-1756. 8.

Nat. Maſſil. d. 21. Iun. 1635. Mercaturae ſeſe dedit; regiones Orientis inprimis vero Palaeſtinam, Syriam, Aegyptum regna Tunet. et Algerienſ. per annos 1659. 60. perluſtrauit, et diligentiſſime deſcripſit. Scriptor eſt optimae notae, linguae arabicae, turcicae, perſicae &c. gnarus, attentus, fidus, et omnino laude, qua eum ornarunt Niebuhr, Roſenmüller, alii, digniſſimus. Interpres eius germanicus ſaepiuscule hallucinatur.

Franz Ferd. v. Troilo orientaliſche Reiſebeſchreibung, wie er zu drey verſchiedenen malen nach Jeruſalem, in Egypten, auf den Berg Sinai und nach Conſtantinopel ſich begeben &c. Dresden 1676. 4.

Troilo inprimis 1665 iter faciens poſt varios caſus domum reuerſus, itinerarium conſcripſit, optimis eius aetatis comparandum. Res quidem leuioris momenti haud raro enarrat; ſuperſtitioni interdum nimis indulget; reuera autem obſeruationes communicauit lectu ſcituque haud indignas.

a)

a) Johann Michael Wansleb's bisher ungedruckte Beſchreibung von Aegypten. — Extat in: Sammlung der merkwürdigſten Reiſen in den Orient &c. herausgegeben von H. E. G. Paulus &c. Tom. III. Jena 1794. 8.

b) Nouvelle Relation en forme de Journal, d'un voyage fait en Egypte en 1672 et 1673. Iter hocce german. conuerſ. in: Sammlung der merw. Reiſen &c. Tom. III. (vid. paullo ante).

Wansleb nat. Erfurt. 1635. denat. 1679. d. 12. Jun. Primum iter ſuſcepit ſumtibus Erneſti Pii Ducis Saxon. Goth. a. 1664. Obſeruationes eius MſC. in ſubſidium vocauit J. D. Michaelis in not. ad Abulfedae Aegyptum; quas J. F. Reuſs, Prof. Gotting. ante ipſum annum publici iuris fecit. Iter ſecundum ann. 1672. 73. ſuſceptum, gallice conſcripſit Vansleb. Autor eſt in rebus geographicis et ſtatiſticis praeclarus ac fide dignus. In rebus ad hiſtoriam naturalem pertinentibus haud raro nugatur. Libros eius, non ſolum cum voluptate imo et vtilitate ſumma perlegi.

Deſcription de l'Egypte, contenant pluſieurs remarques curieuſes ſur la Geographie ancienne et moderne de ce païs, ſur ſes monumens, ſur les moeurs, les coutumes, et la religion des habitans, ſur le Gouvernement et le commerce, ſur les Animaux, les arbres, les plantes &c. compoſée ſur les Mémoires de M. de Maillet ancien Conſul de France au Caire, par M. l'Abbé le Mascrier; Ouvrage enrichi de Cartes et de Figures. a Paris 1735. 4.

Supt.

Sunt qui Mailleti deſcriptionem ſummis laudibus exornent; ſunt vero et alii, qui, et, quantum equidem intelligo, non ſine iure, eum haud raro lapſum eſſe, iudicent. Geographiam enim ſaepius turbat; pyramides nimio indultu nimiaque liberalitate deſcripſit delineauitque; obſeruationes autem, incolarum mores &c. concernentes multo cum acumine et ingenio collegit.

a) Voyage du Sieur Paul Lucas au Levant. On y trouvera entr' autre une deſcription de la haute Egypte, ſuivant le Cours du Nil, de puis le Caire jusqu' aux Cataractes avec une Carte exacte de ce fleuve, que perſonne n'avoit donnée. T. I. II. (nouv. Ed. revûë et corrigée a Paris 1731. 8.)

Plures huius itineris *primi* extant editiones; quam ad manus equidem habui, eſt ed. Paris, de a. 1731. 8. Iter hoc confecit inde ab anno 1699-1703. Interdum praeclara dat praeſidia; ſaepius autem nugatur. Citandi methodus, quam circa hunc librum ſequor, ea eſt, vt numerus primus *Iter* indicet; ſecundus itineris Tomum; tertius denique libri paginas. v. g. I, 1. 8. eſſet pag. 8 Tomi primi Itineris primi, et ſic porro.

b) Voyage du Sieur P. Lucas fait par ordre du Roi dans la Grece, l'Aſie mineure, la Macedoine et l'Afrique T. I. II. editio mihi à Amſterdam 1714. 8. Eſt iter ſecundum.

c) Voyage du Sieur P. Lucas dans la Turquie, Syrie, Paleſtine, haute et baſſe Egypte &c. ed. m. à Amſterdam Voll. II. 1720. 12 maj.

Iter autoris noſtri eſt tertium, quod auſpicatus eſt a. 1714; confecit a. 1717. Me iudice itineris

huius

huius deſcriptio caeteris in multis anteferri meretur. Hoc tamen tenendum, eum haud raro ad verbum deſcripſiſſe itinerarium Vanslebii.

Claude Sicard, lettre a Mrg. le comte de Touloufe, contenant une relation de ſes trois voyages dans la haute et baſſe Egypte, écrite en 1716. avec fig. *Eiusdem* relation d'un voyage aux cataractes et dans le Delta. Extant literae eius et relatio laudata in: Nouveaux memoires des miſſions de la Compagnie de Jeſus Paris 1717. 12.

Gallorum, qui Aegyptum adibant longe praeſtantiſſimus eſt Sicard, vir doctus, linguas orientis optime callens; geographiae antiquae ſatis gnarus; ſcriptor omnino fide digniſſimus. D'Anvillius, qui eum ſemper ante oculos habuit, tanti eum aeſtimavit, vt in rebus dubiis autoritatem eius ſequi nullus haeſitauerit. Quas quidem laudes non ſolum obſeruationes, quas Tom. II. libri laudati continet, merentur; ſed et relationes, quae extant in T. V. VI. et VII. libri ſ. t. nouveaux Memoires &c. Scriptores Gallorum et Itineratores recentiores opera eius diligentiſſime conſuluerunt. Caeterum Sicardus in Aegypto commoratus eſt, per annos 1714-16.

Voyages de Mr. Shaw &c. traduits de l'Anglois à la Haye 1743. 2 Voll. 4. Conſului quoque verſ. Itinerarii huius germanicam: Herrn Thomas Shaws Reiſen oder Anmerkungen verſchiedene Theile der Barbarey und der Levante betreffend. Nach der zweyten engliſchen Ausgabe ins Deutſche überſetzt und mit vielen Landcharten und andern Kupfern erläutert. Leipzig 1765. 4 maj.

Iter ſuſcepit Shaw a. 1722. Scriptor eſt non niſi optimis comparandus; de geographia veteri, imo et Edriſiana meritiſſimus. Multis enim in locis Edriſium illuſtrat, alia autem, quae exhibet autor noſter arabs, autoritate ſua grauiſſima confirmat. Editio libri huius ſecunda eſt correctior et multo prima emendatior. Vbi citatis infra occurrentibus vocabula: *verſ. germ.* non adiecta ſunt, editio gallica excitatur.

Des Herrn Grangers (nomen eius eſt Tourtechot, non Granger) Beſchreibung ſeiner in dem Jahre 1730 durch Egypten gethanen Reiſe &c. aus dem Franzöſiſchen überſetzt. Extat in Collect. Itin. Gottingenſi. T. III. qui editus fuit anno 1751. 8.

Tourtechot patriam habuit vrbem Divio; Chirurgiae operam dedit; Aegyptum fere omnem ann. 1730-32. peragrauit; denuo Aegyptum adiit ann. ſequ. denat. in itinere ad interuallum 2 dierum ab vrbe Baſſora. Equidem ſemper magni feci Tourtechotum, cuius obſeruationes praeſenti ſemper animo factas eſſe, quoties etiam cunque eum conſului, deprehendi.

Frid. Ludwig Nordens Beſchreibung ſeiner Reiſe durch Aegypten und Nubien mit den Anmerkungen des D. Templemann, nach der engliſchen Ausgabe ins Deutſche überſetzt und mit einem Vorberichte verſehen von Joh. Fr. Esaias Steffens &c. 2 Theile. Mit Kupf. Breslau u. Leipz. 1779. 8 maj.

Norden, ſcriptor longe celeberrimus, natus fuit 1708 in vrbe Tychopoli; ſumtu et auſpiciis regis Daniae, Chriſtiani VI, iter in Aegyptum ſuſcepit, anno 1737. Terram ſuperiorem inprimis

et

et partem Nubiae Aegypto confinem ope Nili perluſtrauit, in diarium diligenter quae vidit et audiuit iuſto ſemper tempore retulit, quo pacto confici potuit opus et antiquitatis ſcrutatoribus et geographis longe deſideratiſſimum.

Richard Pococke Beſchreibung des Morgenlandes und einiger andern Länder, überſetzt von Christian Ernst von Windheim; durchgeſehen und verbeſſert von Joh. Fr. Breyer, und mit Anmerkungen erläutert von J. Christ. Dan. Schreber. Erlang. 1771 - 73. Voll. 3. 4. Mit Kupfern.

D. 29. Sept. a. 1737. Alexandriam venit Pococke; d. 6. Dec. Aegyptum ſuperiorem petiit, rediens inde d. 27. Febr. 1738. Fere itaque ſequebatur Nordenium. De ſcriptis Pockii non eſt quod dicam; de eorum praeſtantia enim inter omnes ſatis ſuperque conſtat. Eum interdum erraſſe vel me non monente quisque facile intelliget; quis enim non interdum labitur?

Jonas Kortes Reiſe durch Egypten über Joppe nach Paläſtina, Syrien und Meſopotamien vom Jahr 1737 - 1739. In einem fortlaufenden Auszuge nach der Ausgabe: Halle 1751. 8. Extat in: Sammlung der merkwürdigſten Reiſen &c. herausgegeben von H. E. G. Paulus, zweyter Theil. Jena 1792. 8.

Coaeuus eſt, vt vidimus, Kortes Nordenii et Pocockii; illis quidem inferior, nec tamen indignus, qui iis adiungatur. Doctrinae copia Pococke et Nordenium et Korteſium longe ſuperat; ſenſu autem, vt aiunt, communi et ingenii acumine Kortes illis vix cedit.

Charles

Charles Perry View of the Levant, particularly of Conſtantinople, Syria, Egypt and Grece. London 1743. Fol. v. C.

A. 1740. Aegyptum adiit; eam fere omnem perluſtrauit deſcripſitue; parum habet noui; autores, qui ante eum ſcripſerunt quaſi commentaturus, inprimis P. Lucas, ſaepius caſtigat.

Hiſtoriſche und geographiſche Beſchreibung der Gegend um Heliopolis und Memphis. Mit Kupf. Aus dem Franzöſiſchen des jüngern Herrn Fourmont &c. überſetzt &c. von Georg Frid. Casimir Schad. Nürnb. und Leipzig, 1782. 8.

Deſcriptionis huius editio gallica lucem vidit Pariſ. 1755. Fourmont per annos 1729 et 30. Conſtantinopolin profectus (vna cum patruo Abb. Fourmont) vrbes Graeciae olim celebres vidit delineauitque; a. 1746. comes Conſulis Lirancourt, Aegyptum adiit; vrbem Kahiram regionesque circumiacentes diligenter viſit deſcripſitue. In ſubſidium vocauit autores, qui ante eum hancce vrbem deſcripſerunt, inprimis Vanslebium, quem vere deſcribit; multa tamen habet ab aliis nec viſa nec obſeruata.

Dr. Frid. Hasselquist's Reiſe nach Paläſtina, in den Jahren 1749-1752. Aus dem Swediſchen. Roſtock 1769. 8 maj.

Editionem itinerarii huius originalem 1757, Linnaeus ex ſchedis Haſſelquiſtii in lucem emiſit. Autor per annum 1750 in Aegypto commoratus eſt. Non ſolum phyſicas, ſed varias varii generis obſeruationes fecit et vt nobiscum communicari poſſint, autor nominis celebratiſſimi curauit.

Die Staaten der Seeräuber ausführlich beſchrieben von einem englischen Conſul und aus deſſen Sprache in die Deutſche überſetzet. Nebſt Kupfern. Roſtock 1753. 8.

Nec autorem huius libri nec annum, quo regna barbara ſalutauit equidem noui. Geographiam inprimis autem hiſtoriam harum ciuitatum deſcribendam ſibi ſumſit. Obſeruationes phyſicas ex Shawio adiecit interpres eius germanicus. Relationes eius legi quidem merentur, ſed caute iis vt fruantur lectores monendi ſunt; haud raro enim res alienae irrepſerunt et falſa veris immixta ſunt.

Nachrichten von Marókos und Fes, im Lande ſelbſt geſammelt, in den Jahren 1760 bis 1768 von Georg Höst &c. aus dem Däniſchen überſetzt. Kopenhagen 1781. 4 maj.

Opus praeſtantiſſimum et, ſi capita, quae huius terrae hiſtoriam antiquiorem tractant explicationesque ex etymologia petitas, demas, me iudice, conſummatiſſimum. Non multa quidem habet geographica; pauca autem, quae habet praeclara ſunt fidaque.

a) Beſchreibung von Arabien aus eigenen Beobachtungen und im Lande ſelbſt geſammelten Nachrichten, abgefaſſet von Carsten Niebuhr. Kopenhagen 1772. 4.

b) Carsten Niebuhr's Reiſebeſchreibung nach Arabien und andern umliegenden Ländern. Kopenhagen 1774. 1778. 2 Bände. 4.

Cuius ſumtu iter hoc ſuſceptum fuerit, non eſt quod dicam; inter omnes enim Regis Daniae Munificentia pia grataque mente recolitur. Merita Niebuhrii noſtri deſcribere et enarrare ſuperfluum

exiſtit

exiſtimo; neminem enim hominum literatorum eſſe confido qui nomen et ſcripta eius ignoret.

Reiſen zur Entdeckung der Quellen des Nils in den Jahren 1768 - 1773 in fünf Bänden, von JAMES BRUCE von Kinnaird. Ins Teutſche überſetzt von J. J. VOLKMANN D. und mit einer Vorrede und Anmerkungen verſehen von J. FR. BLUMENBACH. Leipz. 1790 ſq. 5 T. 8. Excitaui quoque Epitome huius Itineris, Rinteln 1791. 3. B. 8.

Abeſſiniam ſalutaſſe Brucium, vix dubium; retulit multas res memoria dignas; ſed ſaepiſſime mendacia lectoribus pro veritate obtrudit; ſibimetipſi haud raro contradicit; doctrinam iactatur qua tamen caruiſſe multis locis comprobat. Opere eius nemo ergo vtatur, niſi antea adhibita ſit criſis circumſpectiſſima.

Geſchichte der Empörung des Ali Bey wider die ottomanniſche Pforte nebſt verſchiedenen neuen Nachrichten von Aegypten, Paläſtina, Syrien und dem türkiſchen Reiche, und einer Reiſe von Aleppo nach Baſſora. Von Hrn. SAVIOUR LUSIGNAN. Aus dem Engliſchen überſetzt. Leipzig, 1784. 8.

A. 1771. autor libri huius Aegyptum adiit. Hiſtoriam rebellionis Ali ad fontes limpidos expreſſit; geographo quoque vrbem Kahira inprimis deſcribenti, remque ſtatiſticam inueſtiganti haud inutilis liber.

Briefe des berühmten EDWARD WORTLEY MONTAGUE an einen Freund in London.

Extant in: Minerva von ARCHENHOLZ ad ann. 1792. m. Octob. p. 44 - 89. Dignae ſunt quae non ſolum a Geographis ſed et a Medicis legantur. Iudicium de Brucio tulit poſtea vſu comprobatum.

 J. E.

J. E. Hebenstreit Reiſe nach Algier, Tunis und Tripoli.

Extat in Bernoulli's (Joh.) Sammlung kleiner Reiſen, Berl. und Altenb. (poſt Lipſ.) 1781.-83. T. IX ſq. Obſeruationes varii generis debent Hebenſtreitio et Geographi et Phyſici.

D Rothman's Briefe aus Tunis &c.

Extant in: Schlözer's Verſuch eines Briefwechſels, Göttingen 1775. 8. et *eiusd.* Briefwechſel, ib. St. VI. IX. Vrbem agrumque Tripolitan. inprimis multo ingenii acumine deſcribit.

Mémoires du Baron de Tott, ſur les Turcs et les Tartares, a Maeſtricht 1785. IV Part. 8.

Pauca, quae de Aegypto habet, pars quarta continet. Obſeruationes eius ad a. 1773 referendae ſunt.

Reiſe durch Italien nach Egypten auf den Berg Libanon und in das gelobte Land. Breslau und Leipzig 1788. 8.

Itinerarii huius autor eſt Abb. Binos &c. natione Gallus; interpres eius germanicus iam centies dicta, resque minoris momenti reſecuit. Epitome ſane, quam nunc habemus, operi integro praeferenda. Geographiae parum lucis affundit liber laudatus. Obſeruationes de Aegypto habuit autor a. 1777.

Zuſtand des alten und neuen Aegyptens in Anſehung ſeiner Einwohner, der Handlung des Ackerbaues, der politiſchen Verfaſſung &c. aus dem Franzöſiſchen des Hrn. Savary. Mit Zuſätzen und Verbeſſerungen von Johann Gottlob Schneider &c. Berlin 1786. T. II. III. ibid. 1788. 8 maj.

Lectores, qui nec Sicardum, Pocockium, et Niebuhrium legerunt, nec Abulfedae Aegyptum cum

notis

notis Michaelis perluſtrarunt, ex Savario forte nonnulla diſcent. Literae primae datae ſunt d. 14. Jul. 1777. Alexandr. In Aegypto per quinque annos commoratus eſt Savary; itinerarium autem procul dubio domi conſcripſit libros laudatos ad manum habens. T. II. inde a pag. 294 - 407 non eſt niſi excerptum ex Jablonskii Panth. Aeg. — Caſtigationes T. II. et III. addere noluit Schneider.

Reiſe in den barbariſchen Staaten von Marocco, Algier, Tunis und Tripoli; oder Briefe eines aus der barbariſchen Gefangenſchaft erlöſeten franzöſiſchen Officiers. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt. Lübeck 1786. 8.

A piratis captus autor vrbemque Salee perductus, in poteſtatem Kadi vrbis laudatae venit. Seruitutem beneuolus erga mancipium domini animus minus diram eſſe iuſſit. Vrbem Salee autor noſter diligenter deſcripſit; nec minus vrbes regnorum, quorum titulus libri mentionem facit, primarias, quas vidit, dum dominum multa itinera facientem concomitaretur. Per annos 1781 - 85. in ſeruitute detentus fuit. Huc illuc obſeruationes occurrunt, dignae quae in vſum vocentur.

Heinrich Rooke's Esq. Reiſen nach der Küſte des glückſeligen Arabiens und von da über das rothe Meer und Egypten nach Europa zurück &c. In einer Reihe von Briefen. Nach der zweyten vermehrten engliſchen Ausgabe überſetzt. Leipz. 1787.

Aegyptum inferiorem, inprimis autem plagam eius orientalem a. 1782. peragrauit. Obſeruationes eius magna cum voluptate legi licet maximam partem iam ab aliis dicta repetant.

 C. F.

C. F. Volney's Reiſe nach Syrien und Aegypten in den Jahren 1783. 84. 85. Aus dem Franz. überſ. Mit Charten und Kupf. T. I. II. Jena 1788. 8 maj.

T. I. vsque ad p. 274. Aegyptum deſcribere geſtiens carere nequit; autores alios non deſcribit; obſeruationes acutiſſimas ipſe fecit; et iure inter ſcriptores melioris notae refertur.

Nachricht von den innern Ländern von Africa auf einer 1785 nach Tunis unternommenen Reiſe, aus Berichten der Eingebohrnen geſammelt von August von Einsiedel.

Extat in: Sammlung merkwürdiger Reiſen in das Innere von Africa. Dritter Theil. Geſammelt und herausgegeben von Ernst Wilhelm Cuhn. Leipzig 1791. pag. 433 - 447.

Achmed Ibn Haſſan Reiſerute von Fes nach Tafilet.

Extat in: Memorabilien, eine philoſophiſch-theologiſche Zeitſchrift &c. von H. E. G. Paulus, Stück II. Lipſ. 1792.

Reiſe in die Barbarey oder Briefe aus Alt-Numidien geſchrieben in den Jahren 1785 und 1786 über die Religion, Sitten und Gebräuche der Mauren und Bedouin-Araber, nebſt einem Verſuche über die Naturgeſchichte dieſes Landes. Mit Kupfern. Von Herrn Poiret. Aus dem Franzöſiſchen überſezt und mit Anmerkungen begleitet. Tom. I. II. Strasburg 1789. 8.

Phyſicis et hiſtoriae naturalis ſcriptoribus inprimis gratus acceptusque erit Poireti liber.

Geſchichte der Unternehmung der brittiſchen Geſellſchaft zur Entdeckung des innern Africa.

Extat

Extat in: Sammlung merkw. Reiſen &c. herausgegeben von E. W. Cuhn T. II. Lipſ. 1790. p. 135 - 304. In ſubſidium vocaui obſeruationes, quas fecit Lucas ex numero eorum, quos ſocietas celeberrima in Africam delegauit. Continent res nouas, memoria dignas; confirmant dicta Edriſii, iisque autoritatem addunt ſatis grauem.

Das innere von Africa &c. autore C. Niebuhr. Vid. Deutſches Muſeum Stück 10. A. 1790. p. 963 - 1004. Quae interiorem Africam ſpectantia ex ore Abderrachman. Aga, Africani cuiusdam percepit Niebuhr, ea l. c. retulit. Digna eſt relatio, quae probe perpendatur.

William Lempriere's &c. Reiſe von Gibraltar über Tanger, Salee, Santa-Cruz, nach Tarudant und von da über den Atlas nach Marokko. Nebſt einer umſtändlichen Nachricht von dem kaiſerlichen Harem. Aus dem Engliſchen. Mit erläuternden Anmerkungen von E. A. W. Zimmermann. Mit einer neuen Karte von Marokko. Neue Auflage. Berlin 1793. 8 maj.

Iter ſuſcepit Lempriere A. 1789. cuius deſcriptio, ſi quid iudico, lectoribus omnis generis omniumque ordinum arridet. Geographiae ſtudioſus non ſine vtilitate ſumma huncce librum euoluet; vrbs Tarudant enim et inprimis regiones circumiacentes, vsque ad ipſius aetatem terris incognitis adnumerandae erant.

III. Subſequitur index librorum argumenti geographici; eorum tamen, quos curſim inſpexi et in commentatiuncula de Edriſio laudaui nulla habita ratione.

J. B. Gramaye Africae illuſtratae Libri X. Tornac. Nerv. 1622. 4. (Maximam partem, quae Geographiam ſpectant, ad verbum ex Leone deſumſit.)

Athanasii Kircheri Oedipus Aegyptiacus &c. Tom. I. Romae 1652. fol.

L'Afrique de Marmol, de la traduction de Nicol. Perrot &c. Paris 1667. 3 Voll. 4. (Arabes in ſubſidium vocauit, et quae magna doctrina conſcripſit commentaria, ad confirmanda magis quam illuſtranda aſſerta Edriſii faciunt.)

Joannis Seldeni I. C. De DIs Syris Syntagmata II. &c. edit. nov. opera M. Andr. Beyeri. Lipſ. 1668. 8 min.

Umbſtändliche und Eigentliche Beſchreibung von Africa &c. durch O. Dapper. Amſterd. 1670. fol. (Fides eius penes auctores eſt quos deſcripſit.)

Jobi Ludolfi hiſtoria aethiopica. Francof. ad Moen. 1681. fol.

Eiusdem Commentarius ad ſuam hiſtor. aethiopicam ante hac editam; ibid. 1691. fol. (Multa ſunt quae ex Ludolfi ſcriptis didici; nec tamen, licet omnium ſagaciſſime vbique verſatus ſit, cuncta quae deſideraui et adhuc deſidero, dare potuit.)

Relation univerſelle de l'Afrique ancienne et moderne &c. par le Sr. de la Croix. à Lyon 1688. 4 Voll. 8. (Maximam partem Dapperum in vernaculam transtulit.)

Sam. Bocharti Geographia Sacra ſ. Phaleg et Canaan &c. ed. III. procurauit Petr. de Villemandy. Lugd. Bat. 1692. fol.

Simonis Ockleyi Introductio ad linguas orientales Cantabrig. 1706. 8.

Hadriani

Hadriani Relandi Diſſertationum miſcellarum P. I. Trai. ad Rhen. 1706. (Diſſ. II. De Mari rubro.)

Eiusdem Palaeſtina ex Monumentis veteribus illuſtrata &c. Norimb. 1716. 4.

Anciennes relations des Indes et de la Chine de deux Voyageurs Mahometans &c. (par Mr. Renaudot) à Paris 1718. 8 maj.

Die heutige Hiſtorie oder der gegenwärtige Staat des türkiſchen Reichs T. I. &c. nach dem Engl. und Holländ. Hrn. Salmons und Hrn. van Goch &c. Altona und Flensburg 1748. 4.

Memoires et l'Hiſtoir. de l'Acad. des Inſcript. T. XXI. XXVI. (vbi praeleđ. D'Anvillii et Otteri).

Christian. Muller ſatura obſeruationum philologicarum maximam partem ſacrarum. Lugd. Bat. MDCCLII. 8.

de Guignes Hiſtoire générale des Huns &c. T. I. P. I. Paris 1756. 4.

Geſchichte der Entdeckung und Eroberung der kanariſchen Inſeln. Aus einer in der Inſel Palma gefundenen ſpaniſchen Handſchrift überſetzt. Nebſt einer Beſchreibung der kanariſchen Inſeln, von George Glas. Aus dem Engl. Leipzig 1777. 8. (ſed edit. anglic. in lucem publicam emiſſa eſt 1764).

d'Anville mémoires ſur l'Egypte ancienne et moderne, ſuivis d'une deſcription du golfe Arabique ou de la mer rouge. à Paris 1766. 4.

Des Herrn Cardonne Geſchichte von Africa und Spanien unter der Herrſchaft der Araber &c. Aus dem Franz. überſetzt und mit Anmerkungen begleitet von Chph. Gottlieb von Murr. Voll. 3. Nürnberg 1768-70. 8.

Joh. Dav. Michaelis orient. und exeget. Bibl. Voll. 24. vet. et nov. 9. Frankf. 1771-89. et Götting. 1786-1793. Excitaui inprim. vet. T. 5. 8. 10. 19. nov. 2. 8. &c. Conſului eiusd. obſeruatt. ad Lowth; ad Libr. Maccab. eiusd. Commentt. paſſim.

Vermiſchte philoſophiſche Schriften von Christoph Meiners &c. Erſter Theil. Leipzig 1775. 8.

Bibliotheca critica, Vol. I. Amſtelod. 1779. 8. p. 77-112 (vbi H. A. Schultens recenſet Michaelis edit. Abulf. Aegypt.).

Handbuch der alten Erdbeſchreibung zum Gebrauch der eilf gröſsern D'Anvilliſchen Landcharten. Zweyten Bandes zweyter und letzter Theil (aut. Bruns) Nürnb. 1786. 8.

Jo. Fr. Hennicke &c. Geographia Africae Herodotea &c. Gotting. 1788. 4 maj.

Hermanni Schlichthorst &c. Geographia Africae Herodotea &c. Gotting. 1788. 8.

Jo. Christoph Gatterer kurzer Begriff der Geographie. Göttingen 1792. ed. II. 8.

Veſtigios da lingua arabica em Portugal, ou Lexicon etymologico das Palavras, e nomes Portuguezes, que tem Origem Arabica compoſto par ordem da Academia real das Sciencias de Lisboa, par Fr. Joanno de Sousa &c. Lisboa 1789. 8 maj. (vel 4 min.).

Orbis antiqui Monumentis ſui illuſtrati primae lineae &c. Jer. Jac. Oberlinus. Argent. 1790. 8.

Jo. Phil. Kurzmann Commentat. de Africa Geographi Nubienſis. Jenae. Extat in: Memorabilien &c. ed. Paulus St. I. II. III. Nomina locorum arabica

arabica paſſim male expreſſit; annotaui hoc (omiſſo tamen Kurzmanni nomine v. g. pag. 69. 209 &c.) ne de lectione vera ambigerent lectores.

a) Geographiſche Bemerkungen über das Innere von Africa, von Hrn. DE LA LANDE &c.

b) Allgemeine Bemerkungen über den Handel und die Verbindungen der Nationen in dem innern Africa, ſowohl unter ſich ſelbſt, als auch mit den Einwohnern der Barbarey, Aegypt. und Arabiens &c. (autore DE GUIGNES). Extant in:

Repertorium für die neuere Geſchichte und Geographie, herausgegeben von D. *Bruns* und *Zimmermann* &c. T. I.

Verſuch einer ſyſtematiſchen Erdbeſchreibung der entfernteſten Welttheile, Africa, Aſien, America und Südindien. Africa. Erſter Theil oder Aegypten. Frankf. a M. 1791. 8. [Primam huius libri partem conſcripſit SCHNEIDLER (a p. 1 - 176); alteram BRUNS.]

D. ANTON FR. BÜSCHING, Erdbeſchreibung. Des eilften Theils erſte Abtheilung, welche unterſchiedene Länder von Aſia begreift. Dritte verb. und verm. Ausgabe. Hamburg 1792. 8.

Beſchreibung des alten Aegyptens von THEOD. JAC. DITMAR. Zweyte Ausgabe revidirt und verbeſſert von H. E. G. PAULUS. Nürnberg und Jena 1793. 8 maj.

COMMEN-

COMMENTATIO
DE
EDRISIO EIVSQVE GEOGRAPHIA VNIVERSALI.

PRAEMONENDA.

Quod in quaeſtionibus hiſtoricis merito fieri ſolet, vbi rei alicuius vel omnino parum notae, vel ad hunc diem nobis incognitae, narratio ad nos peruenit, vt ante omnia quaeramus, quis ſit ille qui narrauerit, qualis ſit, et quanta hominis autoritas, ne falſis ludamur opinionibus, idem pari iure in rebus geographicis neceſſarium locum obtinere, nemo eſt quin videat. Eſt enim hiſtoria cum geographia nonſolum hac neceſſitate coniuncta, vt ſine eius lumine caecutiat, verum etiam vtriusque partes, natura ſimiles, omnes fere auctorum fide conſtant.

Quae cum ita ſint, etiam in quaeſtione ab AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE anno 1790 Ciuibus Academiae Georgiae Auguſtae (cui Deus ſemper faueat!) ad diſceptandum propoſita *g*), ex quo cum commilitonibus in arenam deſcendere decreueram, hinc ordiendam eſſe tractationem, ne aedificio deeſſet

g) *Quaeſtio propoſita.* "Deſcribatur *Geographi Nubienſis* Africa, more „inter Geographos frequentato, ita vt maria, lacus, fluuii, montes, „regiones, populi, vrbes ab eo commemoratae accurate, quantum fieri poteſt, finiantur; vt ſoli natura et aëris temperies, in„colarum indoles, mores et inſtituta diligenter notentur, *Aegypti* „*tamen nulla ratione habita*; et ſubiunctis ex aliis ſcriptoribus non „niſi iis, ex quibus lucem aliquam foenerari poteſt Geographus „Nubienſis."

deeſſet ſolidum fundamentum; neque vereor, ne impraeſentiarum aliena ab inſtituto videatur, aut ingrata diſputatio de Edriſio eiusque opere geographico. Age igitur, quo expeditior nobis et tutior curſus ſit, exponamus primum de nomine autoris noſtri; de patria viri; de eius religione et aetate; de libro quem compoſuit et de fontibus ex quibus ſua hauſit; deinde ne lectores in perlegendo opere diutius detineantur, ſubiungamus diſputatiunculam de menſuris viarum, quibus Geographus noſter vſus eſt, et obſeruationes de Climatibus, quorum ſaepius in ipſa tractatione fit mentio.

Summa autem et *conſpectus* Commentationis noſtrae ita ſeſe habet:

§. 1. Inquirit in *nomen autoris* Geographiae arabicae, quae Romae prodiit, a. 1592. 4.

§. 2. Exponit de *Patria Edriſii.*

§. 3. Conſtituit *aetatem Edriſii.*

§. 4. Probabile facere ſtudet *Edriſium eſſe Religione Mohammedanum.*

§. 5. Proponit coniecturam de *gente Edriſii*, deque *eius itinere in Hiſpaniam et Italiam.*

§. 6. Ad ſummam refert §§. 1-5.

§. 7. De *opere Edriſii geographico* verba facit.

§. 8. Exhibet collectanea *de Codicibus Mſſ. operis Edriſiani.*

§. 9. De *geographia Edriſii typis deſcripta* agit; eamque eſſe *opus abbreuiatum* demonſtrat.

§. 10. Continet *obſeruationes miſcellaneas ad operis Edriſiani hiſtoriam literariam* ſpectantes.

§. 11. In medium adfert *Variorum Teſtimonia de Edriſio et eius geographia.*

§. 12.

§. 12. *Fontes operis Edriſii* detegere ſtudet.
§. 13. Commentatur in *menſurae genera, quibus vtitur Edriſius.*
§. 14. Tandem *de Climatibus* pauca notat.

Qua quidem ſumma expoſita; iam ad commentationem ipſam progrediamur.

§. 1.

Nomen autoris Geographiae arabicae, quae Romae prodiit, a. 1592. 4.

Multum temporis effluxit et geographia arabica, Romae, typis Mediceis deſcripta, diu ac multum in manibus eruditorum fuit, nec tamen nomen auctoris eius cognitum habuerunt: Primi Climatis libri laudati ſectio quarta (vid. §. ſequ.) Maronitis, Gabriel. Sionitae et Jo. Hesronitae miniſtrabat occaſionem, vt librum ex arabica in linguam latinam conuerſum, inſcriberent "*Geographia Nubienſis*;" ex quo etiam tempore eius auctor Geographus Nubienſis celebrari coepit *h*). Quum vero, eundem locum autores varie interpretarentur, nomen ex lectione in quarta ſectione obuia, mutuatum, (vid. §. ſequ.) mox ſuſpectum, et ſuppoſitium declaratum fuit, adeo vt in catalogum librorum anonymorum reiiceretur geographia laudata.

Succeſſu temporis in euoluendis Mſſ. arabicis occupata eruditorum diligentia, Abulfeda aliique Arabum ſcriptores euoluebantur; et ita factum, vt nomen autoris Geographiae arabicae, quod non tam

h) *Nubam* eum aliquoties appellant MARONITAE. Sub hoc eodem nomine eum laudat *Lexicon* BUDDEI. GEOGRAPHUM NUBIENSEM autores fere omnes ad hunc vsque diem, EDRISII loco, excitare ſolent. Vid. inprimis infra p. 74. not. v.

tam interiit, quam potius latuit, genuinum detegeretur. Primus, quantum equidem ſcio, qui ex ſcriptis Abulfedae Edriſii nomen retegeret fuit SELDENUS *i*) cuius verba haec *k*): "Geographus Nubienſis *Abulſedae* vocatur (vt obiter illud adnotetur, quoniam de nomine nondum doctis conſtitit) אלאידרישי *Alidriſius* et אלאידרישי אלשריף *Elſheriph Elidriſi* et אלאדרישי, *Aladriſi* ſeu *Nobilis Idriſius.*" *Abulfeda* eum, vt vere ſcribit *Gravius* (infra §. not. .) ſexcenties laudat; ſaepius eum *Scherif al Edriſi*, شريف الادريسي; ſemel *Scherif Mohammed al Edriſi*, شريف محمد الادريسي vocat *l*).

Nomen

i) SELDENUM quoque laudat COLOMESIUS in Gallia orientali (vid. PAULI COLOMESII &c. Opera, ed. Jo. ALB. FABRICIUS, Hamb. 1709. 4.) p. 162 vbi haec: Hic liber (Geographia Nubienſis) eſt tantum Epitome maioris Operis, cuius Auctor dicitur *Scharifol Edriſii;* quod primus, opinor, ex *Abulfeda* monuit, Angliae decus, *Seldenus*, p. 533. Vxor. hebr. Idem ſentit CAVE, vid. not. ſq. Cf. FABRICIUS Bibl. antiqu. pag. 188. et LUDOLF apud TENTZEL in Monatlichen Unterredungen &c. ad ann. 1692. p. 875 &c.

k) Vid. Jo. SELDENI Vxor Ebraica &c. editio noua. Francof. ad Oderam 1673. 4. pag. 393. Huc reuocanda mihi videtur notitia de EDRISIO, quam exhibet VINCENTII PLACCII &c. Theatrum Anonymorum et Pſeudonymorum &c. Hamburgi 1708. fol. Ita ſonat; "Geographia Nubienſis quomodo ſuo Auctori *Alſherif Aldriſio*, vel vt apud Arabes vocales varie commutantur, *Elſherif Elidriſi*, aut *Eladriſi*, quaſi dicas *Nobilis Idriſius*, *Adriſius*, vel *Adriſſides*, abiecto El et latine addito titulo *Elſherif* vel *Sharifel*, debeatur, vidi ex amiciſſimorum duum virorum Clmi *Tenzelii* et Clmi *Guilielmi Cave* literis ab hoc quidem Anno 1677. IV. Id. Octobr. ab illo vero Idibus Aprilis 1689 datis. Literae CAVII l. c. ſic ſonant: "Saepe diuque quaeſiui, quisnam eſſet *Geographiae Nubienſis* auctor. De eo altum ſilent, qui librum ediderunt, Gabr. Sion. et Jo. Hesron. Licet enim *Nubam* aliquoties appellent, forſan non nomen proprium, ſed reſpectum ad patriam Nubienſem intelligunt. Dum vero Schedas libri *Wilbinſiani*, praelo expecto, inter legendum ex Cl. *Seldeni* praefatione in Hiſtoriae Anglicanae ſcriptores decem An. 1652 Lond. editos, eum eſſe *Alſheriph. Aldriſium* deprehendi, quo nomine (inquit) aliquoties citatur *Abulfedae* et *Chalchaſendio.* Hoc Te neſcire nolui, Vale."

l) Vid. e. g. ABULFEDAE Tab. Syr. p. 81. 95. Tab. Aegypti p. 16. 23. 25. Tab. Magrab. p. 15. &c. Quae quidem ABULFEDAE loca, ſi cum geographia Edriſii conferantur, ſatis declarant KOEHLERUM

erraſſe,

Nomen eius integrum, proprium, vna cum gentilitiis, exhibet *Pocockius ll*) ſcil. ابو عبد الله محمد بن محمد بن عبد الله بن ادريس امير المومنين i. e. *Abu Abdallah Mohammed, Ben Mohammed, Ben Abdallah, Ben Edris, Emir Almumenin.* Vid. infra Cod. Pocockii §. 8. lit. B. — *Scherif*, vtpote ex familia Mohammedis oriundus, dicitur *m*).

Ab autoribus arabicis, quibus quoque nomen *Edriſii* eſt, autor noſter titulo شريف, *Scherif* non omnino dignoſcitur. Ne forte inuicem permutentur autores huius nominis, de iis pauca, quae mihi innotuerunt, tribus verbis repetere liceat. Laudat *Herbelotus n*) autorem quem vocat

a) *Edris*,

erraſſe, dum (pag. 18 ni fallor, prooemii ad Tab. Syr.) ſcriberet .... "itemque Edriſium, celebrem Geographum, Abulfedae ſaepius laudatum, quem ab Nubienſi geographo, cum quo male eum confudit Herbelotus Bibl. Or. p. 510 ſcriptorem plane diuerſum puto."

ll) POCOCKIUS ſpecim. &c. p. 122 vbi: *Primi nomen eius laudarunt* SCHEHABEDDINI et ABULFEDA. *Idem* p. 373 vbi nomen EDRISII, quod modo deſcripſimus, exhibet. Conſentit HERBELOT v. *Edriſſi*, vbi haec: *Scherif al Edriſſi*, qualifié du titre *d'Emir Almoumenin* c. a. d. *Khalife*; (et paucis interiectis:) Le nom propre de cet Auteur eſt *Abou Abdallah Mohammed, qui étoit fils d'un autre Mohammed Ben Abdallah Ben Edris*. Cf. v. *Scherif al Edriſſi*. Omnino notandum duxi HERBELOTUM paſſim ac varie de EDRISIO eiusque opere ſermonem habere; vid. v. g. voces: *Adareſſah*; *Eddreſſah*; *Edriſſi*; *Giagrafia*; *Nazehat al Moſchtak*; *Rugiar* et *Scherif al Edriſſi*.

m) De hoc titulo vid. POCOCKE Specimen &c. p. 373. et HERBELOT v. *Scherif*, vbi inter alia haec: Les Edriſſites étoient Scherifs et la Race, qui regne aujourd'huy à Fez et à Maroc porte auſſe le nom de Scherif. Vid. paullo poſt not. r.

n) Vid. HERBELOT v. *Edris* et v. *Edriſſi*. Verba eius haec: 1) *Ebn Edris* Mohammed a composé le premier *Abcâm Alcoran* c. a. d. des ſtatuts & des loix tirées de l'Alcoran. Il eſt auſſi l'Auteur d'un livre intitulé *Ekhteláf al hadith*, de la difference qu'il y a entre tradition & tradition. Cet auteur mourut l'an 214 de l'Hegire; 2) Al *Scherif Gemeladdin* &c. vid. infra §. 10. nr. 11. not. p. 3) *Edriſſi*, ſurnom. *d'Ali Ben Maimoun al Hoſſaini*, Auteur de *Baian garibat*, qui eſt un traité de Gnomonique ou des Horloges, & de la vie des Saints Religieux du Muſulmaniſme. Il mourut l'an 916 de l'Hegire. —

a) *Edris*, *Ebn Edris Mohammed* (denat. a. Heg. 214. p. Chr. 829.) qui primus ſtatuta et leges ex Korano excerpſit; et librum de traditionum differentia conſcripſit. Laudat porro

b) *Edriſſi*. *Al Scherif Gemaleddin Mohammed Ben Ali Al Aziz*. denat. a Heg. 623. p. Chr. 1226. *Herbelotus* ipſe cum autore noſtro *Edriſium Gemaleddinum* &c. permutauit. *Gemaleddinus* enim non ſcripſit Geographiam; male ergo *Herbelotus* ad *Edriſium* operis geographici autorem i. e. Noſtrum, prouocauit. Vid. infra §. 10. nr. 11. et not. p. Tandem memorat *Herbelotus* autorem

c) *Edriſſi* cognom. *Ali Ben Maimon al Hoſſaini* qui de horologiis et de Sanctis Moslemorum tractatum in lucem edidit (denat. a. Heg. 916. p. Chr. 1510). Caeterum vid. infra §. 9. not. d.

§. 2.

De Patria Edriſii.

In definienda patria *Edriſii*, qui de eo memoriae prodiderunt autores, multa variant; ſunt enim qui *Nubienſem*; alii qui *Siculum*; vel *Aegyptium*; alii tandem qui *Maroccanum*, eum fuiſſe contendant. Quas quidem opiniones diuerſas iam percenſeo.

1) Autorem noſtrum patria fuiſſe *Nubienſem*, opinio eſt inter eruditos maxime diuulgata, quam diuulgarunt Maronitae, *Gabriel Sionita* et *Ioannes Hesronita*. Argumenta, quibus vtebantur ad eam comprobandam ipſa in praefationis Verſioni latinae praemiſſae pagina vltima exponunt. Sunt autem haec: "Denique patriam coniicere nequimus aliunde, niſi ex initio IV. partis Climatis primi, vbi de Nili

 Nigri-

LIBRARY OF THE BOMBAY

Nigrique fluuiorum ortu differens, haec habet verba: نيل مصر الذي يشق ارضنا i. e. *Nilus Aegypti, qui ſecat terram noſtram*, ex quo loco, vt ad rem noſtram facit, ſane ſubambiguo Caſaubonus opinatur Aegytium fuiſſe hunc Arabem, nos tamen praefatis verbis primum diligentius ponderatis, ex iis deprehendimus aliquam indicari ab authore differentiam inter Aegyptum, ac terram, quam ſuam eſſe dicit; deinde topographia Nubiae, quam Geographus idem vltra lineam aequinoctialem protendi, et eiusdem Aegyptiaci Nili aquis priusquam Aegyptum ipſam irrigari docet, attente conſiderata, haud dubitanter affirmamus, fuiſſe illum patria Nubienſem. Approbauit facile noſtram hanc opinionem hiſce auditis et nobiſcum vna examinatis rationibus, *Erpenius*, atque id cauſſae fuit, cur Geographiam iſtam inſcripſerimus Nubienſem."

Ita quidem *Maronitae* adſtipulante illis *Erpenio;* at multa ſunt, eaque forte haud leuiſſimi momenti, quae contra dici poſſunt. Quid enim (vt pauca tantum delibemus), quid, quaeſo, in cauſa fuit, ſi e *Nubia* fuit oriundus, vt in deſcribenda patria tam tenuis eſſet et ieiunus nec fere praeter vrbium nomina quidquam adferret memoria dignum? cur idem, vbi de operis ſui compoſitione loquitur, ad notandum tempus, nihil e patria in medium protulit, ſed potius facta atque nomen principis, qui quidem in Africa etſi non ignotus, tamen a gentilibus ſuis ad ſummum fama tantum cognoſci potuit? cur de *Nili* ortu, quem tamen *Nubienſis* propter vicinitatem ſcire verius poterat caeteris ſaltem Arabibus, nil niſi aliorum errores repetiit? &c. ſed, quod

caput

caput eſt, lectio ارضنا, cui tota res innititur, adfecta eſt. Hoc equidem prima ſtatim fronte ſuſpicatus, certius dein edoctus ſum a viro de literis arabicis bene merito, *Okleio o*) qui in duobus operis huius exemplis non ارضنا ſed ارضها legiſſe ſe teſtatur, atqui ſic, quantum ſciam, primus extitit, qui *in his* Maronitarum errorem detegeret.

2) Quae quidem aſſerta *Sionitae*, cum *Caſaubono* non ſatisfacerent, ille, vti paullo ante vidimus, ex *Aegypto* ortum hominem, annuente lectione ارضنا, ſuſpicatus eſt. A parte eius ſtare nulli recuſarunt *Fabricius* et *Bruckerus p*); ſed, lectione genuina, ſc. ارضها, nobis reſtituta, opinio eorum per ſe corruit.

o) Vid. SIMON OKLEY Introduct. &c. p. 145 vbi haec; *Sharif Ben Edris.* Vulgo *Geographus Nubienſis*, at *perperam:* non enim fuit Nubienſis. Ratio quae Sionitam induxit, vt crederet et affirmaret, hunc autorem eſſe *Nubienſem*, fuit, quod mendoſo, quo vſus erat, exemplari, deceptus erat, quod ipſe deprehendi, qui duo huius autoris Mſſ. exemplaria in Bibliotheca Bodleiana contuli. Nam de Nilo locutus Geographus haec habet: نيل مصر التي تشق ارضها i. e. *Nilus Aegypti qui dividit terram eius.* — Poſt OKLEIUM alii idem repetierunt, vti e. g. RELAND in Palaeſtina Tom. I. p. 41; et autor quidam in: Allgem. Deutſche Bibliothek T. 46. p. 51; vbi inſuper verba leguntur haec: Ein ähnliches Verſehen iſt auch mit dem ruſſiſchen Annaliſten Neſtor vorgefallen. Vtique, audi quaeſo verba SCHLÖZERI (extant in: Proben ruſſiſcher Annalen p. 24 ſq.) quae maximam excitabunt admirationem; ita enim ſonant: *Neſtor* ward am weiſſen See (Bêlozero) im nowgórodiſchen Gebiete gebohren. So giebt *Tatisczev* vor. Vermuthlich gründet er ſich einzig und allein darauf, daſs *Neſtor*, wo er von den Reſidenzen der drey gerufenen waraegiſchen Gebrüder redet, von dem mittelſten SINEUS ſagt, "er reſidirte *bey* uns (U NAS) am weiſſen See." Iam vero ipſam hanc quoque lectionem affectam eſſe, *idem* in praefatione p. 8 his verbis monet: die dort angeführte Lesart iſt ein erweiſslicher Schreibfehler. Scilicet praeter Codicem Regiomont (ſi recte memini) nullus alius hanc exhibet lectionem omnino reiiciendam. Aliud exemplum vid. in EICHHORN allg. Bibl. d. b. Litterat. T. V. p. 277.

) Vid. FABRICIUS in Biblioth. antiqu. pag. 188 vbi: Patria videtur fuiſſe Aegyptius &c. vid. paullo poſt, not. r. Cf. JAC. BRUCKER'S kurze Fragen aus der philoſophiſchen Hiſtorie &c. T. V. p. 224. vid. not. ſeq. r.

3) Sunt et autores alii, qui Arabem noſtrum patria fuiſſe *Siculum* contendant, quorum Anteſignanus eſt *Sam. Bochart*, cuius argumentum fere hoc: "Nota obiter, inquit, Geographum Arabem, a me cum vulgo doctorum *Nubienſem* vocari, cum reuera *Siculus* fuerit, natus in oppido *Mazara*, vt didici ex Manuſcripto *Leonis Africani* de Viris Illuſtribus, quem mihi dono dedit vir eximius D. *Iſaacus Voſſius q*)." Scripſit haec *Bochartus* a. 1663. et anno ſequenti, 1664. in lucem edidit *Hottingerus* librum, ſub titulo *Bibliothecarius Quadripartitus*, cui Tractatum *Leonis* (?) de viris illuſtribus in linguam latinam conuerſum, inſeruit. Reperitur l. c. p. 267 et 268 ſectio *Eſſeriph Eſſachalli* (Scherif Siculus) inſcripta, ex qua potiſſimum, qui *Bocharti* ſententiam ſequuntur, rationes ſuas depromunt. Iam vero autor, qui a *Leone Eſſeriph Eſſachalli* vocatur, ab *Edriſio* noſtro, quin homo ſit diuerſus, vix dubium eſt; vidit hoc iam diu ante me *Brucker r*) et *Bochartum* in errore verſari iam dudum declarauit *Fabricius s*). Facit quidem cum *Bocharto Colomeſius* l. c. ita ſcribens: "Huius

q) Vid. Hierozoicon, ſiue bipertitum opus de Animalibus S. S. P. I. II. auctore SAM. BOCHARTO (Londini 1663. fol.) pag. praefationis penultima.

r) BRUCKER l. c. p. 223 vbi ita: Unter dem Titel Geogr. Nub. iſt eine aus dem Arab. ins Lat. überſetzte Coſmographie von den Maroniten Gabr. Sion. und Joh. Hesron. &c. herausgekommen, deren Verf. Mohammed Ebn Mohammed Scherif al Edriſi heiſst; *ein Egypter geweſen* &c. welchen man mit dieſem *Eſſeriph Eſſachalli* und ſeinem Spatiatorio locorum, wie er es genennet, *nicht verwechſeln muß*, *welches* doch der *groſse Bochartus Praefat. ad Hieroz. gethan hat*, denn ſie ſind ein halbes Seculum voneinander. BRUCKERI verba repetit M. Jo. ANDR. FABRICIUS in: Abriſs einer allgemeinen Hiſtorie der Gelehrſamkeit. T. II. p. 752 ſq.

s) FABRICIUS in Biblioth. antiqu. pag. 188 vbi: Patria videtur fuiſſe Aegyptius; vnde errauit LEO AFRICANUS libro de viris apud Arabes illuſtribus, in Hottingeri Bibliothecario quadripartito Siculum Mazaratenſem eundem fuiſſe affirmans.

"Huius *Aldriſi* vitam ſcripſit Joannes Leo Africanus, vir (niſi Chriſtianam fidem cum Punica tandem commutaſſet) ſane eximius, in Opere de viris Illuſtribus qui apud Arabes fuerunt;" fallitur autem; vt equidem exiſtimo. Scil. floruit *Eſſeriph Eſſachalli* verſus fin. ſec. XI. et ſub initio ſeculi XII. diem ſcil. obiit ſupremum in vrbe *Ciuitat* a. Heg. 516 (p. Chr. 1122) *Edriſius* noſter natus fuit a. Heg. 493 (p. Chr. 1099) opus perfecit a Heg. 548 (p. Chr. 1153). *Eſſachalli* quidem Scherifus vocatur; ſed honorem hunc cum multis aliis communem habet. Siculus quidem et *Edriſius* noſter vocatur, vti paullo poſt dicemus; non autem, quia ſit in Sicilia natus, ſed quoniam in Sicilia per longum temporis intervallum commoratus ſit, prouti *Leo*, vt ſupra p. XIX vidimus, *Feſanus* quoque audiebat. *Eſſachalli* opus inſcriptum eſt *Nushat alabſar* i. e. *Spatiatorium* (ſi dici poteſt) *locorum* (vel, ex emendatione Hottingeri, *oculorum*); *Edriſii*, vt paullo poſt videbimus, *Nushat* (*Nozhat*) *almoſchtak* &c. Non ergo niſi vocabulum primum conuenit; vocabulum نزهة autem, teſte *Herbeloto* voce *Nazehat*, ſaepius librorum titulis praefigitur. In ſeptem Climata quidem diuiſit opus *Eſſachalli*; ſed hanc *Ptolemaei* methodum inter Arabes autores quamplurimi ſunt ſecuti, vti *Edriſius* noſter, *Abu Obeid*, *Bakui* &c. Iuſſu *Rogerii* II. *Edriſius* noſter librum compoſuit; *Eſſachalli* librum iam abſolutum Rogerio tradidit et ſic porro *t*). Caeterum nomen huius autoris proprium me quidem fugit; *Eſſachalli* enim gentilitium eſt. Fere coniecerim

t) Plura vid. apud TENTZEL in Monatl. Unterred. l. c. p. 876 ſq. et apud BRUCKERUM l. c. qui compendifecit HOTTINGERUM.

cerim hunc *Eſſeriph Eſſachalli* eundem eſſe de quo *Abulſeda u)* ita tradit: "In eadem Sicilia collocat idem auctor vrbem *Mázer* (مازر) a quo denominatus et ortus ſit *el Mazerenſis*, commentator in Mautha Maleki." *Abulſeda* autem, niſi me omnia fallunt, ſi *Mazarenſis*, de quo iam ſcribit, idem fuiſſet *Scherif Edriſius*, quem multoties laudat, vix ſilentio praetermiſiſſet. Hactenus exiſtimo *Bochartum* erraſſe, quoad *Edriſium* vrbis *Mazara* ciuem faceret.

4) *Caſiri* tandem *v)* refert *Edriſium* noſtrum natum fuiſſe *Septae* a. Heg. 493 (p. Chr. 1099). *Septa* vrbs eſt Africae ſeptentrionalis maritima, hodie *Ceuta*, ab *Edriſio*, qui ſatis amplam de ea exhibet deſcriptionem (vid. infra p. 177-180), *Sebta* vocatur. Vnde hoc deſumſerit *Caſiri*, me quidem fugit; non enim l. c. de fontibus, niſi ita refert: "Quum autem, inquit, tria Geographiae Nubienſis Latio iam donatae, Arabica exemplaria Romae impreſſa, nobis Bibliotheca Eſcurialenſis exhibeat, quae *Arabum ſcriptores* de praeſtantiſſimo illius autore prodiderint, h. l. referre viſum eſt."

De patria *Edriſii* ergo non omnino conſtat; eum tamen ni fallor, locum tenemus, vt pro vero ſumere liceat, autorem noſtrum nec fuiſſe *Nubienſem*, nec *Aegyptium*, nec *Mazarae* vrbis ciuem.

§. 3.

Aetas Edriſii.

De tempore, quo vixit, *Edriſius*, nunquam diſceptatum fuit. Teſtimonia enim de illo habemus non

u) Vid. verſ. REISKII, in BÜSCHING Magazin &c. Tom. IV. p. 232.
v) Vid. CASIRI l. c. Tom. II. p. 9.

non ſolum *Caſirii*, ſed et ipſius *Edriſii*, quibuscum pulchre conſentiunt loca, quae ex ipſo opere noſtro de autoris aetate peti poſſunt. Quae quidem omnia ita comparata ſunt, vt de aetate *Edriſii* ita ſtatuere liceat:

Natus eſt, teſte *Caſirio* (vid. paullo ante §. 2. n. 4.) a. Heg. 493. p. Chr. 1099; opus perfecit, vt ipſe, notante *Pocockio* (vid. paullo poſt §. 7.), in praefatione operi integro praemiſſa teſtatur, a. Heg. 548. p. Chr. 1153. Floruit ergo ante *Abulfedam* annis circa 173.

Bene itaque congruunt loca, quae ex libro geographico de tempore, quo vixit, colligi poſſunt. Notabiliora et ſignantiora haec ſunt. Pag. 113. verſ. lat. dicit Hieroſolymorum vrbem, tempore, quo librum ſuum conderet, ſub ditione Chriſtianorum eſſe *w*). Probe. Anno enim H. 492 (i. e. A. Chr. 1098. et quidem III. ante Id. Maii) in poteſtatem ſuam receperunt Chriſtiani vrbem laudatam, ac tenuerunt, vsque ad annum Heg. 583 (i. e. ad A. Chr. 1187. et quidem ad VI. ante Non. Octobr.) vbi *Saladinus* eam denuo in poteſtatem Moslemorum redegit *x*). Pag. 88. verſ. lat. refert: *Rogerium* cepiſſe *Tripolin* anno 540 (i. e. A. Chr. 1145-46); vid. infra p. 293 et cf. *Ludolf* apud *Tentzel* l. c. — Eadem pagina vrbem *Bonam* captam eſſe perhibet anno H. 548 (i. e. A. Chr. 1153-54.) vid. infra p. 271. Pag. 90. verſ. lat. denique docet Inſulam

d 4 *Karko-*

w) Verba Edrisii (Clim. III. ſect. 5. pag. inde a ſectionis initio, 7. lin. 16 ſq.) haec: فلما استفتحها الروم وبقي بايديهم الي وقت تاليفنا لهذا الكتاب

x) Hiſtoriam diſces ex Allgem. Welthiſtorie T. XXI. p. 58 ſq.

Karkonam a *Rogerio* ſubactam eſſe anno H. 548. i. e. vt paullo ante vidimus, a. p. Chr. 1153-54. Et hic idem annus eſt, quo librum ſuum perfecit *Edriſius*. Ex his ipſis locis (vt hoc obiter adnotetur) Sionita quoque in Praefat. aetatem *Edriſii* feliciter eruit; cum *Caſaubono*, cuius vero mentem non bene percepit, vti pulchre monet *Ludolf* apud *Tentzel* l. c. quidem pugnat; ſed de verbis. Caeterum autores recentiores ad vnum omnes veritatem dictorum facile conteſtantur.

§. 4.

Religionem Mohammedis profeſſus eſt Edriſius.

Multum autem diſceptatum eſt de religione, quam profeſſus ſit *Edriſius* noſter. Pro Chriſtiano habendum eſſe *Sionita* contra *Caſaubonum* conſtanter affirmat. Verba eius ſic ſeſe habent y): "Quod autem ad religionem eius attinet, etſi *Caſaubonus* in notis, quas habuit in Epiſtolam B. Greg. Nyſſeni ad Euſtathiam (Ambroſiam et Baſiliſſam) putauit eum fuiſſe profeſſione Mohammedanum: pace tamen tanti viri videtur potius fuiſſe Chriſtianus, vt ſatis declarant permulta eius operis loca, in quibus Chriſtum Redemptorem vocat *Dominum* et Beatiſſ. Virginem appellat *Dominam* Mariam eius genetricem, vt v. parte Climatis III. vbi ſic: ونما دار نها الانبيا مصورون والسيد المسيح والسيدة مريم والدته z) h. e. *Eam vero* (ſc. teſtudinem templi Hieroſolymitani) *ornant vndique per gyrum picturae prophetarum Domini Chriſti ac Dominae Mariae matris eius.* Imo ibidem poſt multa

y) Vid. Praefat. Verſioni praemiſſ. p. vlt.

z) Clim. III. Sect. V. inde a ſect. p. 6. lin. 14. 15. verſ. lat. p. 112. (Cf. p. 114. et alibi.)

multa loquens de agro Peregrinorum ſepulturae dicato; Chriſtum ſeruatorem vocat abſolute *Dominum* his verbis: وهي ارض اشتراها السيد لذلك *a*) i. e. *eſtque* (ſc. ager ille) *terra, quam Dominus emit ad id,* vt ſcilicet in ea Peregrini humarentur. Quas loquendi formulas nunquam memini me legere in libris Mohamedanorum, qui titulum *Dominationis* nulli Creaturae praeterquam Mohammedi tribuunt, et nihilominus eum nusquam vocant abſolute *Dominum.* At cum de Chriſto Domino mentionem faciunt, aiunt: عيسى عليه السلام i. e. *Iſa,* ſiue *Ieſus, cui pax.* Verum quoniam autor hic noſter librum non modo Chriſtianis ſed etiam Turcis communem eſſe cupiebat, profeſſionem ſuam ex induſtria noluit aperire; vnde variis in locis cum ſancti alicuius meminit, non vtitur voce Arabica, ſed Italica (non enim erat linguae Italicae ignarus, vt ex multis coniicimus) literis Arabicis expreſſa, vt ſenſus illius Arabes lateret. Ita v. parte Climatis III. *b*) وعلي الوادي المسمي الاردن كنيسة عظيمة علي اسم شنت يوحنا h. e. *et ad amnem qui vocatur Iordanis eccleſia magna cernitur nomini Sant* i. e. Sancti *Ioannis ſacra,* idemque alibi ſaepius." Haec *Sionita;* at quis non videt falſa hic adtexi veris? ſane, quibus cauſſis argumentisque commotus fuerit *Sionita,* vt Chriſtianum illum cenſeret, iisdem nullo modo commoueri debere et nos. Facile enim fieri potuit (et ſaepiſſime fieri ſolet in libris Mſſ. Arabum) vt interpolaretur liber *Edriſii;* forte is, qui in vſus ſuos deſcripſit opus autoris noſtri, Chriſtianus quidam religioſus, vocabula السيد et

d 5 السيدة

a) Clim. III. Sect. V. inde a ſect. p. 9. lin. 3. 4. verſ. lat. p. 115.
b) Clim. III. Sect. V. inde a ſect. p. 8. lin. 14. 15. verſ. lat. p. 114.

السيدة l. c. ſine vlla fraudis ſuſpicione addidit. Sed iam mitto coniecturam, quae nullis argumentis firmari poteſt; multa alia ſunt, quae *Sionitae* ſententiae haudquaquam fauent, imo illi vel maxime adverſantur;

a) Nomen ſcilicet, quod geſſit *Edriſius*, Mohammed puta, quod, quantum memini, nunquam Chriſtiano impoſitum fuit, facile hanc eius opinionem poteſt refringere.

b) Mohammedanorum erga Chriſtum reuerentiam vel maximam eſſe, ſatis conſtat *c*). Ac ſi omnino *Edriſius*, licet Mahommedis aſſecla, de rebus Chriſtianis ſacris (v. g. in Deſcriptione Hieroſolymorum) caſte loquitur, an inde Chriſtianum eum fuiſſe putemus? Minime vero. Quid de ingenio ac acumine hominis ſtatueres, qui, ſi noſtrorum aliquis religionem v. g. Mohammedis depingeret, et

c) Secus vero qui forte cogitent, legant quaeſo quae Michaelis hac de re pluribus commentatus eſt e. g. in Bibl. Orient. et Exeger. (vet.) Tom. IX. p. 97 et (nov.) Tom. I. p. 51 ſq. audiantque, ſi placet, Itineratores recentiores, ex quorum ſcriptis vnum vel alterum locum huc reuocare liceat. F. de Troilo ex ore populi adeo refert p. 514. Sie, (Mahommedani) erkennen Chriſtum, halten ihn vor einen groſsen Propheten, dergeſtalt, daſs ſie auch die Jüden, ſo Chriſtum läſtern, mit gewiſſen Streichen zu beſtrafen pflegen. Et p. 533. Chriſtus (ſagen ſie) wird am jüngſten Tage Richter, Mahomet ſein College ſeyn. — Niebuhr Itiner. Tom. I. p. 247. Meine arabiſchen Scheichs hielten ein andächtiges Gebet vor derſelben (Capelle); und als wir hineingiengen küſsten ſie das Bildniſs Chriſti und der Jungfrau Maria ſehr andächtig, *da ſie doch* Mohammedaner waren &c. — Horstius denique p. 109 haec habet: Sie nennen Jeſum nie ohne Ehrfurcht und heiſsen ihn allemal سيدنا عيسى d. i. *Unſer Herr Jeſus* ..: Et ſic loca ſexcenta alia.

Nec Seldeno, vt hoc obiter addam, ſatisfecit haec Sionitae; ratio "certe enim (inquit) honor ille [denomin. السيد et السيدة] ſatis frigidus eſt; et tralatitium eſt, Mahummedanos Chriſtum Jeſum honorifice ſane memorare,"

et quae in illa ſancta ſunt, ſancto i. e. proprio quoque eorum nomine compellaret, ſi hunc, inquam, Mohammedis aſſeclis adiudicaret? Sed, inquis, diverſa ſunt tempora, noſtro tempore id certo riſum moueret, ſed olim aliter res ſeſe habebat! Audio; quid autem, ſi forſan ex ipſo eodem opere tibi monſtrem, eum fuiſſe Mohammedanum? ſcilicet quauis pagina, ad nauſeam vsque occurrunt flores *d*): faciam hoc Deo celſiſſimo, glorioſiſſimo volente; Deo opitulante; Moſes, cui pax; Farao, cui Deus maledicat &c. — Equidem non ignoro ſtylum hiſtoricum Chriſtianorum tum temporis fuiſſe religioſum, imo ſuperſtitioſum; phraſeologia tamen dicta Mohammedanorum ſcriptoribus propria eſt.

In contrariam partem forte opponas locum *Edriſii e*), qui ita fere ſonat: ويقال ان في هذا الموضع غرق فرعون لعنة الله i. e. *et fertur hunc in locum immerſus eſſe Farao, cui Deus maledicat.* Talia ſane Mahommedes non docuit; ſequitur enim in enarranda hac hiſtoria Iudaeorum traditiones, qui Faraonem, Aegypti regem (refragante nihilominus S. S.) ſingulari Dei prouidentia e periculo mortis liberatum, perhibent. Sic liber de vita et morte Moſis a *Gaulmino* edita: ויבאו בני ישראל בתוך הים ביבשה ויבאו אחריהם פרעה וכל חילו וטבעו בים ולא נותר מהם איש וזולתי פרעה מלך מצרים אשר נתן הודאה לאל חי ויאמן בו•וכום i. e. . . . Farao ingentibus copiis ad mare perſecutus, fluctus ſimul cum Iſraele ingreditur, quos dum Iudaei ſiccis perambulant veſti-

d) Quos iuuat, euoluant p. 3. 5. 6. 12. 19. 22. 34. 39. 41. 44. 45. 51. 52. 57. 85. 97. 98. 107. 108. 109. 120 &c., verſ. lat.

e) Vid. Text. arab. Clim. III. ſect. III. prope fin. et verſ. lat. p. 107.

veſtigiis, totus regis exercitus illis obruitur. Solus ſuperfuit Farao, qui demum Deo gloriam confeſſus &c. *f*). Huic ſuauiſſime ſuccinit Mohammed, in capite Ionae *g*) ita fere tradens: وجاوزنا ببني اسراءيل البحر فاتبعهم فرعون جنوده بغيا وعدوا حتي اذا ادركه الغرق قال امنت انه لا اله إلا الذي امنت به بنو اسراءيل وانا من المسلمين ۞ الان وقد عصيت قبل وكنت من المفسدين ۞ فاليوم ننجيك ببدنك لتكون لمن خلفك اية وان كاثيرا من الناس عن اياتنا لغافلون i. e. Duximus autem Iſraelitas per mare, quos proſecutus eſt Farao cum exercitu ſuo iis malefaciendi ſtudio: cum autem mergi periclitaretur, dixit: credo nullum eſſe Deum praeter illum in quo credant Iſraelitae; (tum Deus) etſi antehac rebellaſti et fuiſti improbus: nihilominus hac vice eripiemus te, vt fias poſteris exemplum, plurimi enim ſigna noſtra negligunt. Haec Mohammed. — Quae quidem obiectio ſpeciem aliquam veri prae ſe fert; at vix nos eo perducet vt *Sionitae* ſubſcribamus ſententiae. Non enim hancce hiſtoriam ex Korano deſumſit *Edriſius* ſed relata referens prudenter vſus eſt vocabulo يقال (*fertur*). In hoc quidem argumento non perſto; vocabulum ſcil. يقال forte reſpectu loci, quo periiſſe *dicitur* Farao, adiectum eſt; hoc autem notatu dignum, *Abulſedam*, de quo nemo vnquam dubitauit quin fuerit religionis Mahommedanae cultor, a parte *Edriſii* ſtare. Scribit nimirum (omiſſo vocabulo يقال) وبالقرب منها غرق فرعون i. e. prope illam (ſcil. vrbem Kolzom) ſubmerſus eſt Farao *h*). Cum *Edriſio* et *Abulfeda* recentiores quoque faciunt; vid. infra Sect. III. part. I. §. 26. p. 452.

f) Cf. Okleii Introduct. in ling. orient. p. 141.
g) Id eſt Sur. X. edit. Maracc. p. 327 v. 89-91.
h) Vid. Abulfedae Tab. Aegypti §. 30.

p. 452. Caeterum, loco vixdum allato alius poteſt ex opere *Edriſii* opponi, ex quo facili negotio *Edriſium* fuiſſe Mohammedanum demonſtrari poteſt. Quem in animo habeo, locus, a *Seldenio* examini ſubiicitur *i*). De Inſulis nimirum ſinus Arabici locutus Edriſius, *inter has etiam*, inquit, *eſt inſula Sâmeri*, السامري, *quam colunt populi Iudaei Samaritani, quorum teſſera eſt, vt dicat quis ex ipſis cum aliquem offenderit*, لامساس (Lâmeſâs) *et hac dictione deprehenduntur eſſe ex Iudaeis* المنسوبين الي السامري صاحب العجل في زمن موسي عليه السلام qui ſcilicet *deſcendunt ex Sâmeri autore vituli tempore Moſis, cui ſalus. Sameri* hunc nimirum pro autore vituli habet *Edriſius* — quod, (vti inter alia bene addit *Seldenus*) non aliunde, puto, hauſit, quam ex Alcorani Azoara et Mahumetica Vituli aurei; i. e. fanatica hiſtoria *k*).

Quae quidem obſeruationes, vti equidem exiſtimo, ſufficiant ad demonſtrandum *Edriſium* profeſſum eſſe Religionem Mohammedis. Obticeo 1) ergo formulam بسم الله الرحمن الرحيم, quae in fronte Geographiae noſtrae legitur, vt argumentum ambiguum et teſtante experientia, omnino fallax; facile enim fit, vt is, qui codicem aliquem, opus etiam a Chriſtiano compoſitum, continens, deſcribit, Mohammedanus ſcilicet, eam pro conſuetudine ſua addat, licet antea non fuerit inuenta nec ab ipſo autore adſcripta *l*). — Argumentum

2)

i) Vid. J. SELDENI De DIs Syris Syntagmata II. (ed. M. ANDR. BEYER Lipſ. 1668. 8.) p. 129 ſq.

k) Extat EDRISII locus in Clim. II. ſect. V. pag. inde a ſectionis initio 3. verſ. lat. p. 45.

l) Suſpecta igitur videri poſſunt verba, quae leguntur in: Allgem. Welthiſtorie T. XXI. p. 136. not. A. et ita ſonant: Dieſe feyerliche

2) *Sionitae*, autem quod ſcil. *Edriſius*, quoniam librum non modo Chriſtianis ſed etiam Turcis communem eſſe cupiebat, profeſſionem ſuam aperire noluerit, nullius omnino momenti eſt, nec operae pretium, vt refutetur. Superſedeo ergo multis verbis; nec in memoriam reuoco quo v. g. honore exceperint Mohammedani librum *Gregorii Abulpharagii* &c. Ad iam dicta cf. quae infra §. 9. dicemus.

§. 5.

De gente Edriſii, de eius itinere in Hiſpaniam et Italiam coniectura.

Cum primum *Edriſii* nomen apud *Abulfedam* deprehenderem, ſubiit mentem illius Edriſidarum familiae memoria, quae in Africa, per centum annos et quod excurrit, ſummo quondam honore floruit *m*), eumque ex hac prognatum fuiſſe, probabilius mihi de die in diem videbatur. Id mihi cogitanti permagnum pondus attulit autoritas *Pocockii*, quem in eadem eſſe ſententia poſtea compertum habui *n*). Edriſidas imperio ſpoliauit eorumque regno potitus fuit *Mahedi Abdallah*, id quod accidit circa annum Chriſti 919 *o*). Qui de familia ſuper-

liche Formel in der arabiſchen Sprache, die von dem erſten Worte (a primis verbis dicere debuiſſet) das *Bismillah* genannt wird, wird von den Mohammedanern *beſtändig* im Anfange aller ihrer Bücher und Schriften überhaupt gebraucht, *und dient zu einem beſondern Merkmahl und unterſcheidenden Charakter ihrer Religion* &c.

m) Vid. praeter: Allgemeine Welthiſtorie T. XXI. HERBELOT v. v. *Adareſſah*, *Edreſſah*. CARDONNE l. c. T. II. p. 37. HOEST l. c. p. 13. Nord-Africa &c. autore SCHLÖZER &c. p. 20.

n) POCOCKE Specim. l. c. p. 373 vbi: "Oriundus ergo videtur illuſtri Edriſidarum familia, qui olim in aliquibus Africae partibus regnarunt." Probatur POCOCKII coniectura LUDOLFO apud TENTZEL l. c. p. 877. Cf. HERBELOT vv. cc.

o) Cf. praeter autores paullo ante not. m. laudatos ABULFEDAE Annal. Mosl. Tom. II. p. 336.

ſuperfuerunt, relicta patria ſede, ſe in Siciliam conuertiſſe, atque ex horum poſteris deſcendere Edriſium, *Herbelotus* teſtatur; imo ex *Herbeloti* argumentis coniicere poſſes, *Edriſium* ipſum fuga ſe recipiſſe ad *Rogerium*, Siciliae regem *p*): quod tamen noli temere credere; *Mahedi Abdallah* enim, qui euertit Edriſidarum imperium, duo fere ſecula iam antea vixit *q*); ſed ſibi non conſtat *Herbelotus* et parachroniſmum ipſum alio loco iterum emendat *r*). Ita quidem annuente *Herbeloto* res ſeſe habet.

Liceat mihi hoc loco ab *Herbeloto* in omnia alia diſcedere. Non nego quidem de familia Edriſidarum, vt effugerent gladium *Mahedi*. multos in Siciliam ſeſe conuertiſſe (licet hoc legiſſe me non memini); coniicio autem alios ſe ex conſpectu abdidiſſe, inque patria tantiſper clam remanſiſſe donec pacatis regionibus prodire auderent, vrbesque patrii quondam regni, incolerent homines priuati. Et ex horum poſteris deſcendere *Edriſium* mihi quidem veroſimile videtur. *Septae* enim, vt §. 2. audiuimus, natus fuit autor noſter.

Iam vero in vrbe patria tectoque non latuit *Edriſius*; id quod ex ipſius verbis *s*) perſpicere licet.

Loco

p) HERBELOT v. *Scherif al Edriſi*, vbi haec: . . . lequel ayant été chaſſé avec toute ſa famille par Mahadi le Fathemite, qui ſe rendit maitre de toute l'Afrique Littorale, qui eſt au deça du fleuve Niger (!) fut obliger de ſe refugier aupres de Roger Roy de Sicile. *Idem* ſub voce *Adareſſah* . . . Edriſſi le Geographe, qui étoit de cette famille (Edriſidarum ſc.) ſe refugia en Sicile auprés du Roy Roger. Idem hoc repetit v. *Ragiar* et v. *Nazebat*.

q) Vid. REISKII not. ad ABULFEDAE Annal. Moslem. Tom. III. p. 707 ad p. 278.

r) HERBELOT v. *Giagrafia* ita habet: *Edriſi*, dont les *ancetres* s'étoient refugiez d'Afrique en Sicile. Idem ſ. v. *Edreſſab* ita refert: Scherif al Edriſſi . . . ſe diſoit iſſu de cette famille, dont le debris s'étoit ſauvé en Sicile.

s) Clim. IV. ſect. I. pag. inde a ſect. initio ſecunda. Verſ. lat. p. 148.

Loco citato enim vbi de duobus aggeribus Hiſpaniam inter et Africam, [de Columnis Herculis cogitat *t*)] loquutus, vidiſſe ſe, ait, ſuis oculis (رأيناه عيانا) Aggerem Hiſpaniae, vnde per Hiſpaniam eum iter feciſſe veriſimillimum videtur; Hiſpaniam enim diligentiſſime et fere vt αὐτοπτης deſcribit.

Qua quidem coniectura forte non opus eſt; *Caſiri* enim *u*) verbis expreſſis monet, Noſtrum *Cordubae* diſciplinis operam dediſſe.

Abſolutis (vti vulgo loquuntur) ſtudiis, vt videtur, in Siciliam ſeſe conuertit; mox ibi *Rogerio* innotuit et ad eius familiaritatem acceſſit, cuius tandem iuſſu, vt paullo poſt videbimus, opus conſcripſit geographicum. Quod autem in Italia et nominatim in Sicilia commoratus ſit *Edriſius*, diſerte quidem ipſius verbis oſtendere nequeo; at probabilem lucem haec ferme rei affundere putem:

1) Non obiter factum exiſtimo, vt quauis data occaſione de *Rogerio* ſit locutus. Vid. paullo ante §. 2.

2) Linguae italicae non ignarus fuit, vti iam *Sionita*, annuentibus quibusdam vocibus italicis, obſeruauit (vid. paullo ante §. 4. p. LVII.) *v*).

3) *Hagi*

t) Adde hunc EDRISII locum Diſſ. de Columnis Herculis, praeſ. (et autore) CHRISTIAN. GOTTL. SCHWARZ, Altorf. 1749. 4. p. 24 ſq.

u) CASIRI l. c. T. II. p. 9. ſed cf. quae notatum fuit ſupra §. 2. p. 4.

v) Bene ſeſe habet haec SIONITAE obſeruatio. Maxime autem id mihi admirationem mouebat, quod in libro, cuius linguam arabicam puram, caſtam ac ſatis elegantem praedicant viri docti (vid. infra §. 11.), vocabula quaedam inuenirem, quae linguam latinam, vel potius italicam, vti tum temporis erat, redolere viderentur, quorum in numero eſt vocabulum اغشت, (p. 11. et 24 occurrens,) *Auguſtum menſem* denotans, quod forte in *Agoſto* Italorum deprehenditur. Scio equidem hoc vocabulo vti Arabes in

3) *Hagi Chaliſa Edriſium* noſtrum *Aſkili* et *Sakeli* (Siculum) compellat *w*); quod, vt mihi quidem videtur, non ſolum fecit, quoniam opus Regis iuſſu exarauerit et Regi forſan dedicauerit (vid. *Herbelot* v. *Ragiar*), ſed certo quoniam in Sicilia apud *Rogerium* ſit commoratus.

4) Iuſſu *Rogerii*, Regis Siciliae, eius nominis ſecundi, ſcripſit opus ſuum geographicum (vid. paullo poſt §. 7.) quod inde *Liber Rogerii* vocatus eſt. Veroſimile autem non videtur, *Rogerium* homini in ciuitate extera degenti mandaſſe opus conſcribere, quo Rex quotidie vti vellet.

§. 6.

in calculo aſtronomico (vid. HERBELOT v. Agoſto); neſcio vero ex quo tempore in vſu illis fuerit; quum praeterea hic geographum, non autem aſtronomum habeamus, incertus haereo, num EDRISIUS hoc vocabulum, vt ex aſtronomia ſibi notum, adhibuerit. Idem hoc de vocabulo يوليه, *Iulium menſem* denotante (vid. HERBELOT v. *Iouliah*) quod p. 24 occurrit, dictum habeto. De antiquitate harum vocum apud arabes ſumma forſan dubitare licuerit, quippe qui non tam Romanorum quam potius ſcripta Graecorum manibus tererent. In numero horum vocabulorum habeo quoque vocem شنت, (*ſanctus*); videtur italicum *ſanto*. Occurrit ſaepius v. g. pag. 112. 113. Cf. paullo ante §. 4. Tum verſ. lat. p. 82 vbi vrbis Begiaiae (de qua vid. infra p. 224) officinas deſcribit, inter nomina nauium, quas ibi fabricari perhibet, occurrit etiam vocabulum الحراني, quod, ſi nauem ſignificare debet, neque videtur eſſe dubium, quin debeat, in Lexicis fruſtra quaeritur. In mentem mihi venit, num ſub hoc الحراني forte vocabulum *Carinae* ſit reconditum. Sonum quidem imitatur; ſed lectores, longe me ingenioſiores videant, quid ſtatuendum ſit de hoc vocabulo. Caeterum praeterire nolim obſeruationem EDRISII olim aliquando forte notatu digniorem. Pag. 74 verſ. lat. nimirum, vbi vrbem Azca (de qua vid. infra p. 131) deſcribit, notat: vrbem hanc vocari a Barbaris *Azakne*, *lingua vero*, الجناويه, *Genuenſi*, Kokada.

w) Vid. HERBELOT ſ. v. *Scherif al Edriſi* vbi ita: Hagi Khalfa donne dans ſa bibliotheque à ce Scherif le ſurnom *d'Askili* & de Sakeli, le Sicilien, à cauſe qu'il compoſa ſon Livre pour *Raggiar Alfrangi Saheb Aſkiliah* c. a. d. pour Roger, le Franc, Maitre ou Roy de la Sicile.

§. 6.

Haec fere ſunt quae dicere habui de vita *Edriſii*, quam vocant, priuata.

Licet vero nos ad veritatem vsque dubio omni maiori non perueniſſe confiteamur neceſſe ſit, eum tamen, ni fallor, tenemus locum, vt pro vero ſumere liceat: nomen genuinum autoris geographiae arabicae eſſe *Edriſium;* Nuba autem et Nubienſis ſuppoſitium; ortum eum habere a nobili familia Edriſidarum; patriam habuiſſe nec Nubiam, nec Aegyptum, nec Mazaram Siciliae oppidum; ſed Septam vel Ceutam vrbem Africae ſeptentrionalis maritimam; floruiſſe circa annum Heg. 548. p. Chr. 1153; religione fuiſſe Mohammedanum; Cordubae diſciplinis operam dediſſe; ac vixiſſe apud Rogerium Regem Siciliae II. —

§. 7.

De opere Edriſii geographico.

Fuit *Edriſius* Noſter vir doctrina incomparabilis *x*); inprimis autem geographiae ſtudioſus. Iuſſu *Rogerii*, Regis Siciliae, II, conſcripſit geographiam, qua globus argenteus, quem, ſi *Herbeloto* fides habenda *y*), Noſter fabricauerat, illuſtraretur.

x) Doctrinam Noſtri forte admiranti, hiſtoria ſuccurrat, quae omnino Edriſidarum gentem literarum non parce amantem fuiſſe, declarat. Audi e. g. Hoestium, qui l. c. p. 13 ita refert: يحيى بن عمر *Jabia ben Omar* regierte anfänglich wohl, ergab ſich aber nachmalen dem Studieren und den Wiſſenſchaften dermaſsen, daſs ſein Hof einer Academie glich &c. Idem hoc narrat Cardonne l. c. Tom. II. p. 41.

y) Herbelot nimirum v. *Scherif Aledriſſi* haec habet: Ce Scherif étoit fort ſçavant & fabriqua un Globe Terreſtre d'Argent pour ce Prince (Roger. II.), ſur le quel il avoit fait graver en Arabe tout ce, qu'il avoit pû ſçavoir des Pays qui pour lors étoient

connus

retur. Prae caeteris audiendus eſt *Pococke* z), qui de origine operis Edriſiani ita refert: "Ipſe ſe „(neſcio tamen an ſolum) librum نزهة المشتاق (Na„zehat al Moſchtak), qui ſcriptus eſt iuſſu Rogerii, „regis Siciliae et Antiochiae &c. [eius nominis ſe„cundi, vt ipſe Clim. IV. ſect. 2. diſerte teſtatur *a*)] „abſoluiſſe anno Heg. 548. in praefatione ſcribit, „idque ad explicandum globum, in quo deſcripta „fuit terrae figura, quem ſibi ex argento puro con„flare curauit rex pondere اربعمايه رطل بالرومي في كل رطل منها مايه درهم اثنا عشر درهما i. e. 400 librarum „(ſeu Rotolorum, vt vulgo loquuntur) graecarum, „quarum vnaquaeque 112 drachmas continet." Haec *Pocockius*. Opus ſuum itaque abſoluit *Edriſius* a Heg. 548. p. Chr. 1153. et ante Abulfedam annis circa 173. (vid. ſupra §. 3.)

In rubro habet liber, quem compoſuit *Edriſius*: *Nazehat al Moſchtak fi dhekr alamſar, v alac̈har, v albol-*

e 2

connus et compoſa enſuite une Géographie fort ample intitulé Nazehat, ou Nozhat al Moſchtak &c. *Idem* v. *Ragiar* autem ita ſcribit: Ce livre . . . fut fait pour expliquer un grand Globe Terreſtre d'Argent, que ce Prince avoit fait faire pour s' inſtruire parfaitement de la Geographie. *Idem* v. *Edriſſi* ita habet: Cet ouvrage fut compoſé l'an 548 de l'Heg. de J. C. 1153 pour faire la deſcription d'un globe terreſtre peſant 800 marcs d'argent, que Roger &c. avoit fait faire: c'eſt pourquoy il eſt auſſi nommé Keráb Ragiar, le Livre de Roger. Vid. paullo poſt.

z) Vid. POCOCKE Specim. p. 122. 372.

a) Verba EDRISII ab Epitomatore abſque dubio in compendium redacta Clim. IV. ſect. 2. pag. inde a ſectionis initio 6, haec:
ويقي علينا بعد هذا ان نذكر جزيرة صقليه فنقول
ان صقليه فريدة الزمان وفي هذه الجزيره عند تاريخ
هذا الكتاب لسلطانها رجار مايه بلد ثلثون بلدا.
Cf. verſ. lat. p. 170. Reſtat nobis modo, vt aliquid dicamus de inſula Sicilia. Aſſerimus ergo Siciliam eſſe vetuſtiſſimam et Regem eius Rogerium dominari hoc tempore praeſentis aera libri, in centum triginta regiones (i. vrbes, oppida, caſtella &c.).

v alboldan, v algezr, v almadain, v alafak; ita nimirum ſonat titulus operis laudati apud *Herbelotum* v. *Nazehat* &c. quocum, vti iam ſupra p. XIII. obſeruatum eſt, conuenit titulus editionis, quae Romae prodiit, et titulus operis integri, quem Codices Manuſcripti exhibent, vti paullo poſt videbimus. Vid. infra §§. 8. 9.

Idem Herbelotus l. c. titulum breuiorem dedit his verbis: *Nazehat al Moſchtak fi exterak alakſak;* et ſub hoc ipſo titulo geographia noſtra quoque excitatur a *Pocockio*, l. c. ſcil. "نزهة المشتاق في اختراق الآفاق i. e. Egreſſio cupientis ad peragrandas terrae regiones." Eandem inſcriptionem vid. infra §. 8. litt. A. B. Saepius ad autorem noſtrum prouocat *Abulfeda* (vid. ſupra §. 1. et paullo poſt not. d.) et librum eius deſcribens breuiter eum vocat: نزهة المشتاق. Eundem hunc titulum exhibet *Herbelot* v. *Ragiar.*

Opus autoris noſtri item occurrit ſub titulo *Giagrafia* et *fi Giagrafia alkollia* i. e. geographia vniuerſalis, vti *Herbelotus* vv. Ragiar et Nazehat, teſtatur, cuius aſſerti veritatem titulus alter editioni Romanae praefixus ſatis confirmat. Vid. paullo poſt §. 9.

Teſte *Pococke b)* "vocatur alias liber iſte كتاب رجار *Rogeri Liber* apud autorem Maſalec, *Ahmehdem.*" Adſtipulantur *Pocockio Herbelot* (paullo ante, not. y.) et *Renaudot c).*

Recen-

b) Pococke Specimen &c. p. 373.

c) Herbelot v. v. *Nazehat. Edriſſi* et *Scherif al Edriſi;* cf. ſupra §. 7. n. y. Renaudot l. c. praefat. pag. IV. "La Geographie, qui a eſté compoſée en Sicile, & que pluſieurs auteurs appellent *le Livre de Roger*, parce qu'elle fut compoſée pour Roger Roy II. de Sicile &c.

Recentiores, vbi ad Edriſium prouocant, plerumque Geographi Nubienſis nomine eum laudant. A *Bocharto* per excellentiam, vt videtur, *Geographus Arabs* vocatur. Vid. infra pag. 265. *Arabs* κατ' ἐξοχην compellatur a *Caſaubono* ad Baronium p. 121. Olim *Nuba* quoque vocabatur (ſupra §. 1).

Apud *Abulſedam*, ſub initio operis geographici a *Reiskio* latinum facti, liber *Edriſii* excitatur ſub titulo *Ketab mamaleki wal maſſaleki*. Ex Geographia typis deſcripta locus, quem laudat *Abulſeda*, exulat; num opus integrum eum exhibeat? ſubdubito; — ac omnino ni forte alius autor extiterit, qui nomen *Edriſii* quoque geſſit, id quod *Gravius* innuere videtur *d*); ſine

d) Gravius ſcil. Praefat. ad Bin. Tabul. Geograph. &c. quosdam ſcriptores Arabum laudat, idque hoc ordine: "*Nobilis Aledriſi* الشريف الادريسي in libro في الممالك المسالك *de regnis et imperiis* Vrbium locorumque ſitus et quibus terminis vnaquaeque gens clauditur, quo terrarum tractu in longum latumque protenditur, accuratiſſime deſcripſit. Idem praeſtitit Ebn Chordadbah &c. Vid. infra §. 12. n. 6. Quin etiam Jacutus Alhamavaeus (ياقوت الحموي في المشترك) theſaurum geographicum literarum orientalium ſtudioſis apprime vtilem contexuit; omnium vero induſtriam longo ſuperauit Abu Alrihan Albirunius (ابو الريحان البيروني في القانون) eximius Mathematicus, qui Canonem (Ptolemaeum imitatus) geographicum concinnauit annis abhinc prope 660. Et ne longior ſim in aliis recenſendis autoribus (quorum triginta plus minus in Geographia Abulfedae citantur) publicarunt non ita pridem Clariſſimi viri Gabriel Sionita et Joh. Hesronita نزهة المشتاق h. e. *relaxationem animi curioſi*, ſiue vt ipſi etiam appellant, *Geographiam Nubienſem*, cum interpretatione Latina diligenter abſolutam. Quanquam vt illud obiter moneam, editio Arabica, quae Romae iamdudum prodiit, cui viri eruditi ſuam adaptarunt, mutila potius inſignis Geographiae *Aledriſi* (قال الادريسي في نزهة المشتاق ita ſexcenties Abulfedae) qui floruit A. H. 548. Chr. 1153. epitome cenſenda eſt, quam opus vndiquaque conſummatum: quod manifeſto liquet e duobus Codicibus Mſſ. vno eruditiſſimi viri D. Pocockii in Syria empto; altero

ſine controuerſia errore quodam deceptus *Abulfeda*, qui, vti paullo ante obſeruatum eſt, alias, quotiescunque Noſtrum laudat, librum Nazehat al moſchtak excitare ſolet, vel nomen auctoris vel opus commutauit. *Herbelotus* quidem ſub voce *Edriſſi e*) *Abulfedae* citatum genuinum eſſe innuere videtur; ſed ſibi non conſtat *Herbelotus* et errorem, v. c. commiſſum, v. Marakeſchi et v. Maſſalek *f*) ipſe corrigit. Non enim memini me vnquam alias librum *Edriſii* hoc titulo munitum excitatum offendiſſe; et aegre mihi perſuadeo ad tot varias inſcriptiones, operi Edriſiano praefixas, hanc quoque eſſe referendam. Libri laudati autor eſſe videtur *Ahmed*, idem, quem, vt paullo ante vidimus, *Pocockius* in medium attulit.

§. 8.

altero meo, in Aegypto, literis Africanis, ſed antiquis, exarato, et quod rarum eſt, cum tabulis ſatis eleganter depictis." Ex his mihi quidem videtur, GRAVIUM diſcrimen habere inter Nobilem Aledriſi autorem libri الممالك المسالك et Nobilem Aledriſi, cuius compendium latinum fecerunt Maronitae. Saepius ad hunc GRAVII locum prouocaturus; eum h. l. integrum deſcripſi.

e) HERBELOT v. *Edriſſi* haec habet: *Alſcherif al Edriſſi*, qualifié du titre *d'Almoumenin* c. a. d. *Khalife*, eſt auteur d'une géographie fort ample, diſtribuée ſelon les ſept Climats, marquez par Ptolemée, qui eſt *ſouvent* citée ſous le nom *d'Almemalek u. al Meſſalek*, les pays & le voyages; mais dont le propre titre eſt *Nozbat* &c. le plaiſir du Curieux dans le voyages.

f) HERBELOT v. *Marakeſchi* ita ſcribit: *Marakeſchi*, ſurnom *d'Abou Ali* &c. (et paucis interiectis); c'eſt peut être le même auteur, qui a compoſé un livre de Géographie intitule al *Meſalek ou al memalek*, qui eſt cité par *Ebn al Ouardi.* Omnino autem vitium emendat HERBELOT v. *Maſſalek* vbi haec: *Maſſalek alabſar fi memalek alamſar*, livre hiſtorique et geographique, compoſé par *Schehabeddin Ahmed* fils d'Jahia, ſurnomme al Marakaſchi, c. a. natif de Maroc. Il eſt ſouvent cité par *Ebn al Vardi* &c. Cf. v. *Schehabbeddin Aboul Abas ben Jahia.* Sane in conſcribendo opere (de quo ſupra p. XV.) vſus eſt IBN AL VARDI inter alios libro, qui titulum habet eundem et cuius autorem *Marakeſchi* vocat. Vid. Notices et Extraits &c. T. II. p. 21. et infra §. 10. n. 12. et cf. Praefat. KOEHLERI ad ABULFEDAE Tab. Syriae pag. (ni fallor) 30.

§. 8.

Codices Manuſcripti operis Edriſiani.

Haec de opere *Edriſii* geographico; iam de Codd. Mſſ. pauca, quae congeſſi, in medium profero. In Bibliotheca Oxonienſi hodie aſſeruantur Codices manu exarati opusque, de quo paullo ante nobis ſermo fuit, continentes, duo, quorum alterum GRAVIUS ex Aegypto attulit *g*) alterum POCOCKIUS *h*) e Syria. In Catalogo VRII p. 192 his verbis deſcribuntur:

A) Cod. DCCCLXXXIV. fol. Cod. Bombycinus, charactere Africano exaratus, fol. 242 complens. Ibi occurrit Geographiae, quam Princeps *Edriſi* compoſuit, atque curioſi animi relaxatio inſcripſit, Tomus primus isque triginta et tribus tabulis geographicis inſtructus, qui deſinit in fine Climatis tertii. Maxima praefationis pars deſideratur. (Grav. 3837. 65.) Titulus Libri ſic ſe habet: كتاب نزهة المشتاق في اختراق الافاق

B) Cod. DCCCLXXXVII. Cod. Bombyc. anno Heg. 906. (Chr. 1500) exaratus, foliis 320 conſtans. Eo continetur opus Geographicum in ſeptem Climata diuiſum, quod compoſuit *Abu Abdalla Mohamed Ben Mohamed Ben Abdalla Ben Edris Princeps Fidelium*: تاليف ابي (ابو؟) عبد الله محمد بن محمد بن عبد الله بن ادريس (ادريسي) امير المومنين inſcripſitque . . . (vti ſupra). Occurrunt ibi multa

 ad

g) Vid. Jo. GRAVII Praefat. ad Binas Tabulas Geographicas Naſſir Eddini Perſae et Vlug Beigi Tatari (in HUDSONII Collect. Geogr. min. Vol. III.) p. 80. vid. paullo ante §. 7. not. d.

h) Vid. POCOCKII Specim. h. a. A. p. 372. Cf. BAUMGARTEN Praefat. ad Allgem. Welthiſt. Tom. III. p. 11. CLEMENT l. c. pag. 122. LUDOLF apud TENTZEL l. c.

ad Hiſtoriam pertinentia. Tabulas habet 77 easque non inelegantes. (Poc. 375.)

Folium in fol. min. Oxonii depictum (*Facſimile* vocant), quod, vti ſupra iam obſeruatum eſt, dono mihi dedit Cl. *Schnurrer*, ſpecimen continet ex Cod. Bod. paullo ante ſub lit. B. deſcripto. Verſiculos continet 25, quos, eo conſilio potiſſimum, ſigno ✿ diſtinxi, vt de forma Codicis externa aliqua ſaltem ex parte iudicium haberi poſſit. Specimen ipſum autem ita ſeſe habet:

Textus editus. (Clim. I. Sect. III. pag. ſect. 1. 2.)	*Codex Bodl.* (in Cat. Vrii 887.)
ان الذي تضمنه هذا الجز	ان الذي تضمنه هذا الجز
الثالث من الاقليم الاول من	الثالث من الاقليم الاول من
المدن المشوره مدينة كوغه ✿	المدن المشهوره مدينه كوغه
وكوكو ✿ وتملمه ✿ وزغاوه ✿	وكوكو وتملمه وزغاوه ✿
وماثان ✿ وانجيمي ✿	وتانان (1) والجيمي (2)
ونوابيه ✿ (3) وتاجوه ✿ فاما	ونوابيه وتاجوه فاما مدينه
مدينه كوغه فانها مدينه البحر	كوغه (4) فانها مدينة علي صفة
الحلو وفي شماله ومنه شرب	النيل (5) وفي شماله ومنه ✿
اهلها وهي من عمالة ونغاره	شرب اهلها وهي من عماله ونغاره
ومن السودان من يجعلها من	ومن السودان من يجعلها من
كانم وهي مدينة عامرة لا	كانم وهي مدينة غابرة (6) ولا
	سور

(1) تانان; Text. ed. ماثان vid. infra p. 65.

(2) الجيمي Text. ed. انجيمي vid. infra p. 64.

(3) Conſonans quarta caret punctis diacriticis; ſed non dubium, quin ب eſſe debeat.

(4) Verba مدينة كوغة atramento rubro exarata ſunt. *Fata* autem atramento nigro ſuperſcriptum.

(5) النيل صفة cum Sad Text. ed. البحر الحلو vid. infra p. 54.

(6) غابرة Text. ed. عامرة lectio forte praeferenda. ولا Text. ed. ſine و.

Text. edit.

سور لها وبها تجارات واعمال
وصنايع يصرفونها فيما يحتاجون
اليه ونسا هذه المدينه ينسب
اليهن السحر ويقال انهن
به عارفات وبه مشهورات وعليه
قادرات ومن كوغه الي سمغنده
في جهة الغرب عشره ايام
ومن كوغه الي غانه نحو من
شهر ونصف ومن كوغه الي
دمقلة شهر ومن كوغه الي
شابيه دون الشهر ومن
كوغه الي مدينه كوكو في الشمال
عشرون مرحله بسير الجمال

Cod. Bodl.

سور لها وبها ۞ تجارات واعمال
وصنايع يصرفونها فيما يحتاجون
اليه ونسا هذه المدينه ينسب
اليهن السحر ويقال ۞ انهن
به عارفات وبه مشهورات وعليه
قادرات ومن كوغه الي سمغره (7)
في جهة المغرب (8) عشرة ايام ۞
ومن كوغه الي غانه نحو من
شهر ونصف ومن كوغه الي
دمقلة شهر ومن كوغه الي
شامه (9) دون الشهر ۞ ومن
كوغه الي مدينه كوكو في الشمال
عشرون مرحله بسير الجمال
والطريق علي ارض بغامه
واهل ۞ بغامه سود برابر
احرقت الشمس جلودهم وغيرت
الوانهم ولسانهم لسان البربر
وهم رحاله وشربهم من ۞
عيون يحفرونها في تلك الارض
عن علم لهم بها وتجربة
صحيحة في ذلك ولقد اخبر بعض
السفار الثقات ۞ وكان قد
تجول في بلاد السودان نحوا
من عشرين سنه انه دخل هذه
الارض اعني ارض بغامه وعاين
فيها ۞ رجلا من هولا البربر
فكان نمسي (يمشي) معه في

e 2 ارض

(7) سمغره Text. ed. سمغنده; Cod. lectio haud contemnenda; plura vid. infra p. 52.

(8) لمغرب Text. ed. الغرب,

(9) شاما Text. ed. سابيه vid. infra p. 54.

Text. edit.	*Cod. Bodl.*
	ارض خاليه ومله ليس بها اثر
	للماء ولا لغيره فاخذ البربري
	غرافة من ۞ ترابها وتربه من
	اتبعه واشتمه وتبسم وقال لاهل
	القافله انزلوا فان الما معكم
	فنزل اهل القافله هناك ۞
	وعرسوا متاعهم وقيدوا الجمال
	وتركوها ترعي ثم عمد البربري
	الي موضع وقال احفروا هاهنه
	فحفروا الناس ۞ هناك اقل من
	نصف قامة فخرج اليهم الما
	الكثير العذب فعجب من ذلك
	اهل القافلة وهذا معلوم
	مشهور ۞ يعلمه تجار اهل تلك
	البلاد ويحكونه عنهم وفي هذه
	الطريق التي ذكرنا من كوعه
	الي كوكو علي ارض بغامه ۞
	بجابتان لا ما فيها وكل مجابة
	منها من خمسة ايام الي ستة
ومدينة كوكو مشهورة	ومدينة كوكو مشهورة (10)
الذكر في بلاد السودان	الذكر في بلاد السودان ۞
كبيرة وهي علي ضفة نهر	كبيرة وهي علي صفة (11) نهر
يخرج من ناحية الشمال	يخرج (12) من ناحية الشمال
فيمر بها ومنه شرب اهلها	فيمر (13) بها ومنه شرب اهلها
ويذكر كثير من السودان	ويذكر كثير من السودان
ان مدينه كوكو هذه علي	ان مدينة ۞ كوكو هذه علي
	صفة

(10) Verba كوكو مشهورة الذكر atramento rubro exarata ſunt.

(11) صفة expreſſe cum Sad; ſic et paullo poſt; et ſupra not. 5.

(12) Lectio haec adcommodata lectioni Text. edit. conſonantes enim prima et vltima punctis diacriticis carent.

(13) Conſonans prima puncto diacritico deſtituta.

Text. edit.

صفة الخليج وذكر قوم
اخرون انها علي نهر يمد النيل
والذي صح من القول ان هذا
النهر يجري حتي يجوز
كوكو بايام كثيرة ثم يغوص
في الصحرا في رمال ودهاس مثل
ما يغوص نهر الفرت الذي ببلاد
العراق وغوصه هناك في
البطايح ثم ان ملك مدينة
كوكو ملك قايم بذاته
خاطب لنفسه وله حشم كثير
ودخله كبيرة وقواد واجناد
وزي كامل وحلية حسنة وهم
يركبون الخيل والجمال ولهم باس
وقهر لمن جاورهم من الامم
المحيطة بارضهم و (18) ولباس
عامة اهل كوكو الجلود
يستترون بها عوراتهم وتجارهم
يلبسون الكداوير والاكسية
وعلي روسهم الكرازي وحليهن
الذهب وخواصهم وجلتهم
يلبسون الازر وهم يداخلون
التجار ويجالسونهم ويبضعونهم
بالبضايع علي جهة
المقارضة وينبت في ارض

Cod. Bodl.

صفة لخليج (14) وذكر (15)
اخرون انها علي نهر يمد النيل
والذي صح من القول ان هذا
النهر يجري حتي يجوز ۞
كوكو بايام كثيرة ثم يغوص
في الصحرا في رمال ودهاس مثل
ما يغوص نهر الفرت الذي ببلاد
العراق وغوصه ۞ هناك في
البطايح ثم ان ملك مدينة
كوكو ملك قايم بذاته
خاطب لنفسه وله حشم كثير
ودخله كبيرة وقواد ۞ واجناد
وزي كامل وحلية حسنة وهم
يركبون الخيل والجمال وقهر (16)
لمن حاورهم (17) من الامم
المحيطة بارضهم ولباس ۞ عامة
اهل كوكو الجلود يستترون
بها عوراتهم تجارهم يلبسون
القداوير (19) والاكسية وعلي
روسهم الكرازي وحليهم ۞
الذهب وخواصهم وجلتهم
يلبسون الازر وهم يداخلون
التجار ويجالسونهم ويبضعونهم
بالبضايع علي جهة (20) ۞
المقارضة وينبت في ارض
كوكو

(14) Elif artic. deeſt. (15) Vocab. قوم deeſt.

(16) Deſunt in Cod. verba ولهم باس

(17) Cod. cum ح non cum ج

(18) و ſuperfl. cuſtos videtur; nouum enim verſ. vox ولباس inchoat.

(19) Cod. ق loco ك habet.

(20) Puncta x ſuperimpoſita rubro atramento adpicta ſunt.

Text. edit.	*Cod. Bodl.*
كوكو العود المسمي	كوكو (21) العود المسمي
بعود الحية ومن خاصته انه اذا	يعود الحية ومن خاصته انه اذا
وضع علي جحر الحيه خرجت	وضع علي جحر الحيه خرجت
اليه مسرعة ثم ان ما يسك	اليه مسرعة ثم ان ما سك
هذا العود ياخذ من الحيات ما	هذا العود باخذ من الحيات ما
شابهه من غيران يدركه شي	سا (22) من غيران يدركه شي
من الجزع ويجد في نفسه قوة	من الجزع ويجد في نفسه قوة
عند &c.	Haec verba Cod. Bodl.

Paginam hanc cuſtodit vocabulum عند, idem, quod et in textu typis deſcripto ſequitur.

C) In Catalogo Mſſ. Bibl. Reg. Pariſ. de Mſſ. in fol. Num DLXXX haec notantur:

"Codex Bombycinus, olim Gilberti Gaulmini, vbi duo libri continentur" (quorum tamen alter nihil ad nos; alter vero, his verbis deſcribitur): "Liber inſcriptus temporum, regnorum regionumque hiſtoria et deſcriptio, *autore Edriſio*, qui, licet in rebus geographicis praecipue verſetur, multa tamen habet ad Aegypti, Kerouan, Mauritaniae, Marocci et Hiſpaniae hiſtoriam pertinentia." —

Geographia ergo, quam hic Codex continet autorem habuit *Edriſium*. Non contradico quidem autori ad fontem manuſcriptorum arabicorum ſedenti; obſeruationes tamen quasdam, vel ſi mauis, dubia, quae mihi orta ſunt, adſcribere liceat 1) Titulus huius libri (modo vt ſit recte translatus, verba arabica enim deſunt) multum abludit a titulo libri Edri-

(21) Verba كوكو وينبت في ارض atramento rubro ſcripta.

(22) Sic Cod. Ductum manus ſcriptoris autem typotheta ſubſequi nequit; ſed eſſe debet شابهه.

Edriſiani. 2) Satis mirari nequeo, *Herbelotum*, qui in Bibliotheca orientali quauis fere pagina excerpta ex *Edriſio* exhibet, nunquam vſum fuiſſe Manuſcripto, ſed nunc ex verſione *Sionitae*, latina, nunc ex libro typis deſcripto annotata ſua hauſiſſe. 3) *De Guignes*, vt videtur, huius Catalogi autorem reprehendit, quod geographiam Codicis laudati ad autorem *Edriſium* retulerit *i*). Nec viro doctiſſimo *De Guignes* contradicere audeo (modo vt Cod. laudatum DLXXX innuerit); addere tamen liceat, conſenſum inter Cod. DLXXX et geographiam Edriſianam haud raro me deprehendiſſe maximum. Vid. e. g. infra deſcriptionem vrbis Agmat p. 151 et conf. Repoſitor. l. c. p. 434. Inde tamen neceſſario non ſequitur: Cod. laud. contiuere opus *Edriſii;* forte ad fontes operis Edriſiani referendus eſt. Sed nihil affirmauerim.

D) In Bibliotheca Eſcurialenſi olim aſſeruabatur exemplar operis Edriſiani; ſed 1671 interiit. Sic enim *Caſiri* *k*): "Atque haec pauca geographica ex aliquot Geographicis monumentis deſcribere licuit. Caetera enim, in iis GEOGRAPHIA vulgo

NVBIEN-

i) Hoc ipſum enim innuere videntur verba *De Guignes* quae in verſione teutonica ita ſonant: Unter den Mſſ. welche mir im geographiſchen Fache bekannt ſind, befindet ſich eins, das man *unrichtig* dem *Edriſſi*, dem Geographen von Nubien, zugeſchrieben hat; es iſt aber *augenſcheinlich* das Product eines *ältern* Schriftſtellers, und nach einem *ganz verſchiedenen Plane gearbeitet.* Vid. Repoſitorium &c. Tom. I. p. 431 ſq.

k) Vid. CASIRI Tom. II. p. 9. audi quoque, ſi placet, BÜSCHINGIUM (Erdbeſchreib. *Dritter Theil.* ed. VIII. Hamb. 1788. 8.) p. 217 ita referentem: Den Bücherſaal (in Eſcurial) hat K. Philipp II. angelegt, und K. Philipp III. die Sammlung der Handſchriften ſehr vermehret, es iſt aber 1671 ein groſser Theil der Bücher und Handſchriften verbrannt, inſonderheit ſind von einigen tauſend arabiſchen Handſchriften nur 1805 gerettet worden, von denen Caſiri ein Verzeichniſs geliefert hat &c.

NVBIENSIS, tum *Abulfedae Raſisque* eiusdem argumenti opera, in luctuoſiſſima illa incendii iam ſupra memorati clade intercedere."

§. 9.

De Geographia Edriſii typis deſcripta, operis integri epitome.

Ex Codice quodam Florentino *l*) Romae (1592) in typographia Medicea, absque vlla anni nota, deſcriptus eſt liber geographici argumenti, cui titulus: كتاب نزهة المشتاق ۞ في ذكر الامصار ۞ والاقطار ۞ والبلدان ۞ والجزر ۞ والمدين ۞ والآفاق ۞. Editio haec eſt, ſiue literas vel characteres arabicas (literis manuſcriptis proxime accedentes) ſpectes, ſiue chartae firmitatem et bonitatem, omnium nitidiſſima. Ad inſtar librorum manu exaratorum quoduis folium lineis et ornamentis incluſum eſt; paginae non numerantur (ſi autem numerarentur, ad 326 accederent); plagulae autem ſifris arabicis vetuſtioribus diſtinctae. Cuſtodes, quos vocant, diligentiſſime vbi folium nouum incipit, adiecti ſunt. Signum diſtinctionis vel interpunctionis, raro vſu venit, et ſaepe inepto loco ponitur. Eſt autem hoc ۞. Valde itaque dolendum, vt liber nitidiſſime exaratus typothetae erroribus ſit conſpurcatus, iisque adeo, praeſertim in nominibus locorum propriis, fere ſcateat. (vid. ſupra *Praeſat.* p. XII.)

Idem

l) Vid. Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek T. IV. p. 382. "Die Handſchrift des arabiſchen Textes dieſes Auszugs iſt in der groſsherzoglichen Bibliothek zu Florenz." CLEMENT l. c. p. 123. . . . Abregé qui avoit déja été imprimé a Rome dans l'imprimerie de Medicis, ſur le Manuſcrit qui ſe conſerve dans la Bibliotheque du Grand Duc de Toſcane. — Ex HERBELOTO v. *Edriſſi* deſumta eſt haec notitia.

Idem liber mox titulum alium nactus eſt, qui fere ſic ſonat "في جعرافية الكلية *De Geographia vniuerſali* كتاب نزهة المشتاق في ذكر الامصار والاقطار والبلدان والجزر والمداين والافاق *Hortulus cultiſſimus, mire orbis regiones, prouincias, inſulas, vrbes, earumque dimenſiones, et orizonta deſcribens.* Romae in typographia Medicea MDXCII." *m*). Liber, inquam, idem eſt; editio eadem; non noua. Quae autem fuerit cauſa cur titulus originalis cum alio permutaretur, diu multumque fruſtra ſciſcitanti, tandem mihi innotuit ſpecimen typographicum *Franciſci Xav. Laire*, vbi leguntur haec *n*): "Tituli variatio in diuerſis exemplaribus licet aliunde ſimillimis, maxime torquet eruditum autorem (indicis Caſanatenſis), cui quidem nulla ſupereſſe poterat difficultas, ſi meminiſſet hoc ipſo ſaeculo et maxime ineunte XVI. ex librariorum fraude id ſaepe factum fuiſſe."

Editorem libri arabici equidem non noui. Coniiciunt nonnulli *o*) editionem hanc curaſſe *Io. Bapt. Raymundum*; ſed, tacentibus *Erythraeo* in Pinacotheca *p*) et *Colomeſio* in Italia orientali, tacentibus omnino autoribus, quos etiam inſpexi omnibus, ſuſpecta mihi quidem videtur eorum coniectura. Equidem non ignoro, *Raymundum* praefuiſſe Typographiae Mediceae; num autem inde colligi poſſit, eum curaſſe editionem *Edriſii*? ſubdubito.

Geogra-

m) De editione hoc titulo munita vid. (Jo. HÜBNERS) Bibliothec. hiſtor. Cent. I. p. 208.

n) Vid. Specimen hiſtoricum typographiae Romanae XV. ſaeculi opera P. FRANCISCI XAVERII LAIRE, Sequano-Burgundi &c. Romae 1778. 8.

o) Vid. Die Merkwürdigkeiten der königlichen Bibliothek zu Dresden (aut. GÖTZE) T. II. p. 223.

p) Scil. Vitam RAYMUNDI ſcripſit GIOVAN. VITTORIO ROSSI (qui vulgo JANUS NICIUS ERYTHRAEUS) in Pinacothecae parte altera p. 27 ſq.

Geographia arabica typis diuulgata, titulum habet, vt vidimus, fere eundem, quem Codices paullo ante deſcripti exhibent; opus autem *Edriſii* integrum nondum fuit prelo ſubiectum, ſed in Bibliothecis adhuc latet. Epitomen eſſe librum, qui Romae prodiit, *Pocockius* teſtatur, cuius teſtimonium me certo ſufficit. Eſt autem forte aliquis, qui de eo dubitet, cui argumenta exponenda ſunt et breuiter dicendum, quibus de cauſis epitome operis integri habeatur.

1) Autores, in re literaria orientali verſatiſſimi, et qui in bibliothecis Mſſ. orient. quaſi domi ſunt, geographiam hanc epitomen iudicarunt. *Herbelotus* multis in locis hoc ipſum affirmat, ac *Hagi Chaliſae* aſſertis innititur, qui opus Edriſianum a nonnullis autoribus in epitomen fuiſſe redactum, teſtatur *q*). Teſtimonium ſane luculentum, ex quo hoc ſaltem efficitur *Edriſii* opus fuiſſe abbreuiatum; ſed, ingenue fateor, nondum ſufficit ad demonſtrandum, geographiam ipſam, quam nos habemus abbreuiatam, eſſe illam ipſam epitomen. Idem de teſtimonio *Okleii* ſtatuendum. *Iſte liber*, l. c. inquit, *qui Romae impreſſus eſt, eſt ſolummodo maioris operis epitome.* Ita quidem dixit; ſed verbis fidem non facit, duo enim Mſſ. exempla, quae contulit, epitomen continere poterant; ſed non continebant; loquitur nimirum *Okleius*

q) Herbelot ſ.v. *Edreſſab:* Al Scherif al Edriſſi, auteur d'une géographie, *dont celle*, qui porte le nom de Nubie n'eſt qu'un abregé. *Idem* ſ.v. *Edriſſi:* La Geogr. dite du Nubie, que les Maronites de Paris ont traduite en latin &c. *n'eſt que l'abregé de cet ouvrage. Idem* ſ.v. *Nazebat:* C'eſt cet ouvrage, *qui a été abregé par un Inconnu.* Tandem ſ.v. *Scherif al Edriſſi* exhibet haec: *C'eſt l'Abregé* de cet ouvrage que les Maronites ont traduit & publié ſans aucune bonne raiſon, ſous le titre de Geogr. Nub. *Hagi Khalfa ajoute, que cet ouvrage a été abregé par quelques auteurs.*

Okleius de Mſſ. *Pocockii* et *Gravii* (iis ſcil. quae paullo ante deſcripſimus); ac *Pocockius* ex iisdem locum excitat, de vrbe Meccā agentem, qui tres iuſtas paginas explet, ac quem fruſtra in editione impreſſa quaeras. Libri titulum *Pococke* excitat eundem, quem paullo ante adſcripſimus, adeo vt de libro dubitari non poſſit; autoris nomen item apponit, ſc. *Scharif ol Edriſi* et ad marginem ita eum appellari monet ab *Abulfeda* et *Schehabeddino*; nec ergo de autore dubitatio locum habet *r*).

2) Oeconomia libri impreſſi, quibusdam in locis admodum compendioſa, epitomen eſſe geographiam impreſſam, ſatis conteſtari videtur. In exemplum propono Clim. II. ſect. III; totius Germaniae deſcriptionem &c. Cf. omnino infra §. 11. not. w.

3) *Abulfeda*, vti ſupra vidimus, *Edriſium* ſaepius laudare conſueuit; at ſi interdum euoluas opus *Edriſii*, quale nunc eſt, operam perdidiſti *s*); ea vero, quae habet *Edriſius*, ab *Abulfeda* excitatus, quantum ego quidem contuli, ad verbum conſentiunt,

r) Audi POCOCKIUM l. c. pag. 222, vbi haec ſcribit: Meminit eius (ſcil. ſepulchr. Iſmaelis) nobilis auctor Scharif ol Edriſi, vt vulgo audit, in libro titulo tenus notiſſimo, vbi Mecchae deſcriptionem habet, quam totam hic apponere liceat (appoſuit etiam l. c.) vt ita *auctorem ipſum* audiat, ea hic enarrantem, *quae Epitomator penitus omiſit*. Locum hunc ipſum poſt repetita vice typis deſcribi curarunt CASIRI, WAHL (vid. infra p. 458) et, paucis, pro ſua methodo, immutatis, GAGNIER ad Abulfed. p. 29. — Cf. quoque POCOCKE l. c. p. 373 vbi haec: Eius *epitome*, inquit, arabice prodiit Romae, latine Pariſiis ex verſione &c. — Sequi videtur OKLEIUM COLOMESIUS in Gallia orient. vbi p. 162 ita ſcribit: *Hic liber eſt tantum epitome maioris operis &c.*

s) Vid. ABULFEDAE Proleg. ed. RINCK l. c. p. 26. Tab. Aegypt. p. 23. et not. MICHAELIS ad l. c. nr. 210. p. 100. Tab. Magr. p. 15 et cf. loca ex Tab. Syr. ſupra iam excitata.

tiunt, idque pro more Arabibus conſueto, de quo paullo poſt dicendi locus erit, ita inueniri neceſſe eſt.

4) Parte quarta Climatis quinti percenſendas promittit *Edriſius* regiones واسلونية رغوسة (forte melius واسقلبونية) وجرمانية, *Raguſam*, *Sclauoniam* et *Germaniam;* in ipſo tamen illo articulo nihil de Germania offert *t*). Item p. 214. verſ. lat. ſatis ſe deſcripſiſſe circumſtantias vrbium Kaimachitarum refert Edriſius; at deſcriptio earum, quam nunc habemus de Epitomatore vix dubium relinquit. Cf. infra al Vâhâtarum deſcriptionem p. 490. not. z. &c.

5) Duas ſectiones in opere geographico typis deſcripto deeſſe, infra adnotabimus. In fine ſectionis tertiae tertii Climatis adiecta ſunt verba: لم يذكر الرابع (i. e. ſectionis quartae nulla fit mentio), quae vix neque *Edriſio*, neque ei, qui typis opus hoc deſcribi curauit, tribuas. Epitomatoris verba eſſe putem, quippe qui in hac ſectione nihil inuenerit excerpendi dignum *u*).

6) Excerptum, quod paullo ante ex Cod. Bodl. exhibitum, et vrbis Meccae deſcriptio, quae infra, vt verbis fidem facerem, denuo deſcriptum eſt; ſatis ſuperque librum abbreuiatum produnt; quibus adde fragmina, quae alia occaſione ex Cod. Abulfedae opus geographicum continente Pariſienſi collegimus et infra ſuo quolibet loco inſeruimus.

7) In

t) Vid. BOCHART Epiſt. ad Rev. Smitt. T. II. miſcell. obſerv. criticar. nouar. (inde a p. 105 – 116) inſerta p. 110.

u) Epitomatori haec verba quoque tribuit autor libri: Nachrichten von einer Hall. Bibl. T. IV. p. 384. vbi haec: Der *Epitomator* muſs nicht für nöthig erachtet haben quartam partem des dritten Climatis beyzubringen, indem gleich auf den dritten Theil pars quinta folget.

7) In libri typis excuſi ipſius limine epitomen eſſe legimus. Climati ſcil. primo praefixum eſt praefamen breue *v*), vbi quis ſe legiſſe librum &c. نزهة inſcriptum, ſibique non diſplicuiſſe refert; quum autem ſuperflua quaedam ac ſaepius repetita inueniſſet, ſibi in mentem veniſſe ea reſecare et — vt vno verbo dicam — in epitomen redigere. Neminem eſſe credo, qui in his epitomatoris vocem audire inficietur; ſic prorſus refert epitomatores qui Livii et Trogi opera nobis ſurriperunt. Et haec fere ſunt quae, niſi me omnia fallunt, cuique dubitanti, omnino perſuadebunt, opus geographicum, quod Romae lucem vidit publicam, non eſſe idem, quod ex calamo *Edriſii* venit.

Quaeris, ſine dubio, quis tandem ille ſit, qui in compendium redegerit opus *Edriſii?* ego autem quid reſpondeam, non habeo. Chriſtianum fuiſſe epitomatorem autores plurimi *w*) ſibi perſuadent; nec

v) Ita ſonat praefatio laudata: اما بعدانى وقفت على الكتاب المسمي بنزهة المشتاق في اختراق الافاق ۞ وتاملت معانيه ومقاصده واستحسنت مصادره وموارده ۞ الا انه اكثر القول واعاد ۞ ونقص من ذكر بعض الاقاليم وزاد ۞ على حسب ما احب واراد ۞ فاخذت من كلامه ما وافق المراد ۞ وما به الحاجة ماسة الى معرفة المراسي والبلاد ۞ ومن الله عز وجل اسال العون لا اله الا هو وهو حسبي ونعم الوكيل ۞ Bene monet BAUMGARTEN (in Nachricht v. e. Hall. B. l. c. p. 384): Man muſs ſich wundern daſs dieſe Maroniten ſolches nicht bemerkt haben. Praefationes, quae praemiſſae ſunt Climati ſecundo et tertio, autorem eundem procul dubio habent.

w) V. g. BAUMGARTEN in Nachricht von einer Hall. Bibl. Tom. IV. p. 383 ſq. vbi inter alia haec: Doch die Beurtheilung ſeines Vaterlandes ſowohl als ob er ein Chriſt geweſen, ſo dieſen Maroniten zu

nec ſine cauſa, vti equidem exiſtimo. Vbi enim de rebus Chriſtianis ſacris ſermo iniicitur verborum ambitu quodam gaudet, id quod inprimis in deſcriptione vrbis Hieroſolymorum videre eſt; contra vero, vbi de religione Mohammedis ac omnino de rebus Mohammedanis agendum eſt, ſummae breuitati ſtudet. Mirum certe non eſt, vt *autorem ipſum* hanc ob rem pro Chriſtiano haberent *Sionita* aliique, quibus opus abbreuiatum eſſe ignotum fuit.

Verum enim vero licet epitome ſit geographia arabica quae Romae prodiit, fides illius nihil iſta re afficitur. Epitomatori enim eandem fidem concedes, quam ipſi autori, ſi opus eius integrum conſulere contigiſſet, reputando, ſolemne eſſe Orientalibus in ſcripturae quippe cultu haud amodum prouectis, vt autorem, quo vtuntur, ad verbum exſcribant, illius artis, in qua noſtri excellunt, mentem autoris concipiendi propriisque verbis iterum

zu Folge gemeiniglich geglaubt wird, möchte meiſt darauf ankommen, ob der Verfaſſer dieſes Auszugs, der ſich in der Vorrede ſelbſt von dem Verfaſſer des Buchs Nozhat &c. unterſcheidet, nicht jene Stelle von Nubien beybehalten und alſo wohl gar in Sicilien gebohren und ein Chriſt geweſen ſeyn kann, welches dieſe Maroniten nicht unterſchieden haben. Baumgarten praefat. ad Allgem. Welthiſtorie l. c. idem hoc exhibet. Cf. *Monatl Unterred.* p. 875. vbi haec: Gleichwie nun aus der gedruckten epitomae praefation zu erſehen, daſs der Epitomator nur das vornehmſte excerpiret (ſcil. quod ſibi praecipuum videbatur) alſo komme ich auf die Gedanken, dieſer ſey ein Chriſt, der auctor aber ein Muhammediſt geweſen: Dahero denn der unter den Gelehrten entſtandene Streit, was vor einer Religion der Geographus Nubienſis zugethan geweſen, leicht zu heben, und die Türkiſchen Sachen (ſ. res Mahommedanas) dem Auctori, die Chriſtlichen aber dem Epitomatori zuzuſchreiben. Imo res et Mohammedanae et Chriſtianae auctorem habent *Edriſium*; epitomator autem res Mohammedanas, pro ſua methodo et ſua inſtituti ratione ſilentio praetermiſit; contra vero res Chriſtianas, omnino autem ad religionem chriſtianam pertinentes vbique quam diligentiſſime excerpſit. — Cf. Fabricii Bibl. antiqu. p. 188.

rum reddendi, vel prorſus ignari vel parum curioſi. In rebus hiſtoricis id fieri, plane non eſt dubium. Non dicam de vetuſtioribus Hebraeorum monumentis hoc modo hacue methodo compilatis; de vno *Abulfeda* loquar, cuius Annales Moslemici hac ipſa methodo confecti atque exarati ſunt, vti iam diu ante me *Reiskius* obſeruauit *x*). Quod autem in rebus hiſtoricis fieri ſolebat, id etiam in deſcriptionibus geographicis et omnino in conſcribendis libris argumenti geographici factum eſſe vel ex hoc apparet, quod loca, quae *Abulfeda* ex *Edriſio* excitat, ad verbum conſentanea deprehenduntur; verum eadem ex cauſa, ſi interdum *Edriſium* deſcribit *Abulfeda*, epitomator autem hunc ipſum locum deſcriptum reſciderit, ne verbum, imo ne veſtigium, quod ſenſum aliquatenus proderet, deſcriptionis Edriſianae inuenire conceſſum eſt. Quae enim legebant eius modi ſcriptores ad rem ſuam facientia, ea verbotenus exſcribebant, nunc magnum verſuum numerum omittebant, donec iterum reperirent, quo vti vellent. Hinc itaque explicabis, cur in noſtra epitome ea, quae ſolum *Edriſium* ſpectant, ita expreſſa ſint, *quaſi de ſe ipſe diceret Epitomator*, vti de nauigatione in Hiſpaniam ac de tempore quo opus perfecit (non epitomator ſed ipſe) *Edriſius*. Fides igitur operis huius, quae teſtimonio aliorum autorum augetur magis et comprobatur quam debilitatur, hac parte quoque intemerata conſtitit adeoque

f 3 ſi

x) Vid. Reiskius in praefatione ad Abulfedae Annales Moslem. verſ. lat. p. 12. Abulfedam l. c. ex fontibus hiſtoriam hauſiſſe docet; de methodo autem ac ratione, qua iis vſus eſt ſic ſcribit: Qua in re tanta vſus eſt religione, vt ſaepe contigerit, quod ſtudio ſuo autorum verba retinendi debet, *vt de rebus, quae dudum deſiiſſent aetate ſua, velut de praeſentibus loqueretur.*

ſi totum librum opusque integrum haberemus loco compendii, locupletior nobis futurus fuiſſet auctor, verior autem ac fide dignior nullo modo.

Iam vero, quum pluris habeam veritatis quam dictorum meorum ac omnino opinionis meae rationem, exemplum, quod his ipſis diebus mihi innotuit, et quidem in contrarium, ſilentio praetermittere, nefas duco; lectorum arbitrio autem permitto, quae hucusque a me diſputata ſunt, vel arctius circumſcribere, vel, ſi plura habeant exempla *y)*, plane delere. Locus autem, quem in animo habeo, extat apud Abulfedam *z)* et ſic ſeſe habet: قال ابن حوقل ولايعلم في داير العرب نهر ولا بحر يحمل سفينة فان قيل ان البحيرة المنتنة كذلك قلنا مصاقبه لديار العرب ليست منها i. e. In prouinciis Arabum, inquit Ibn Haukal, nullus dignoſcitur fluuius; aut aquarum confluxus, qui nauigia ferant. Aiunt quidem lacum al Montanah (ſ. foetidum, nempe Aſphaltitem, ſ. mare mortuum) eſſe huiusmodi. Verum dicimus iſtum lacum eſſe quidem prouinciis Arabum contiguum, ſed ad illas non pertinere. "Haec Abulfeda; iam addo notam Gagnjeri ad vocem قلنا, quae ita ſonat" Mſſ. Hunt. ſolus قال *dicit, reſpondet*, ſcil. Ibn Haukal, qui hic vbique loquitur, *non Abulfeda, niſi quod verba eius non ad literam transſcribit, ſed pro lubitu immutat*, vt patebit conferenti; ſic enim ipſe Ibn Haukal in hoc paragrapho loquitur: فلا اعلم بارض العرب نهرا ولا بحرا يحمل سفينة لان البحيرة المنتنة التي تعرف بزغر وان كانت مصاقبة للباديه فليست

y) Suſpecta mihi quoque videntur loca, quae infra occurrunt p. 227 et p. 242 ſi recte enim video verba autoris quoque pro lubitu librarii immutata ſunt. Sed cf. ſupra §. 8. collat. Cod. B. cum Text. ed.

z) Vid. ABULFEDAE Deſcript. Peninſ. Arab. ed. GAGNIER fol. p. 9.

فليست منها i. e. Non noui in terra Arabum fluuium, aut aquarum confluxum, qui nauigia ferant. Enimvero lacus al Montanah, qui etiam (lacus) Zogar audit, eſt quidem contiguus deſerto, ſed non ex eo eſt. — Vbi vides ſenſum autoris ſui non verba reddi ab Abulſeda.

§. 10.

Obſeruationes miſcellaneae ad operis Edriſiani hiſtoriam literariam ſpectantes.

Subiungere liceat paragraphis praecedentibus obſeruationes ad hiſtoriam literariam geographiae Edriſianae, olim condendam, ſpectantes. Initium faciam ab iis, quae textum originalem concernunt.

1) Geographiam *Edriſii* arabicam, Romae typis deſcriptam, librum eſſe *omnium rariſſimum*, qui eius mentionem faciunt, ad vnum omnes facile conteſtantur *a*). Lubentiſſime equidem concedo, eum non quamcunque ornare bibliothecam *b*); iam quum eos duntaxat libros equidem rariſſimos iudicare conſueuerim, quorum exemplaria penitus diſtracta et

 diuen-

a) Vid. et cf. autores, quos laudat CLEMENT, in: Bibliotheque curieuſe hiſtorique (ou Catalogue raiſonné de Livres difficiles a trouver, par DAVID CLEMENT, Tome Neuvieme. à Leipſic MDCCLX. 4.) pag. 121. Bibliotheca anonymiana Hagae-Com. apud Adrian Moetjens 1728. 8. P. II. p. 133. Catalogus Bibliothecae Petri Gribii, Delphis 1740. 8. p. 77. Frid. Gotthilf Freytag Analecta literaria, Lipſiae 1750. 8. p. 379. Bibliotheca Danielis Salthenii, Regiomonti 1751. 8. p. 145. Add. (Baumgartens) Nachrichten von einer Hall. Bibl. Tom. IV. p. 386. Methode pour étudier la Geographie de l'Abbe Lenglet du Fresnoy Tom. I. pag. 512. (a Paris 1742. 12.) Catal. Bibl. Schultenſii &c. Catal. Bibl. Michaelis &c. Biblioth. Roſtgardian. (Hafniae 1726. 8.). p. 85.

b) Fatendum tamen, eſſe et apud exteros et in Germania inprimis Bibliothecas tum publicas, vti Gottingenſis, Dresdenſis &c. tum priuatas, vti Kulenkampii, Schnurreri, Hufnagelii &c. in quibus aſſeruatur geographia arabica Romae typis deſcripta.

diuendita inter omnes conſtat, de geographia arabica autem, teſte Adlero c) plus mille exempla adhuc venalia proſtent, non niſi libris rarioribus eam acceſeo.

2) Ex ſchedis literariis *Helmſtadienſibus* d) didici, opus *Edriſii* geographicum, idem tamen, quod Romae prodiit, in Monaſterio *Kesroan*, quod monti *Libanon* ſuperimpoſitum eſt, *literis Syriacis* deſcriptum, lucem vidiſſe publicam. Exemplar Syriacum poſſidet *Niebuhr*, Itineratorum, qui regiones orientales adibant, longe praeſtantiſſimus. Nouam, vel omnino verſionem ſyriacam, id equidem non iudico, ſed loco characterum arabicorum characteres ſyriacos fuiſſe adhibitos putem [quod ſcribendi genus *Karſchuni* e) vocant]. Forte corrigit nomina propria, quae exemplum arabicum corrupta exhibet et ita in criſi vtilitatis fructum conferenti praeberet.

3) Co-

c) Vid. Jacob Georg Christian Adler's kurze Ueberſicht ſeiner bibliſch kritiſchen Reiſe nach Rom. Altona 1783. 8. p. 73 ſq. vbi haec: . . . Von den mit dieſen Schriften gedruckten Büchern kenne ich die arabiſchen Evangelien, ein ſyriſches Miſſale zum Gebrauch der Maroniten, Avicenna, Euclides Werke, *die ſo genannte Nubiſche Erdbeſchreibung* und die Arabiſche Grammatik, Kaffia, genannt, nebſt einigen Alphabeten. *Alle dieſe Werke ſind bey uns ſehr ſelten, aber bloß weil wir ſie nicht zu finden wiſſen.* Es ſind noch Exemplare *genug* im Pallaſt zu Florenz vorhanden, und ſie werden in der grosherzoglichen Druckerey daſelbſt öffentlich verkauft . . . Reſtant . . . von der Geographia Nubienſis in Quart, arabiſch, 1129 Exemplare — für 15 Paoli &c.

d) Vid. Helmſtädt litt. Zeitung (ad annum 1791) Beylage Decemb. p. 185, vbi: Von dem Auszuge iſt auch eine im Kloſter Kesroan auf dem Berge Libanon mit ſyriſchen Lettern gedruckte Ausgabe, wovon der Herr Juſtitzrath Niebuhr ein Exemplar beſitzt.

e) Vid. Niebuhr Itiner. Tom. II. p. 363 vbi . . . und ſowohl Kaufleute als Prieſter (zu Moſul) ſchreiben *Karſchuni*, d. i. arabiſch mit *ſyriſchen* oder ſeringaeliſchen Buchſtaben. Cf. autem *eiusd.* Deſcr. Arab. p. 92. Die Chriſten &c. in Moſul und Merdin &c. ſchreiben *Karſchuni* d. i. Arabiſch mit *chaldäiſchen* Buchſtaben, ſo wie die Maroniten auf dem Berge Libanon arabiſch mit ſyriſchen; die Griechen in der Gegend von Konié türkiſch mit griechiſchen &c.

3) Codex manuſcriptus geographiae huius in Bibliotheca Academiae Ienenſis aſſeruatur. Sequioris quidem aetatis autorem habet, ſcil. *G. H. Velſchium*, ſed accurate et nitide deſcriptus eſt *f*).

4) Erroneus eſt titulus, qui legitur in Catalogo Bibliothecae Marchionis de S. Philippe, T. II. Hagae-Com. 1726. 8. p. 171. vbi haec: Gabriel Sionitae Geographia Nubienſis *Arab. et Latin.* Paris 1619. 4. Forte hoc ipſum exemplar in animo habet autor Bibliothecae anonymianae &c. Hagae-Com. l. c. qui fere ita: "Gabriel Sionitae et Jo. Hesronitae Geographia Nubienſis, *Latine et Arabice* Paris 1619. 4. *rariſſ.*" Inter omnes enim conſtat geographiam arabicam non niſi ſemel prelo fuiſſe ſubiectam, idque Romae 1592. Fontem huius erroris detegere ſtudet *Clement g*) et aliqua ſaltem ex parte rem acu tetigiſſe videtur.

5) Particulam geographiae huius recudi curauit *Gregorio*, in libro, cui titulum fecit: "Rerum arabicarum, quae ad hiſtoriam Siculam ſpectant ampla

f 5 colle-

f) Vid. (WILH. E. TENTZELS) Monatl. Unterredungen &c. p. 874 ſq. vbi haec: Die Betrachtung anderer Jehniſchen Mſtorum iſt viel zuträglicher. Man findet daſelbſt ein Arabiſches von des in Orientaliſchen Sprachen unvergleichl. verſirten Medici, Georgii Hieronymi Velſchii, eigner Hand, ſo deutlich und accurat geſchrieben, daſs ein Drucker alle Stunden daran anfangen könnte. Es iſt die Geographia Nubienſis &c.

g) CLEMENT l. c. p. 122 ita habet: Il y a apparence que l'on avoit fait relier cette edition arabe avec notre traduction Latine dans un même Volume: & que celui, qui a fait ce Catalogue, n'aiant pas eu aſſez de lumiéres pour déchifrer le lieu & l'année de l'Impreſſion de l'Edition de Rome (nota autem, ſine anno & loco comparuiſſe edit. Roman.) a crû qu'elle avoit vû le jour à Paris avec la traduction latine; & qu'il les a attribuees toutes deux à Gabriel Sionite. Haec CLEMENT. Alia quae mihi in mentem venit coniectura, haec eſt: Catalogi laudati autor videns in ipſa verſione latina loca quamplurima characteribus arabicis deſcripta; absque vlla haeſitatione conatus eſt addere verba: *Arab. et Latin.*

collectio, opera et ſtudio *Roſarii Gregorio*, eccleſ. Panorm. Canonici et Regii iuris publici Siculi profeſſoris Ferdinandi III. pii felicis auguſti auctoritate atque auſpiciis edita. Panormi 1790. fol." Sectio nimirum libri deſcripti ſeptima inſcripta eſt: *Siciliae deſcriptio ex Geographia Nubienſi deſumta nunc primum arabice et latine* caſtigatior prodiit (inde a pag. 105-127.) *h*).

6) Geographiam Edriſii arabice cum verſione et notis denuo edere voluit *Georgius Hieronymus Velſchius*, ſed fato praeuentus omiſit, teſte *Ludolfo* apud *Tentzelium*. Verſionem latinam iam prelo paratam ipſe *Velſchius* in ſcriptis ſuis paſſim laudat *i*).

7) Promiſit editionem nouam cum notis ex Mſſ. arabicis depromptis, M. *Caſiri*. Verba eius haec: "Quapropter amicorum votis indulgens, multa ex Codicibus arabicis Mſſ. excerpere decreueram, quorum ope et arabicum huius geographiae textum, vbi res poſtularet, praecipue in locis ad Hiſpaniam, ſpectantibus, emendarem, et latinam verſionem quampluribus notis locupletarem. Sed aliis diſtentus ſtudiis operi manum admouere necdum potui. Id

h) Librum GREGORIO nondum vidi; excerpſi autem eius titulum ex: Allgem. Lit. Zeit. vom Jahre 1792. T. III. p. 490 ſq. vbi p. 493 cenſura haec: Die Caſtigationen ſind auch nicht ſo zahlreich, als man nach der *gegründeten* Klage in der Vorrede über die vielen Unrichtigkeiten im Text und in der Ueberſetzung erwarten konnte. Iam verbis fidem facit cenſor huius libri acutiſſimus; ſed caſtigationes eius deſcribere hic non eſt locus.

i) LUDOLF apud TENTZEL l. c. ita refert: Allein *Velſchius* iſt Willens geweſen den arabiſchen Text mit einer lateiniſchen Verſion zu conjungiren und notas drüber zu machen, wie aus des Schroeckii Memoria Velſchiana p. 65 zu erſehen. Er hat auch ſelbſt in ſeinem Werk de Vena Medinenſi zum öftern ſeine Verſion allegieret, wiewohl nach ſeinem Tode alles ſtecken blieben.' Cf. FABRICIUS in Bibl. antiqu. p. 130. et CASIRI T. II. p. 13. qui ex FABRICIO hoc idem notauit.

Id tamen, ſi quid otii aliquando nactus fuero, me, Deo fauente, praeſtiturum eſſe non diffido *k*)." Num autem promiſſis ſteterit et vnquam manum operi admouerit *Caſiri*, equidem neſcio.

Et hae ſunt obſeruationes literariae quae ſpectant ad textum arabicum typis deſcriptum; quibus ſubiungere liceat notas quae libri laudati verſiones concernunt.

8) In linguam latinam conuertiſſe geographiam *Edriſii* arabicam *Gabr. Sion.* et *Ioan. Hesron.* Maronit. ſupra iam notatum fuit. Occupat haec verſio pag. 278 ſine Dedic. Praefat. et Indice. Dedicarunt eam ſcil. Maronitae Illuſtriſſimo Viro D. Domino *Guilielmo Du Vair* Epiſcopo et Comiti Lexouienſi Regi Chriſtianiſſ. a Sacris Franciae Sigillis. Cuius admonitione autem factum, vt verſionem ſuam conficerent, ipſi in epiſt. dedicator. profitentur his verbis: "Cum nos e longinquo terrarum regione aduenas, blando, vt ſolebat caeteros omnes, excepiſſet vultu, doctiſſimus ille et nunquam ſatis laudatus *Iacobus* (*Aug.*) *Thuanus;* pro ea, qua nobiscum familiaritate plerumque vſus eſt, inter varios de variis rebus ſermones hortabatur, vt geographiam arabicam, Romae, typis Mediceis editam, Latino idiomati, quod vtrumque noſtro ore caderet, donaremus. Nos viri tanti monitis, quae mandata potius credidimus, dum additis denuo ſtimulis opus illud percupide efflagitare videretur, doctiſſimi *Scaligeri*, quem vnice diligebat, epiſtolis, ni potius illarum rerum addiſcendarum ſtudio illectus, quas enarrantibus nobis, ex eo libro, cuius autorem eſſe Nubam

k) Vid. CASIRI Tom. II. p. 13.

Nubam deprehenderemus, caeterorum geographorum diligentiam, vel cum miraculo, ſuperare intelligebat, manum operi admouere ſaepius conati &c." Epiſtolam dedicatoriam excipit praefatio Maronitarum, quae de patria, religione &c. *Edriſii*; deque variis menſurae generibus &c. exponit. Iam ſequitur geographiae verſio ipſa, non ea tamen, qua exſpectari forte poterat, diligentia et aſſiduitate, confecta. In verſionem Climatum priorum curam quidem collocatam equidem deprehendi laudabilem; climata autem, ſcil. V. VI. et VII. fere neglexerunt. Haud raro enim, vbi nomina geographica non ſtatim in oculos incurrebant, verſionis loco, ipſa vocabula arabica in chartam coniiciebant; iure ergo *Herbelotus*, alii, ſaepius verſionem hanc hallucinari, iudicarunt *l*). Ad calcem verſionis latinae, quam excipit Index: "De nonnullis Orientalium Vrbibus, nec non indigenarum Religione ac moribus tractatus breuis a *Gabr. Sionita* Profeſſore et Interprete Regio ac *Ioanne Hesronita*, Interprete Regio adiectus." Pag. occupat 54. De fontibus, quibus vſi ſunt in conſcribendo hoc tractatu ipſi pag. 1. itá referunt: "Ne vero illa a Nobis nullo authore dicta aut commemorata aliquis crederet, ea omnia ex *Iacob Ben Sidi Aali* libro in Moslemannorum dogmata atque mores; ex *Iuſof Ben Abdillatif* virorum illuſtrium genealogia; ex *Mohammedis Ben Caſem* horto rerum delecta-

l) Herbelot v. *Ragiar* ita iudicat: l'Abregé . . . nous a été donné avec une verſion latine aſſez fautive par les Maronites. Cf. Michaelis not. ad Abulfed. paſſim. Suſpectae ſane videntur laudes, quibus hanc verſionem ornarunt Gravius; (vid. ſupra §. 7. not. d) et Vallius cf. Jo. Bapt. Vallii *Altiſſiodorenſis* Gratulatorium exaſtichum Gabr. Sionitae et Jo. Esronitae, Maronitis, de Geographiae Nubienſis verſione latina. Paris 1619. 4.

delectabilium atque aliis quos inter legendum laudatos reperies, breuiter excerpſimus." Qui tractatus poſt denuo prelo ſubiectus comparuit, ſ. t. Arabia, ſiue Arabum; vicinarumque gentium orientalium leges, ritus, inſtituta, mores et hiſtoria. Amſtelod. 1635. in 16°.

9) In linguam Italicam quoque conuerſa eſt geographia *Edriſii*, num autem integra, aut ſaltim ex parte, me quidem fugit. Verſionem enim illam non vidi; ſed eam commemorans ſequor *Caſiri*, qui l. c. ita refert: "Eiusdem etiam interpretatio quaedam Italica Mſ. autore D. *Placido Macri*, Melitenſi *m*), ſed omiſſo temporis, quo facta eſt, iudicio, laudatur ab *Auguſtino Inveges* Parte I. Annalium Ciuitatis Panormi, quos italice confecit, in *Apparatu* ad eosdem op. 1. p. 15."

10) In linguam anglicam conuerſa eſt *Edriſii* Africa; ſed tantummodo caput, quod de regionibus interioris Africae tractat. Valde abbreuiata et nimis compendioſa eſt haec verſio. Extat ſ. t. Abſtracts out of *Nubien Geographie*, and *John Dos Santos* Eaſt-Ethiopia, in: *Sam. Purchas* Pilgrimes, containing a hiſtory of the World in Sea-voyages en Lande, travels by Engliſhmens and others. London 1625 ſq. Tom. II. qui Itinera &c. in Africam colligit.

Haec de verſionibus geographiae Edriſianae, quae ſcil. mihi innotuerunt. Addere liceat obſervationes de libro quodam cuius autorem vel falſo *Edriſium noſtrum* facit *Herbelotus*, et de conſenſu *Ibn al Vardii* cum *Edriſio*.

11) Sci-

m) Nomen hoc ex COLOMESII Italia orientali omnino exulat.

11) Scilicet Herbeloto autore Librum *de Pyramidibus Aegypti* quoque *Edriſius* conſcripſit eumque ſacrum fecit Principi *Malec al Camel.* Prouocat quidem Herbelotus *n*), ad Geographiam Edriſii quippe quae hoc ipſum aſſertum conteſtetur; ſed egregie fallitur. Malec al Camel enim longe poſt *Edriſium* Aegypto praefuit; obiit nimirum A. Heg. 635. p. Chr. 1237. *Edriſius* autem floruit A. Heg. 548. p Chr. 1153. *o*). Sed quid plura? *Herbelotus* ſe ipſum emendat et veriora docet ſ. v. Edriſſi *p*).

12) Neminem deprehendi inter Geographos Arabum, quos ego quidem vidi, qui magis conueniret *Edriſio*, quam *Ibn al Vardius.* Ad verbum ſequitur interdum *Edriſium*, vti infra paſſim a nobis obſervatum eſt; vnde colligo; *Ibn al Vardium* vel ante oculos habuiſſe opus *Edriſii* ipſum, vel cum autore noſtro ex fonte eodem hauſiſſe. Teſte *Caſiri q*) *Edriſium* in ſubſidium vocauit *Ibn al Vardius;* ait nimirum ... *Al Vardi*, qui librum e variis ſcriptoribus

n) Herbelot v. *Camel al Malek al Camel* ita refert: *Scherif al Edriß* dedia al Malek al Camel ſon livre des Pyramides l'Egypte, *comme il* témoigne lui-même dans ſa Géographie. Nec Epitome Edrisii hunc locum exhibet, nec opus eius integrum (quod Herbelotus non conſuluit) olim aliquando exhibebit; res enim ipſa falſa; vid. not. ſequ. p.

o) Ex Herbeloto tamen irrepſit hic error in: Allgem. Welthiſtorie T. XXI. Hal. 1760. 4. p. 184.

p) Herbelot v. *Edriſſi* nimirum ita ſcribit: *Al Scherif Gemaleddin Mohammed Ben Ali Al Aziz*, porte ce ſurnom, parce qu'il étoit de la meme race que le precedent (ſc. Edrisius Noſter). Il a composé un livre ſur les Pyramides d'Egypte qu'il dedia à Malek al Kamel Sultan d'Egypte, de la race des Jobites; & neveu de Saladin. Ce livre a pour titre *Anvar âla al agram fi Kaſchſi ân aſrar al Ehram*, Lumieres ſur les myſteres ou Hieroglyphes des pyramides. Il mourut l'an 623 de l'Hegire.

q) Casiri l. c. T. II. p. 1. cfr. Notices et Extraits &c. T. II. p. 30 ſq. Köhler Prooem. ad Abulfedae Tab. Syr.

ribus Naſſireddino videlicet, Thuſeo, Ptolemaeo, Balkhenſi, Maſſudeo, Ebn Athir, Maracenſi *Alcharipho Eldriſi* atque aliis collectum Schahino Arcis Alepenſis Praefecto dedicauit.

Iam in gratiam eorum quibus Geographia *Edriſii* Arabica ad manus eſt, vt fidem collatione inſtituenda verbis facere liceat, *Ibn al Vardii* Terrae Nigritarum deſcriptionem huc reuoco *r*). Ita autem ſeſe habet: . . .

وهذه البلاد كلها بلاد السودان واولها من المغرب الاقصي الي المشرق الاقصي علي حكم ربع الدايرة فاول بلادهم من المغرب الاقصي ارض مغراره ومن مدنها المشهورة المعظمه اوليلي وهي في البحر وبها الملاحة المشهوره التي يحمل منها الي ساير بلاد السودان ✿

وسلي وهي مدينة كبيرة علي نهر النيل وهي مجتمع السودان واهلها ذو باس ونجدة وملكها مومن ✿

وتكرور وهي في جنوبي النيل وغربيه وهي مدينة كبيرة وبها امم عظيمة من السودان وهي مقر ملكهم وببلادهم معدن الذهب ويسافر اليها اهل المغرب بالصوف والنحاس والخرز والودع ولا يجلبون منها الا الذهب العين ✿

ولملم وهي مدينة متوسطة وعندهم معدن الذهب وباقي ارض مغراره صحاري وبراري ومغاوز لا عمارة بها ولا سالك لقلة الما والمرعي وشماليها ارض غانه وجنوبيها الارض من الربع الخراب ✿

ارض ونقاره وهي شرقي ارض مغراره وهي ارض واسعة ومن مدنها المشهوره ونقره وهي بلاد التبر والطيب وهي جزيرة علي صفة المحيط وطولها ثلثماية ميل وعرضها ماية وخمسون ميلا والبحر

r) Particularum ſcilicet, quae *Lundae* (vid. ſupra p. XVI.) prodierunt, *ſexta* medio menſe Maii anni 1789 ſub praeſidio M. ANDREAS HYLANDER defenſa, partem aliquam Terrae Sinarum et Terrae Nigritarum adumbrat. Qua quidem deſcriptione huius Terrae collata cum Edriſiana, de IBN AL VARDIO iudicium, in huius libri editione prima propoſitum, repetere me non taedet. Eſt autem hoc: "Ad firmanda EDRISII aſſerta vbique eum adhibere nollem; ſed ad emendandum textum inprimis nominum propriorum admodum vtilis videtur."

والبحر محيط بها من جهاتها الثلاث والنيل في زيادته يغطي اكثر هذه الجزيرة واذا نقص الما عنها خرج اهل تلك البلاد فيبحثون في ارضاها (ارضها) علي التبر فيحصل لكل واحد منهم ما قسمه الله له يخرجون الي التفتيش فقرا فيرجعون وهم اغنيا ولملكهم ارض مختصة به لا يدخلها الا اجناده فيجمعون له كنوز لا توصف فياتون به الي مدينة سلجماسه (leg. سجلماسه) من الغرب فيضربونه دنانير ولذلك اهل سلجماسه (سجلماسه) جميعهم اغنيا ❀

وسمقاره وهي مدينة متوسطة وفي شماليها قوم يقال لهم بغامه برابر رحالة لا يقيمون في موضع ويرعون جمالهم وابقارهم علي ساحل نهر ياتي من جهة المشرق يصب في النيل ومعاشهم من اللحم واللبن والسمك ❀

وغيناره وهي مدينة علي صفة النيل وعليها خندق محيط بها واهلها ذوو باس ونجدة وهم يغيرون علي بلاد لملم وياسرون منهم ويبيعون في البلاد ❀ ❀

ارض الكركر وهي مملكة عظيمة واسعة ولها ممالك كثيرة ومدينتها تسمي باسم اقليمهم كركره وهي علي نهر يخرج من ناحية الشمال ويجوز عنها بايام ويغيض في رمال في الصحرا كما يغيض الفرات. وبها من السودان امم لا تحصي وملكهم عظيم الشان كثير الجنود ولهم زي حسن وحليتهم الذهب الابريز الا العولم فان لباسهم الجلود المدبوغة وهي متصلة ببلاد معادن الذهب يقال ان الارض عندهم كلها ذهب ولهم خط لا يتجاوزه من وصل اليهم من التجار ومعه متاع لكن اذا وصلوا الي الخط وضعوا متاعهم لحليه وانصرفوا فاذا كان الغد اتوا الي امتعتهم فيجدوا عند كل متاع شيا من الذهب فاذا رضي احدهم اخذ الذهب وترك المتاع وان لم يرض ترك المتاع والذهب الي غد فاذا كان الغد وجد زيادة عند متاعه فان رضي رفع الذهب وان لو يرض تركه الي ثالث يوم فمن وجد زيادة اخذ الذهب والا رفع متاعه وترك الذهب او اخذ الذهب من غير زيادة (زيادة .l) وهكذا تفعل تجار القرنفل في بلادهم في القرنفل وربما تاخر بعض التجار بعد فراغه من البيع والمعاوضة ويضع النار في الارض فيسيل منها الذهب فيسرقه ويهرب وان . . . .

Quae

Quae ſequuntur continet particula ſeptima, qua autem careo; omnino autem me fugit, num ea vnquam in lucem fuerit emiſſa; rariſſime enim ad nos perueniunt Commentationes quae in Suecia conſcribi quotannis ſolent.

§. 11.

Iudicium de opere Edriſii.

Primus eſt, quod ſciam, *Abulfeda* qui de opere *Edriſii* geographico ſententiam tulit. Inuehitur in eum quod *Haukalidem* ſecutus, longitudines et latitudines obſeruare neglexerit *s*). Idem reprehendit *Hagi Chalifa*, vti ex *Herbeloto* ſcimus *t*). [Rationem tamen *Edriſii* ſecutus eſt *Abu Obaid*, Cordubenſis, antiquus ſed incertae aetatis autor, qui quoque, omiſſis latitudinis et longitudinis menſuris, ad diſtantiam locorum tantummodo reſpicit, vt in iis videre eſt, quae infra, in Aegypti deſcriptione ex illo exhibebimus *u*).] Quam culpam autem nemo, credo, *Edriſio* facilius condonabit, quam qui vel ipſius *Abulfedae* poſitiones — ex quibus pauciſſimae Mathematicis noſtris placebunt — vel omnium geographorum veterum aut ipſe examini ſubiecerit, aut ſubiectas diiudicauerit, quique idem progreſſus, quos in hac Geographiae parte noſtri fecerunt, obſeruauerit.

Recen-

s) Vid. Reiskii verſionis initium.

t) Herbelotus ſ. v. *Scherif al Edriſſi* vbi . . . et il remarque que le ſeul défaut de cette Géographie, eſt que le Longitudes ni les Latitudes, n'y ſont pas marquées. Reprehenſionem hanc repetit Fabricius in Biblioth. antiquar. p. 188.

u) Vid. de opere Abu Obaid Cordubenſis, Casiri in Bibl. T. II. p. 2.

Recentiorum de eo ſententia multo ſane differt à popularium cenſura. Non enim defuerunt ex eo tempore iam, quo literae arabicae noſtris arridere coeperunt, doctrina aeque ac iudicio exaſciato viri celebres, qui auctoris noſtri laborem ſumma laude exornarent. Maximam adeo mouere poteſt admirationem, quod ſolus Noſter de *Renaudoti* tribunali ſeuero — ſummo enim iure ac rigore cum geographis arabicis egit — incolumis ſit elapſus. Sane mihi non poſſum temperare, quo minus de geographiae hujus praeſtantia autorum quorundam recentiorum ſententiam ac iudicium referam, addito in fine iudicio meo quali etiam cunque.

G. Sionita, in Epiſtola dedicatoria p. 2. ita ſcribit: "Quis autem opus iſtud, quod a nobis Tanti et Tales Viri (J. Thuanus, Scaliger &c.) ardentiſſimo deſiderio expoſtularunt, non ſit grato animo amplexurus? cum illud praeſertim, res ad haec vsque tempora nobis incognitas, ac ſupra illud omne, quod mirari ſolitum eſt mirabiles, contineat, multaque naturae ſecreta tanta indagine ac diligentia obſeruata, vt nihil aut incuria omiſſum, aut oculis ſagacibus non perluſtratum, relictum videatur. Maximam certe lucem iis omnibus, qui longinquis peregrinationibus aut naturae prodigiis ac theſauris delectantur, adferet. . . . Hanc (p. 4) Nubae Geographiam tuo dicatam nomini . . . offerimus, vt quotiescunque animum oblectare libuerit notitia regionum longinquarum, iſtum authorem, qui mira diligentia eas deſcripſit, percurrere et ab eo quicquid volueris, perquirere poſſis. Is enim tam facili methodo orbem totum, Aſiam praeſertim atque Afri-

Africam deſcripſit, vt quod ab ipſo deſiderare queas, nihil reliquum fecerit. Praecipue vero, vbi de Arabiis anquirit, nullas vrbes, oppidula, caſtella, montes, flumina, fontes, puteos, hortos, diuerſoria, plantas, innominata relinquit, vt vel ſaxis ipſum vocabulum dediſſe deprehendatur. Inſuper de incolarum moribus, viuendi ratione, vtriusque temporis ſtudiis aut exercitiis, deque commercio ac lucris, deque auri, argenti, metallorum, gemmarum, lapillorumque fodinis tali etiam diligentia ſcripſit, vt caeteris ad ſua vsque tempora ſcriptoribus palmam praeripuiſſe credatur. Mirabamur quidem inter meditandum vtriusque linguae commutationem, quo lepore res a ſe deſcriptas Nuba noſter condierat, quotque nubes, aut aliorum nugas perſpicacis ingenii ſui radiis fugarat. . . . *Idem*, in praefatione ad Lectorem in honorem Noſtri ſcripſit haec: . . . Geographiam iſtam variis iisque nouis atque praeſtantiſſimis eruditionibus refertam, ex arcanis arabicae linguae inuolucris in lucem explicare propoſuimus. Nefas enim eſſe duximus, ferre ſcriptorem hunc Arabem tam luculentum, tam eruditum, et vt Caſauboni verbis vtamur ſane optimum ac dignum qui in vulgus noſceretur, tot ſaeculis ignotum manere. Scriptorem, inquam, cuius laudem eximiam vel inde colligere liceat, quod apud eruditiſſimos, nec vnquam ſatis celebrandos Cardinalem Perronium, Jacobum Thuanum, Scaligerum, Caſaubonum f. m. V. et Thomam Erpenium . . . ſit fueritque ſemper commendatiſſimus. Quis enim horum Authoris praefati dignitatem maxima cum vtilitate coniunctam aut ore pleno ſaepius non prae-

 dicauit,

dicauit, aut ſcriptis teſtatum non reliquit? Praeterea videbatur nobis iniquum non commune facere emolumentum certiſſimum quos et viros literatos ex eiusdem Authoris pleniſſima circa regiones orientales narratione et Arabicae linguae ſtudioſos ex eius elegantiſſimo ſermone Arabico percepturos eſſe noſcebamus. Igitur haec orbis deſcriptio quam Arabs iſte Veterum more Geographorum in Climata ſeptem diuiſit, continet praecipue exactam totius Aſiae Africaeque regionum ſcilicet Europaeis huc vsque non ſatis cognitarum explicationem. Verum de partibus Europae vtpote Arabi ignotis (Hiſpaniam ſi demas, quam ipſe, quoniam perluſtrauerat, vt innuit p. 148 non minore quam modernus quisque praeſtare queat diligentia, deſcribit) breuem idem author tractatum contexit. In diſtantiis locorum aſſignandis quandoque magis, quandoque minus praefigit." — Quae quidem laus a *Sionita Edriſio* noſtro impertita, nimia, vt videri poteſt, quandoquidem vino vendibili non opus eſt ſuſpenſa hedera, nihilominus tamen merita ac debita, a nobis ad literam excerpta fuit, non ſolum quoniam liber, ex quo deſumta eſt, in catalogo librorum rariorum haberi ſolet, ſed potius, quoniam Sionitae encomium vt autographum quilibet fere, qui, vt cum *Plauto* loquar, eum laudibus laudare voluit, deſcribendum ſibi ſumſit.

Okleius l. c. breuiter lectionem Geographiae Edriſianae hiſce Philarabibus commendat verbis: huius libri ſtylus eſt facilis, conciſus, et elegans, cuius lectio reliquis hiſtoricis et Geographis legendis plurimum conferet.

Voſſius

Voſſius de diſciplinis mathematicis pag. 251. Scriptorem noſtrum praeclare de orbis deſcriptione, Aſiae praecipue, Africae et Hiſpaniae promeritum vocat; ſubditque Arabiam ita ab eo deſcribi, vt nihil vnquam accuratius ſit reperire.

Bochartus in Epiſtola ad R. Smit p. 109 haec de noſtro ſentit: In deſcribenda Africa mihi excellere videtur; itemque partes ſibi proxime poſitas ita exſequi, vt neminem ipſi comparare eorum, quotquot vnquam vidi, audeam. Multis in locis nec fontem negligit, nec ſcopulum, nec montem, nec fluuium, nec aliam quandam rem notatu dignam. Europae nihil bene nouit, praeter Hiſpaniam, quam egregie expoſuit. Caeteras regiones per transennam, quod aiunt, adſpexit, et nihil infelicius tractauit quam Germaniam, cuius fere nihil norat, ſi ex ignoratis locorum nominibus, quo quid quaeſo facilius? iudicandum erit. — Teſtes vocat Bochartus Clim. V. ſect. II. IV. Clim. VI. ſect. II. IV. quibus excerptis ſubiungit (p. 114): Certe hic videtur ſubeſſe inſigne aliquod mendum: cum neque fieri poſſit vt me plane lateant tot vrbium nomina, quas nobiles et primarias eſſe dicit; praeterea pleraque haec nomina mihi nihil habere videntur, quod Germanum genium ſapiat. —

Abraham Hinckelmann in Praefatione ad Alcoranum de Arabum Hiſtoriae, Chronologiae et Geographiae vtilitate differens, ait: Interim monere nos poſſunt Geographia Nubienſis et quae ad Alferganium Golius adnotauit, quantum adhuc emendandum reſtet. (Videſis plura apud Fabricium in Biblioth. antiquaria p. 129 ſq.)

 Vera

Vera obſeruatio eſt, quae in *Miſcellaneis Leibnitianis* p. 421 occurrit, atque ſic ſeſe habet: Qui Geographo Nubienſi vti cupit, delineet prius mappam vniuerſalem. Multa ibi habentur nobis plane incognita.

Baumgarten (in Nachrichten von einer Hall. Bibl. IV. 384.) haec de Noſtro ſentit: Die Erläuterung ſelbſt iſt ziemlich ausführlich, auch mit manchen Merkwürdigkeiten angefüllt; ohnerachtet der Verf. des Auszugs gleich anfangs meldet, viel weggelaſſen zu haben. Aſia und Afrika werden ſehr gut beſchrieben; bis nach Spanien iſt der Verf. ſelbſt gekommen, welche umſtändliche Beſchreibung davon das erſetzen muſs, was ihm an der genauern Kenntniſs der übrigen europäiſchen Länder fehlt.

Reiskii, qui nouiſſimis temporibus principatum eruditionis arabicae tenuit, cenſurae, ex parte adſtipulari, nemo recuſabit. Vid. eius Prodidagm. &c. p. 228. vbi haec: Geographus ſic dictus Nubienſis eſt rarus liber et bonae notae. Multo plura locorum exhibet, quam Abulfeda. Sed ordinem ſequitur deteriorem. Obſcurior eſt quam ille, et lacera fere dat et hiulca omnia, maioreque cum cura quam Abulfeda legi meretur.

Michaelis (arab. Gramm. &c. Vorr. p. LVI.) in laudem Edriſii haec ſcripſit: Ein groſser Theil von dem, was wir vom innern Africa wiſſen, und noch auf unſern Landcharten ſtehet, iſt bloſs aus dem Nubiſchen Erdbeſchreiber genommen: es verlohnt ſich der Mühe, dieſe Quelle zu kennen, wäre es auch nur deswegen, weil in der Geographie alles

in

in einer ſteten Veränderung iſt. Denn manche Königreiche, die in unſern beſten Landcharten bloſs auf ſeinen Glauben ſtehen, mögen vielleicht jetzt nicht mehr ſeyn, ob ſie gleich im 14ten Jahrhunderte (floruit Edriſius 1153. A.C.) an den Orten waren, wo ſie der Erdbeſchreiber hinſetzt.

Multa ſane ſunt, eaque vtilia, quae ex iſto geographico opere diſces. Diligentiſſimus eſt profecto Arabum, quos ego quidem vidi; vrbium, oppidorum arciumque numerum praeſertim in ea Africae parte, quam *Abulfeda* ſub Tabula Magrab complectitur, i. e. Africa ſeptentrionali, licet non multum a litore recedat, exhibet maximum; nec in Nigritarum terrae deſcriptione tam ieiunus eſt atque exilis, quam ex *Niebuhrii* iudicio forſan aliquis coniiceret *v*). Qua in locorum abundantia non deſiderabis pulchras obſeruationes, quibus opus ſuum diſtinxit, nunc incolarum mores et inſtituta, nunc mercaturam, nunc progreſſus, quos in artibus fecere, nunc terrae naturam foetusque reſpicientes et id genus ſimilia *w*). Liceatque fateri, inter Arabes, quos euoluere contigit, tam in lingua ipſa, quam in verſione, me illum ante omnes manibus terere iuuaſſe.

Arabum Geographos, neglecto, ſiue propter ignorantiam, ſiue propter miraculorum rerumque

 inau-

v) NIEBUHR l. c. p. 988. . . . Weil der Scheriſe EDRIS uns von den Städten in Africa *nicht viel mehr als bloß die Namen ſagt*, ſo habe ich meine mündlich erhaltenen Nachrichten mehr mit LEO verglichen.

w) Praeterea in eodem opere ALDRISIUS copioſe de plantis agit, quae in regionibus quibusque praecipuae habentur: quas quidem in Compendio Nubienſi vix reperies memoratas; quasque ALBAITHARUS noſter in Libris de *Re herbaria* ſub nomine ALDRISII paſſim laudat. — Verba ſunt CASIRI l. c. T. II. p. 12.

inauditarum monſtroſarumque amorem, veritatis ſtudio, lectoribus nugas vendere, ac fabulas obtrudere, vetus eſt ac fere communis accuſatio: quae ſi omnino iuſta eſſet, Noſtrum tamen ab hac culpa, ſi non prorſus vacuum, tamen non pariter ac caeteros, eius reum inuenies. *Herodoti* enim more, ſi mira ac fere inaudita narrat, per يقال &c. ὡς φασι, initium enarrationis facere ſolet, lectoribusque iudicium permittit, adeoque nimiae credulitatis probro ſe liberat.

Tum, quod geographis arabicis culpae dat *Reiskius* x), quod ſcilicet compilationes modo conſuant, de *Edriſio* minus hoc quam de *Abulfeda* v. c. valet. Noſter enim non vndecunque congeſta fragmina ita compilauit, vt ſi de conditore vrbis e. g. loquitur, ſimul de terrae bonis verba immiſceat. Vno tenore eum fere ſemper leges; excitat interdum quidem fontes, ſed ita, vt lectionem minime turbent.

Habet autem *Edriſius* quoque quae non probes. Huc inprimis referri poteſt methodus. Diuidit, ſcilicet, more *Ptolemaei*, cujus geographiam in linguam ſuam conuerterunt Arabes, (vid. infra de fontibus operis Edriſii), omne opus geographicum in ſeptem Climata; (vid. infra §. 14.) quodcunque Clima in decem ſectiones, quae ſemper ab occidente ad orientem progredientes ſeſe inuicem excipiunt. Ordinem hunc *Reiskius* iam *Abulfedae* deteriorem iure compellauit, (vid. paullo ante.) Tum poſſes reprehendere eum, certo ordine non obſeruato, quod inpri-

x) Videſis notam eius ad prooemium KOEHLERI Tab. Syr. Sic paucis ibi REISKIUS: Congerere norunt conſtruere minus. KOEHLERUS l. c. plura quoque ſcripſit, quae legi omnino merentur.

inprimis decebat geographum, (qua in re tamen haud raro Climatum diuiſio ei obſtabat) vrbes, oppida &c. appoſuiſſe, quas neſcis, ad quam ditionem dominumue referas; inprimis hoc de ea operis eius parte valet, quam *Abulfeda* ſub Tabula Magrab. deſcripſit. Hoc iam queſtus eſt *Shawius*; exempla rei huius de quadam etiam Aſiae parte exhibet *Büſchingius y*). Nos ipſi in libello noſtro ſaepius haeſimus incerti, vbi nullum accedebat ex aliis ſcriptoribus auxilium.

Noli autem putare, plane ſine ordine verſatum eſſe in re *Edriſium*. Operam poſt dabimus (in praefatione ad Sect. II.) vt ordinem a noſtris non alienum, quem forſan, ni per Climata diſtribuiſſet opus, ſecuturus erat, retegamus.

Lapſus eſt quoque interdum (quis autem Geographus non labitur?), vt paſſim monebimus. Conf. interea *Michaelis* ad Abulf. Aeg. not. 276. p. 126. et not. 232. p. 109.

Repetitiones interdum offendunt, ſed tam rarae ſunt ac eiusmodi fere, vt in quolibet libro geographico, quem nihilominus laudas ac probas, haud minus occurrant. Quae proinde omnia ita ſunt comparata, vt libri autoritas et fides inconcuſſa maneat; contra miraberis *Edriſii* dicta optimorum ſcriptorum adſenſu, de quorum fide nemo facile, quantum ego quidem ſcio, dubitauit, quales ſunt *Leo Africanus* inter veteres ac populares, *Shawius*

y) Shaw l. c. p. 4. L'Abbreviateur d'Edriſi place dans ſon troiſième Climat tant les villes, que les villages de cette partie de la Barbarie de meme que les endroits qui en ſont le plus à l'Oueſt ou à l'Eſt, *ſans les partager autrement en Royaumes ou en Provinces.* Editio II. Shawii et verſio germ. hoc paragrapho caret. Vid. et Büschingii Deſcript. Aſiae ed. 2. p. 502 et 614.

ac *Niebuhrius* (vid. Aegypti deſcript.) inter recentiores, comprobari. Dolendum itaque non vniuerſum *Edriſii* opus typis exſcriptum haberi, praeſertim cum in impreſſa epitome ipſa, praeter ea quae amputauit Breuiator, duae partes vel ſectiones, nempe *Climatis II. ſectio II. et Climatis III. ſectio IV.* plane deſint, quarum prior nos inprimis detrimento adfecit, quod, niſi me omnia fallunt, partem aliquam Africae complectebatur. Miror ſane Virorum, qui exemplaria totius operis manibus tererent, neminem ad hoc attendiſſe et quae omiſſa ſunt, indicaſſe.

Mirum tandem mihi viſum eſt et notatu dignum, quum nullum alias, etiam grauiſſimi momenti librum fere legeris arabico idiomate conſcriptum, cui non poetarum flores inſerti ſint, hos omnino nullibi in Edriſii libro deprehendi.

§. 12.

Fontes operis Edriſii.

Inquirere in fontes, ex quibus ſua hauſit geographus noſter, inprimis cordi curaeque mihi fuit; magni enim mea intererat de eius autoritate certiorem fieri. At quem mihi propoſueram finem vix potui attingere; eſt enim curta ſupellex eorum quae de autoribus, quos paſſim laudat *Edriſius*, a me dici poſſunt. Scripta nimirum, quae idem ante oculos habuit, nunquam vidi, de eorum fide ergo et autoritate quid in medium poſſem proferre, non habeo. Quare iam in eo fui, vt totam hanc paragraphum reſcinderem; nolui tamen facere, ne quid deſideraretur, quod forte alii hic exſpectarent. Pauca ergo, quae hunc in finem collegi, iam profero.

1) Ex-

1) Excitauit ſaepius *Edriſius* noſter *z*) *Haſanum Ben al Mondar*, حسان بن المنذر, autorem libri Mirabilium (كتاب العجايب), de cuius perſona et opere pauca et vix notatu digna, quae nobiscum communicauit *Herbelotus*, infra adiiciamus *a*).

2) Laudauit Noſter *Ptolemaeum Peluſium*, (بطليموس الاقلودي) eiusque librum *b*), qui الجغرافية (*Geographia*) inſcribitur. Eſt is, vt videtur, *Claudius Ptolemaeus*, Peluſio, Aegypti vrbe, olim ſatis celebri, oriundus, qui a. p. Chr. n. 161 vixit et libros geographici argumenti reliquit ſeptem, quos in vernaculam linguam transtulerunt Arabes. Apud *Abulſedam*, ni fallor, ſub nomine رسم venit (certe vocabulum رسم *Koehler* et *Michaelis* quoties etiam cunque adfuerit, per *Ptolemaeum* conuertunt); computi tamen longitudinum cum *Ptolemaeo* graeco non conueniunt. Fontem huius diſcrepantiae detegere ſtudens *Michaelis* incidit in hypotheſin, cui, quantum acuminis inſit, nemo non videt. Ait nimirum *c*): "Videntur Arabes Ptolemaeum arabice translatum, in longitudinibus et latitudinibus ad ſuas obſeruationes correxiſſe; ſed id lectores exiſtiment; poſſint enim et in numeris ſiue graecis ſiue arabi-

z) E. g. verſ. lat. p. 20. 23. 65. 69. 76. 95. 214. 271.

a) Vid. HERBELOTUS ſ. v. *Ketab Agiaib*, vbi haec; titre d'un livre ... dont l'auteur eſt *Abdalrahman Mohammed Ben al Mondar al Heraoui*, connu ſous le nom de *Schokr*. KURZMANN, ſi recte video, errore quodam deceptus de libri huius autore St. I. p. 164: ita ſcribit: "Herbelot in bibliotheca de eo ſic: Le titre entier eſt Kheridat al Agiaib." Non enim MONDAR ſed IBN AL VARDI autor eſt libri ſ. t. Kerid. al Ag. occurrentis. Eodem tamen errore tenetur REISKIUS; vid. eius Prodidagm. ad Hagi Chal. Tab. p. 235 vbi haec: Charidat ol Agjajebi eſt liber vetus, et interdum citatur Geographo Nubienſi.

b) E. g. p. 20. 72. 271. verſ. lat.

c) Vid. MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 152. p. 72.

arabicis infinita a librariis vitia admiſſa eſſe; aut ſi dubitatorem audias, poſſit رسم liber a noſtro citari ſolitus, non Ptolemaei eſſe, ſed alius [arabicus ad modum Ptolemaei conſcriptus, idque mihi veriſimile eſſe coepit, quod ſaepe ex رسم latitudines et longitudines vrbium adferuntur, quarum ne nomina quidem Ptolemaeus habet." Haec *Michaelis*. Me quidem iudice رسم liber eſt *Ptolemaei;* cui ſupplementa addere, quemque ad ſuas obſeruationes corrigere Arabes, quisque pro viribus, anniſi ſunt. Varie autem, pro autoribus variis, excitari ſolet; ſic *Edriſius* laudare conſueuit *Ptolemaei* الجغرافيا; *Abulfeda* autem eiusdem رسم. *Herbelotus* quoque paſſim et ſine vlla dubitatione opus *Ptolemaei* geographicum ſub titulo رسم venire docet *d*).

3) In ſubſidium porro vocauit *Haukalidem* حوقل, [qui, teſte *Gravio e*) opere prolixo quicquid in vniuerſis regionibus ſingulare ſit, magna cum laude complexus eſt;] imo, teſte *Abulſeda* (in limine operis geographici, a *Reiskio* latinum facti) veſtigia huius autoris preſſit Edriſius noſter *f*). *Herbelotus* et *Koehler* de autore laudato eiusque opere pauca adnotarunt *g*).

4) In-

d) HERBELOT v. *Resm* ita ſcribit: *Resm alrôba almamoun.* Titre du Livre de Ptolemée ſur la Geographie, qui fut traduit du Grec en Hebreu & depuis en Arabe ſous le Khalifat d'Al Mamon. — *Idem* ſ. v. *Bathalmius al Feloudhi* (Ptolem. Peluſ.) . . . . ſa Geographie, qu'ils nomment *Giarafia* et *Resm*. Cf. *idem* v. *Giaarafiah.*

e) Vid. Jo. GRAVII Praefat. ad bin. Tab. geograph. l. c.

f) Excitatur HAUKAL p. 18 et 59. verſ. lat.

g) HERBELOT v. *Haukal* haec habet: Ebn Haukal, auteur d'un livre intitulé *Giagrafia fi mârefat alboldân.* C'eſt une geographie fort prolixe. Abulfeda, qui le cite ſouvent, ſe plaint de ce qu'il n'a pas deſigné aſſez clairement les noms propres des lieux, faute, de

4) Inſpexit etiam Carmen *Amar al Keiſi* امر القيس (vel *Emroolqays*, vti *Sionita* effert) montem *Darb* الدرب celebrantis. Vid. verſ. lat. p. 237. Quale autem *Amralkeiſi* carmen l. c. in animo habuerit *Edriſius* noſter, equidem neſcio; carmen enim, quod nobiscum communicauit *G. I. Lette*, huius montis cauſa denuo, at fruſtra, perluſtraui *h*).

5) Tum conſuluit *i*) autorem quendam, nomine *Abu Nasr Gihâni*, ابو نصر الجيهاني, eundem, qui p. 33 breuiter الجيهاني audit. Fruſtra huius autoris cauſa *Herbelotum* aliosque volutaui autores. Apud *Kurzmannum* quidem p. 165 inuenio haec: "Abu N. Alghihani, qui perſice ſcientiam mundi ſcripſit, h. e. in rubro coſmographiae ex arab. libro: al ćafiat fi'êlm al heiat, a Mahommede ben Maſſud al Maſſudi verſae" ſed nullo modo huc pertinent. *Gihan*

de s'être ſervi des voyelles qui ſervent à en fixer la prononciation. Cet auteur eſt auſſi fort defectueux en ce qu'il ne marque ni les longitudes, ni les latitudes des lieux dont il parle, défaut qui lui eſt commun avec la plûpart des Geographes de l'orient, qui ont laiſſé ce ſoin aux Aſtronomes. Ad hunc ipſum locum lectores quoque ablegat MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 45. p. 16. — KOEHLER in Prooemio ad ABULFEDAE Tab. Syr. p. III. vbi de ſterilitate ABULFEDAE locutus haec addit: In quo eum longe ſuperat IBN CHAUKAL, de quo dolendum modo non integrius exemplum exſtare illo, quod in Bibliotheca Leidenſi aſſeruatur, valde mutilum ac peſſime ſcriptum &c.

h) Laudat AMRALKEIS LEITII loca (pag. 48.) الدخول; حومل; توضح; المقراة; *Dacbul*, *Haumal*, *Tudeb* et *Mekra*; pag. 50. ماسل Mâſel; p. 54. دارة جلجل *Daret golgol*; p. 84. ضارج *Dareg* &c. montesque pag. 70. يذبل *Jadbol*, item pag. 84. vbi etiam montes القنان, الستار; قطنا; *Kenân*; *Setâr* et *Katnâ* occurrunt. Pag. 86 memorat montem ثبير *Tſabir* — montis *Darb* autem nulla fit mentio. Forte *Darb* lectio adfecta, proque ea ſubſtituenda forte ثبير, forte aliud vocabulum ex iis, quae modo deſcripſimus.

i) Vid. verſ. lat. p. 267 et 277.

Gihan Daneſch nimirum ex perſicis in latinum ſi conuertas, *ſcientiam mundi* ſonant; *al Gihani* autem nomen proprium eſt, forte gentilitium, minime autem, vt mihi quidem videtur, adpellatiuum *k*).

6) Ad manus quoque habuit opus *Abdallae ben Chordâdba* عبد الله بن خرداذبة *l*) non infimi ordinis geographi. Ex opere hiſtorico eius *m*) procul dubio verba Salam Interpretis *n*) i. e. integram nonam Climatis ſexti ſectionem deſcripſit. Eandem hiſtoriam offert quoque qui proxime adfuit, Abu Naſr Gihani.

7)

k) HERBELOT ſ. v. *Gihan Daneſch* haec habet: *Gihan Daneſch*, en Perſien La Science du monde. C'eſt le titre d'un livre de Coſmographie, qui n'eſt que la traduction Perſienne d'un livre Arabe intitulé *al Caſiat fi êlm al heiat*. L'auteur de cette verſion eſt Mohammed Ebn Maſſud al Maſſudi. Cet ouvrage eſt diviſé en deux parties, dont la premiere, qui contient 23 chapitres, traite des cieux, & la ſeconde, qui en contient quatorze, fait la deſcription de la terre. Cf. *idem* ſ. v. *Maſſoudi*, vbi inter alia leguntur haec: Il y a auſſi une Coſmographie écrite en langue perſienne ſous le titre de *Gihan Daneſch*, qui reconnoit Maſſqudi pour ſon Auteur. —

l) Cf. verſ. lat. p. 61. 157. 267.

m) De CHORDADBA eiusque opere pauca haec exhibet HERBELOT ſ. v. Khordadbah. *Abdallah* Ben Abdallah, Ben *Khordadbah*; nom de l'auteur d'un Tarikh, ou ouvrage hiſtorique, dont Maſſôudi fait mention dans ſon livre intitulée *Moroug' aldhahab* (vid. ſupra p. XIV.) Ben Khordadbah eſt mort environ l'an 300 de l'hegire. Cf. *Idem* ſ. v. *Tarikh Ebn Khordhadbah*, vbi eum vocat: *Abdallah* ſurnommé *Ebn Khordhadbah*; et de opere eius ita refert: Le volume de ce livre eſt fort gros & l'auteur y a ramaſſé et mis en vers ce qu'il a trouvé dans pluſieurs autres Auteurs ſur l'origine des Nations, & ſur les Princes qui ont regné dans le temps les plus anciens. — GRAVIUS in Praefat. ad Bin. Tab. Geogr. &c. haec habet: Idem hoc praeſtitit ابن خرداذبه non infimi ordinis geographus. Praeceſſerunt nimirum verba, quae adſcripſimus ſupra §. 7. not. d.

n) HERBELOT ſ. v. *Salam* ita refert: *Salam* et *Salem*. Nom d'un Interprete et Envoyé de Vathek l'Abbaſide, qui reçut ordre du Khalife ſon Maître de faire la découverte des Pays de Gog & de Magog. Plura tum de Interprete Salam, tum de itinere eius, collegit HERBELOTUS ſ. v. *Jagiouge*.

7) *Hermes* هرمس, qui ambitum terrae emenſus eſt, laudatur p. 3 verſ. lat. Tres huius nominis viri in ſcriptis Arabum occurrunt, quorum primus, iis teſtantibus, Saidam incoluit; ſecundus Babylonius, tertius denique Aegyptius, vulgo Triſmegiſtus vocatur *o*).

8) Ex *hiſtoria Almagrurin*, المغرورين, ſ. Errantium p. 72 inprimis p. 137 verſ. lat. memorabile quoddam iter refert; idem quod infra p. 319. deſcripſimus.

9) Vbi vrbem *Tunes* deſcribit, p. verſ. lat. 87. (infra p. 264.) *Annales* excitat; quales? me quidem fugit; forte autem libros Chriſtianis ſacros, de חרשיש referentes, in animo habuit.

10) *Brahâmitas*, البراهمة, Indorum religioſos, poſt alios, vt mihi quidem videtur, laudat p. 31. verſ. lat.

11) Ad *Presbyteros Aegyptios* p. 16. verſ. lat. (infra p. 83.) prouocat.

12) *Hiſpaniam*, quam egregie expoſuit et aliquam certe *Siciliae* partem ex *Autopſia* deſcripſit; forte vſus eſt in deſcribenda Sicilia *chartis priuatiſſimis* ex *Archiuo* deſumtis.

13) Multa quoque, quod ipſe profitetur, ex *Itineratoribus* et *Nautis* ſciſcitatione hauſit; vid. e. g. infra p. 133. 211 &c. Fuit autem *Edriſius* is, qui non quaecunque narrarentur cupide arriperet ac ſtatim chartae illineret, ſed qui rei veritatem longa dubitatione multaque quaeſtione experiri

o) Vid. GREG. ABULPHARAGIUS in Hiſtor. Dynaſt. p. 9. 10. Plura ex ſcriptoribus arabicis ad vitam et Hiſtoriam Hermetis vel Hermetum potius, collegit HERBELOT v. *Hermes*; vbi etiam de ſcripto Hermetis, ſine controuerſia ſuppoſitio, loquitur.

periri ſtuderet. Inprimis ad autoritatem *Vareclanitarum* (vid. infra p. 133.) ea quae ex aliorum ore repetiit, confirmaturus Noſter prouocat. Si conſtaret tum temporis mutuum interceſſiſſe commercium *Vareclanitas* inter et *Siculos*, ſuſpicari poſſis *Edriſium* ex mercatoribus iſtis ſciſcitatum eſſe, quae ſibi in lectis vel auditu acceptis aliorum relationibus dubia aut non ſatis perſpecta viderentur. Quid? ſi vel ipſe *Edriſius* (forſan comes *Rogerii*) in iis terris praeſto fuiſſet, propriis oculis certiora diſcendi cupidine ductus? Sed quum eiusmodi coniecturae in infinitum cumulari poſſent, neque tamen, niſi ad certitudinem aliquam euehantur, ad probandum autoris vel fidem, vel diligentiam multum valerent, abſtinendum ab his exiſtimo.

14) Quibus autoribus ab *Edriſio* in ſubſidium vocatis, addit *Kurzmannus* l. c. p. 165. *Alrabiam.* Prouocat ad autoritatem *Herbeloti*, qui in Bibliotheca orientali de *Rabia* quodam Doctore Marocco oriundo verba faciat; huncque cum noſtro hominem eſſe eundem coniicit; at, ſi recte video, fallitur. *Rabia* enim de quo *Herbelotus* *p*) refert, Poeta eſt ſatis celebris; *Rabia* autem, de quo *Edriſius*, aut Geographus fuit, quemadmodum *Sionita* p. 148. verſ. lat. ad marginem obſeruauit, aut Geometra, vti mihi, ſi contextum reſpiciam, veriſimile viſum fuit. Vid. infra pag. 8.

15)

p) Vid. HERBELOT v. *Rabiah*, vbi haec: *Rabiah Ben Harmalah.* C'eſt le nom d'un Docteur natif de la ville de Maroc. Cf. *Idem* ſ. v. *Morakeſch.* Quae ibi leguntur ſic ſeſe habent: Morakeſch. C'eſt le titre de deux Poëtes Arabes, dont l'un port le ſurnom *d'Akbar* c. a. d. *le Grand* & l'autre, *d'Aeſar*, *Le petit.* C'étoit l'Oncle & le Neveu. Le nom propre du premier eſt, *Amrou Ben Saâd* et *Rabiah Ben Harmalah*, eſt le nom du dernier,

15) Tandem *Renaudotus* in libello, quod ſaepius iam laudauimus, nos docuit (et collatione inſtituta ſatis confirmantur eius dicta) *Edriſium* noſtrum vſum fuiſſe *Itinerario duorum Arabum*, quorum relationem in gallicam ex lingua arabica tranſtulit *Renaudot q*).

Pauca ſunt, ingenue fateor, quae de fontibus Edriſiani operis expoſui, ac non eiusmodi, qualia exſpectari debebant de paragrapho hunc titulum in fronte habenti. Fontes, ex quibus germaniae notitiam hauſit, vt detegere contingeret, multum, at fruſtra allaboraui; ſed non in me eius rei culpam collatum iri, ſperare poſſum ac fere confidere.

§. 13.

Menſura Edriſii r).

Menſura, qua vtitur *Edriſius*, pro terra, quam deſcribit, et pro re, quam tractat, varia eſt. In praefatione operi geographico praemiſſa, quae occurrunt

q) Vid. Anciennes relations &c. in praefat. p. IV. vbi: Il (Edriſi) a tiré de ces deux Arabes la plus part des choſes qu'il rapporte de la navigation de l'ocean oriental des Indes & de la Chine. (Ex RENAUDOTO idem obſeruat BÜSCHING in deſcript. Aſiae p. 612.) — Librum RENAUDOTI vixdum laudatum, quem ſuppoſitium multi iudicarunt, nouiſſimis diebus ab omni ſuppoſitionis et interpolationis reprehenſione ſuſpicioneue liberauit DE GUIGNES in Notices et Extraits &c. T. I. p. 156 ſq. Cf. JOH. DAV. MICHAELIS und THOM. CHRISTIAN. TYCHSEN'S Neue Orient. und Exeget. Bibl. T. VIII. p. 31 ſq.

r) Multum iuuat contuliſſe ac legiſſe, quae KOEHLER in prooemio ad Tab. Syr. ex ABULFEDAE praefatione excerpſit (coll. J. GRAVII praefatione ad ABULFEDAE Tab. Choraſm. et Mawaralu. ed. 4. vel edit. 8. inſert. T. III. collect. HUDSONII Geogr. min. p. 11 ſq. et REISKII verſione ABULFEDAE latina l. c. Tom. IV. p. 137.) et quae DE GUIGNES ex MASSUDIO congeſſit. Vid. Notices &c. T. I. p. 55. Add. D'ANVILLII librum ſ. t. Meſures itineraires.

currunt menſurae genera, in ipſa tractatione rarius obuiam fiunt; ſunt fere quae ſequuntur:

1) *Gradus*, درجة; aequiparatur 25 *leucis* ſ. *paraſangis*, فرسخ. *Abulſeda* in definiendo gradu inter veteres et recentiores diſcrimen ponit *s*). Probe!

2) *Paraſanga*, فرسخ; aequiparatur 22000 *cubitis*, ذراع. Aliam huius menſurae comparationem inſtituit *Edriſius* p. 107. verſ. lat. vbi haec: *Inter vrbem Mesr* (i. Foſtata) *et vrbem Bagdad intercedit ſpatium* 570 *paraſangarum i. e.* 1710 *milliarium.* Autore *Edriſio* ergo *Paraſanga* vel *Leuca* vna = 3 mill. = 1 hor. *t*).

3) *Cubitus*, ذراع; aequiparatur 24 *digitis*, اصبعا. *Edriſius* ergo in definienda hac menſura recentiores ſequitur. Obſeruat nimirum *Koehler* l. c. praeeunte *Abulſeda*, Veteres pro cubito habuiſſe 32 digitos, recentiores autem 24. *D'Anvillius* h. l. intelligit cubitum, quem vocant, communem; diſtinguit nimirum autor gallicus inter cubitum *antiquum*, cui tribuit 32 digitos, *communem*, qui aequat 24 digit. et *nigrum*, qui aequiparatur 27 digit. *u*).

4) *Digitus*, اصبعا; aequiparatur 6 *granis hordeaceis, aequalibus*, quorum latera mutuo ſibi applicantur. In

s) Vid. Koehler et Gravius ll. cc.

t) Plura ſi forte cupias, adi quaeſo Koehler et Grav. et C. l'Empereur in Diſſ. Itinerario D. Benjamin. Tudelens. praemiſſa. Add. Michaelis ad Abulfed. nott. 41 et 159. p. 11 et 75. Cf. paullo poſt not. *x* et *d*.

u) Vid. Koehler l. c. d'Anvillius l. c. p. 37. cf. Reiskii verſ. lat. l. c. et inprimis verba Ebn Algiabi de menſuris, quae extant in Casiri Biblioth. Tom. I. p. 366. Diſces ex hoc fragmento non ſolum cur cubitus ſit appellatus *niger*, ſed et, quibus in rebus partiendis idem fuerit adhibitus. Adde Gravium qui l. c. ipſa Abulfedae verba deſcripſit et C. l'Empereur l. c.

In definienda hac menſura et veteres et recentiores pulchre conſpirant *v*). De his quatuor menſuris praefatio *Edriſii* exponit p. 2. verſ. lat.

Iam ad ea, quae in opere ipſo quouis fere verſiculo obueniunt, menſurae genera transeamus. Sunt ſcil. *Statio; Curſus; Milliare.* Quum vero aegre omnes errores declinet, quisquis tandem ſit geographus, neminem, credo, fore, qui ad ſummum rigorem exacta ab *Edriſio* omnia poſtulet. Enimuero pro rata habenda eſt obſeruatio, quam habuit *Sionita* in praefatione ſaepius iam laudata p. 2; ita ſonat: 'In diſtantiis locorum aſſignandis quandoque maius quandoque minus iuſto ſpatium praefigit; ſed nil mirum, cum et alios geographos longinquis atque peregrinis de regionibus agentes eandem culpam commiſiſſe videamus. Imo in multis tempori potius rerum edaci quam authoris vitio talis error tribuendus eſt; tempus enim, vt affirmat Plinius, magnos errores computatione menſurae ſaepius parit, alibi mutat prouinciarum modo, alibi itinerum auctis et diminutis paſſibus: incubuere maria tam longo aeuo, alibi proceſſere litora; torſere ſe et fluminum aut correxere flexus. — Locorum itaque diſtantias, quum vel hac *ſtationis* vel etiam *milliarium* menſura emetitur Noſter, non vbique fides ei haberi poteſt, praeſertim in Europae quibusdam partibus. Verbis fidem faciamus. In delineanda *Sueuia* inter alia habet haec: *Ab Vlma* والة (recte alibi extat, vt ſemper legendum eſt, اولة)

 vrbe

v) Vid. Koehler, Gravius, Reiske, de Guignes ll. cc. Add. Ibn al Vardi, in Notices &c. T. II. p. 55 vbi ita: Chaque doigt eſt de cinq ſchaira ou grains d'orge placès l'un à coté de l'autre.

vrbe pulchra et deliciarum plena, firmisque muris cincta, campis et vino et frumento fertilibus ac villis tandem bene communitis abundante, ad برله *contendentibus, Baſileam puta, quae eſt de terra Burgundiae,* برغونيه *ſunt 70 miliaria* (= circiter 23½ hor.); *Baſilea,* برله *Auzburc* اوزبرك (Auguſt. Vindelic.) *ſunt 30 miliaria* (= circiter 10 hor.). In Africae delineatione, vbi haec menſurae genera occurrunt, fide dignior videtur; nam ab aliis ſcriptoribus in notanda diſtantia non admodum diſſentit. Sed ad rem reuertamur.

ſ) *Statio* vel *Manſio* مرحله. Menſura haec eſt, quae metitur viam terreſtri itinere *w*) conficiendam; alias eſt المسيرة; Perſis, notante *Gravio* l. c. منزل شكاه vocitatur; commode per theotiſcum Tagereiſe verti poteſt. Caueant autem lectores ne ſtationes vbicunque eiusdem longitudinis eſſe putent *x*) (quare longi-

w) Sionita in praefat. p. 3, vbi haec: "illa, nempe ſtatione, terreſtrem partitur viam." de Guignes l. c. not. k. ita habet: Les Arabes ont auſſi une meſure, qui contient la marche d'une journée c'eſt ce qu'ils appellent *manzale*, ou *ſtation*. Conuenit haec menſura مرحل Edrisii. Herbelotus vocem مرحل, vbi verba Edrisii allegat, per *journée* exprimit. Golius in Lex. arab. ſub h. v. ita habet: "مرحل iter diurnum eiusque interuallum. Geogr. Nub." Cf. Michaelis not. ad Abulfedam n. 41. ad marg. p. 11.

x) Cf. Gravius l. c. cuius verba haec: *Statio* pro itinerum ratione, viarumque quibus inceditur, anfractibus et diuerticulis, diuerſimode ſe habet. Geographus Nubienſis Clim. V. ſect. 1. definit المرحلة ثلثون ميلا *manſionem eſſe 30 miliaria* (vid. paullo poſt in textu). *Abulfeda* rem incertam et variam eſſe iudicat. Itaque vt Aſtronomi veros, apparentes, et inaequales Planetarum motus, mediis et aequalibus determinant: ſic noſter manſionem, ſiue vnius diei iter, quod vagum et difforme, et paraſangis metitur بالسير الوسط medio ſc. inceſſu. Al Birunius ſaepe a noſtro laudatus, diaetae quintam partem abradit, vt ad lineam rectam viarum

longitudo viae ex data mensura non ſemper tuto aeſtimari poteſt); non enim eſt reuera menſura certa; ſed via, quam quis per diem ab vno hoſpitio (*Caravanſerey* vulgo vocato), vbi diuerti ſolet, ad alterum, facit; vel, ex mente *Sionitae* l. c. domicilia denotat quaedam, in quae propter habitationum infrequentiam viatori neceſſario diuertendum. Quam quidem vocabuli huius explicationem ipſa *Edriſii* autoritate roborare poſſumus; pag. enim 80 (verſ. lat.) ita tradit: *A flumine Satabſif* الي قرية فتنزل وهي مرحلة *ad locum*, l. *oppidum*, *vbi diuerti ſolet*, *h. e. ſtationis*. Quibus ex dictis facile omnino colligitur, ſtationem aliam admodum eſſe protenſam; aliam breuiorem; dubitanti vero, *Edriſii* autoritas ipſa ſubuenit, interdum enim id ipſum verbis expreſſis indicat. Sic e. g. occurrunt ſtationes longiores p. 116; 162; 172; 173; 206 &c. breuiores et mediocres p. 77; 116; 173; 175; 196; 200; 204; 206; 222 &c. verſ. lat. Idemque facta quoque computatione et calculo ſubducto emergit *y*). Vnum vel alterum huius menſurae exemplum noſtris numeris adcomodatum,

viarum ſpatia reducantur: لتعرجات الطرق والتوابها بحسب الجبال والوعد وغير ذلك يكون الخمس بالتقريب فاذا كان بين البلدين خمسون فرسخا بحسب سير السائر فيكون علي خط مستقيم اربعين فرسخا Propter finium inflexus, et tortuoſos inceſſus, ratione montium et cliuorum aliorumque, prope quinta pars (viae deducenda eſt) itaque cum fuerint inter duas ciuitates incedenti 50 paraſangae, in linea recta erunt 40 paraſangae.

y) SIONITA praefat. l. c. ſtationes nunc longiores, nunc breuiores eſſe pariter tradit. Verba eius: Et vero ſtationes, quae iuſtae ſunt, 25 mil. paſſuum; quae grandes pluribus; paucioribus, quae leues terminantur.

datum, vt a loco noſtro non alienum et lectoribus forſitan non ingratum, iam in medium producamus. Pag. 121. verſ. lat. legimus *ſtationes 2 componere iter 36 milliarium;* ſtatio ergo = 18 milliar. Iam vocabulum ميل (milliare) a *Golio* aequiparatur mille paſſibus, atqui ſecundum *A. Schultenſium* 3000 paſſus conſtituunt horam; duae ſtationes ergo, de quibus ſermo nobis eſt, ſi haec pro ratis ſumamus, aequales 12 hor. ſtatio ergo = 6 hor. = circ. 3 mill. geogr. Pag. 175 ſtatio modica, conſtituens 18 milliaria, occurrit; ergo = 6 hor. Pag. 174 dimidiam ſtationem continere refert 10 fere milliaria; = $3\frac{1}{3}$ hor. Pag. 88 legimus 11 ſtationes = 230 milliar. = $76\frac{2}{3}$ hor. ſtatio ergo = 6 hor. $58\frac{2}{11}$ minut. Pag. 173 occurrit ſtatio = 23 milliaria = $7\frac{2}{3}$ hor. Pag. 210 legimus ſtationem comprehendere 24 mill. = 8 hor. Satio maior, quae aequiparatur 9 hor. obuiam habet p. 45 et 46; nimirum *Edriſio* autore, *iter ab vrbe Mecca ad Medina* (vrbem Jatſreb, vid. infra p. 444.) *abſoluitur interuallo decem ſtationum* vel (vti in fine deſcriptionis huius viae addit Noſter) *270 milliarium.* Statio breuiſſima occurrit p. 175; aequiparatur nimirum 15 milliaribus = ergo 5 hor. Statio maxima, quam equidem deprehendi occurrit p. 116, eſtque 30 mill. = 10 hor. (vid. paullo ante not. x). Sed haec exempla ſufficiant. Plura ſi forte cupias, ſuppeditabunt pag. verſ. lat. 92; 166; 173; 208; 210; 217; 218 &c. cf. infra p. 306. Me quidem iudice a veritate non admodum abhorret, ſtatuere, *medium* ſtationis eſſe circiter horas ſeptem. Pulchre itaque, ſi, quod in calculo tali erroris eſſe

poteſt,

poteſt, ſubtrahatur, inter ſe conueniunt *Hoeſtius z)* atque *Edriſius* noſter. Pag. 76. verſ. lat. nimirum Marakaſch inter et Salam diſtantiam eſſe nouem ſtationum contendit *Edriſius;* autore *Hoeſtio* autem diſtantia, quae deprehenditur inter vrbes laudatas ad 59 horas accedit; ſtatio ergo $= 6\frac{5}{9}$ hor. *Bochart a)*, qui praeuntibus Veterum ſcriptoribus iter diei 20 milliaria aeſtimat, fere, vt vidimus, conuenit.

6) Curſus; جري. Interuallorum maxima menſura eſt Curſus, qua vtitur *Noſter* in dimetiendis diſtantiis maritimis. Valorem eius annuente *Edriſio*, vt definiamus, operam dabimus. Pag. 166 legimus *Curſum* = 100000 paſſibus. Hunc locum ante oculos habuit *Sionita* dum in praefatione ſapius iam laudata, ceu regulam poneret "*Curſum* = 100000 paſſ." Sed ne ita abſolute definitionem aſſumamus; contra longiores et breuiores ſtatuamus Curſus, ipſe *Edriſius* noſter autor eſt *b)* et Curſuum inter ſe comparatorum calculus ſuadet. Summatim explicat hocce vocabulum *Golius c)* his verbis: جري *ſpatium itineris quod vno die a naui conficitur. Reiske* in Verſ. Tab. Magrab *Abulſedae* جري *ſpatium* compellat, *quod nauis diurno nocturnoque curſu poteſt emetiri.* Vides itaque *Reiskium Golio* eſſe curatiorem; verum *Reiskio Edriſium.*

Vt

z) Vid. HOEST. l. c. p. 91.

a) Vid. BOCHART Phal. I. IV. c. 20. p. 281.

b) Sic e. g. Curſus maiores occurrunt p. 20 et 182. Curſus breuis obuiam facit p. 25 vbi haec: A monte Chakuni ad mare eſt interuallum *trium breuium curſuum* (vid. infra p. 97); quod menſurae genus explicat HERBELOTUS ſ. v. *Khakouni* . . . de trois journée par mer, c. a. d. de 90 milles.

c) Vid. GOLII Lex. arab. ſ. h. v.

Vt Curſus cum miliaribus conferamus exempla largitus eſt *Edriſius* Noſter. Pag. 81 nimirum legimus duos curſus continere 204 milliaria. Curſus ergo = 102 mill. = 34 hor. Pag. 94 docet Noſter 6 Curſus = 600 mill. Curſus ergo = 100 mill. = $33\frac{1}{3}$ hor.

Pag. 27. 34 &c. emetitur iter maritimum per ſpatium trium dierum ac noctium.

Abſoluta ergo, vt vidimus, menſura non vſus eſt *Edriſius*. Medium forte circiter 17 mill. geogr.

7) *Milliare*, ميل. Teſte *Herbeloto* ميل idem ac veterum milliare ac Arabum geographis praeſertim vſitata menſura *d*). Autore *Relando e*) milliaria arabica fere cum Romanis conueniunt (probe! vid. infra p. 449. text. et not. z.); ac iudice *Bocharto* 480 ſtadia = 60 mill. ſtadia ergo octo = 1 mill. *f*). *Abulfeda* autore milliare duplex eſt; alterum, Veteribus vſitatum, ter mille cubitos comprehendit; alterum, Recentioribus frequentatum, quater mille; quanquam, vt pulchre monet *Abulfeda*, vnum idemque eſt milliare et veteribus et recentioribus; ſi qua autem diuerſitas, ex vario cubitorum vſu exoritur *g*).

Caeterum paſſim occurrunt et alia menſurae genera, quae, ni fallor, ſatis ſuperque declarant, auto-

d) Vid. HERBELOT. ſ. v. *Mil.* Inter alia ibi etiam leguntur haec: L'auteur du Mirkat dit, que *le Mille* eſt le tiers d'une Farſenge ou Paraſange Perſienne, qui eſt d'une bonne heur de chemin et que nous concliions ordinairement à deux petites lieuës Françoiſes.

e) Vid. RELANDI Palaeſtin. p. 820. ed. Norimb.

f) Vid. BOCHARTI Phaleg. l. (not. a.) c.

g) Cf. GRAVII praefat. ad ABULFEDAE Tab. Chorasm. &c. coll. KOEHLER l. c. et MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 175. p. 85.

autorem noſtrum, quum ita variauerit, vel, nihil certi habuiſſe, vel, quod verius videtur, exſcripſiſſe fontes, quales inuenerit. Longum eſſet omnia perſequi; quae iam dicta ſunt ad autorem noſtrum illuſtrandum, quod inſtituti noſtri eſt, certo ſufficiunt. Verum ne fruſtra dixiſſe videar, aliqua ſaltem perſequar.

8) Innumeris locis occurrit menſura per يوم *dies, diaeta;*

9) Pag. 8. (coll. p. 92. 212 &c.) conficitur *iter 40 dierum ſecundum inceſſum Carauannae* بسير القوافل; quod procul dubio idem ac menſurae genus, quod paullo ante adfuit, يوم, diaetam puta, imo et مرحل ſtationem adeoque et

10) menſurae genus per *iter ſecundum inceſſum camelorum* بسير الجمال expreſſum, quod p. 13 deprehenditur *h*).

11) *Iter 7 paraſangarum* memoratur p. 206. vid. paullo ante ſub nr. 2.

12) *Iter menſis* نحو من سهر p. 13. 31. 203 &c.

13) *Iter 4 milliarum francicorum* اميال افرنجية pag. 174. 175.

14) Iter ad computum *milliarium occidentalium* اميال غربية directum, p. 175 et ſic innumera alia.

§. 14.

h) Vid. Allgem. Deutſche Bibl. T. 48. p. 499. Cf. MICHAELIS Supplem. ad Lex. hebr. pag. 328. v. גמל, omnino autem NIEBUHR Itinerar. T. I. p. 226 ſq. et p. 311 ſq.

§. 14.

De Climatibus, اقاليم.

Quum ſaepius in ipſa tractatione de Climatibus ſermo iniiciatur, a re non alienum videtur, repetere pauca illa, quae de Climatibus in praefatione operi geographico praemiſſa, ipſe *Edriſius* noſter praeludit. Ita nimirum tradit: *Terram omnem habitatam diuiſerunt ſapientes in ſeptem Climata i); quodcunque Clima inchoaturi ab occidente procedendo ad Orientem iuxta lineam aequinoctialem. Sunt autem Climata iſta non lineae verae aut reales, ſed arte aſtronomica inuentae. Reperiuntur in quouis Climate vrbes multae, arces, oppida et populi inter ſeſe valde diſſimiles; porro, montes excelſi, planities vaſtae, fontes, flumina viua, ſtagna domeſtica, fodinae, plantae, ac varia varii generis animalia, quae omnia, infra, Deo adiuuante, deſcribemus k).* Ita quidem *Edriſius* de Climatibus nimis conciſe. Maiori diligentia rem hanc tractarunt *Abulfeda*, inprimis vero *Alfraganus* (ita enim conſuetudo recepta nomen viri, patria *Fergana* oriundi, efferre

i) De ſeptem Climatibus ſermonem quoque habet ABULFARAGIUS in Hiſt. Dyn. p. 3. vbi: الى اقصى الاقاليم السبعة i.e. ad extremitatem *ſeptem Climatum.* BAKUI Edriſium ſequitur. Cf. PERITSOL et HYDE ad h. l.

k) Regiones in Africae deſcriptione infra obuiam facientes ſub Climatibus quatuor prioribus comprehenſae ſunt. Scil. Clima primum continet ciuitates (excepta tamen vrbe Audagoſt) quas ſectio prima deſcribit, vna cum deſcriptione vrbis Asvan et Alvâhâtae remotiſſimae. Clima ſecundum offert vrbem Audagoſt, vrbes Zagavae, regiones Fezzan, Vadan, Cavar, Zala, et delineationem Said, ſ. Aegyptum ſuperiorem. Clima tertium continet regiones imperii Maroccani, Fezani, Algerienſis, Tunetani, Tripolitani, item vrbem Barka, reliquamque Aegyptum. Climatis denique quarti particula deſcribit oras maritimas Regni Marocani et Fezani (infra p. 177 ſq.).

efferre iubet), quorum hic in Prolegomenis, verſ. lat. *Reisk.* p. 132. ille vero in cap. VIII. et IX. Elementorum aſtronomicorum legendus. Obſervationes eorum deſcribere ac omnino de Climatibus diſputationem conſcribere nec animus eſt, nec inſtitutum; non addo niſi adnotatiunculas, easque non tam rei, quam potius *Edriſii* cauſa, cuius verba alias forte dubia videri poſſint.

1) Arabum geographos non omnes inchoare Climata ab occidente, teſtis eſt *Alfraganus*, qui delineationem geographicam ab oriente auſpicatur. Exemplo verbis fidem faciam; ait nimirum p. 35, إما الاقليم الاول فانه يبتدي من اقاصي بلاد الصين &c. i. e. primum quidem Clima incipit *ab oriente* ſcil. Sinenſis regni extremis &c. Idem p. 36: والاقليم الثاني يبتدي من المشرق &c. i. e. Clima ſecundum item initium habet *ab oriente* &c. et ſic porro.

2) Multum iuuat obſeruaſſe *Abulfedam* in deſignandis Climatibus ordinem inſtituiſſe a communi diuerſum. Arabes et Perſae ſcilicet, vti bene monet *Io. Gravius*, in Climatum diuiſione antiquos graecos ſequuntur; verum autor laudatus praeter Climata ſeptem in vulgus recepta, ex dierum longitudine dependentia, XXVII. alia et quidem hypothetice reſumit; vnde intelligitur, cur in *Abulfedae* tabulis nunc de *Climate vero* i. e. vno e ſeptem Climatibus praedictis *l*); nunc de *Climate cognito*, i. e. quacunque regione, quouis regno, qualibet provincia

l) Verba ABULFEDAE الاقاليم الحقيقي KOEHLER in Tab. Syr. reddit: *Clima naturale.*

vincia &c. *m*) ſermo ſit. Plura cupienti ſuppeditabit praefatio *I. Gravii* editioni *Abulſedae* Tab. Chorasmiae et Mawaralnahrae praemiſſa *n*). Cauſa vero, cur haec notauimus, inprimis eſt, quod, ſi recte video, in opere quoque Edriſiano, paſſim loca occurrant, ex quibus probari poſſet, nec *Edriſium* caruiſſe notitia *Climatis*, vti loquuntur, *cogniti*. Vbi ſcil. vrbem *Begiaia* deſcribit *Edriſius o*), leguntur verba haec: *Cera et bitumen defertur ad vrbem* من اقاليمها *ex vrbis Climate* (ditione). Alio loco docet Noſter *p*): Terram *Kartagenae* iunctam eſſe ab occidente اقليم مدينة سطقورة *Climati* (ditioni, ſ. nomo) *vrbis Satkurae*. (Caeterum cf. ſupra §. 11.) Sed haec ſufficiant, ad loca *Edriſii* illuſtranda

m) Ab Abulfeda vocatur الاقليم العرفي. Ex verſione Koehleri eſt *Clima geographicum*.

n) Mihi editio in quarto ad manus eſt; ſed extat quoque in Hudson Collect. geogr. Vet. min. T. III.

o) Vid. Clim. III. Sect. 1. p. 82. verſ. lat. et infra p. 224.

p) Scil. Clim. III. Sect. 2. p. 87. verſ. lat. et infra p. 267.

De

De Edriſii Africa in vniuerſum.

§. 1.

Notitia Edriſii de Africa.

Deſcriptionis geographicae ratio et methodus poſtulat, vt, antequam partes regionis ſingulae enumerentur, finium accurata praemittatur circumſcriptio. Id ne Edriſii verbis a nobis praeſtandum exſpectent lectores monendi ſunt. A noſtra enim terrarum diuiſione adeo alienus eſt Edriſius, vt vniuerſae Africae, quantum ego quidem lecto relectoque eius opere inuenire potui, ne nomen quidem exhibeat. افريقية (Afrikia) enim quae ipſi vocatur partem tantum ſiue prouinciam Africae conſtituit *a*). Vt igitur conſtet quae et quanta Edriſio fuiſſet Africa, ſi ex noſtro more eam delineaſſet, conquiramus ſingulas regiones, prouincias etc. ab ipſo deſcriptas, quas noſtri ſub Africae nomine complectuntur. Quo facto pateſcet tum, quanta fuerit Edriſio Africae notitia, tum quoque limites eius, quaſi linea ducta, circumſcribere, licebit. Si cum Abulfedae opere geographico noſtrum comparaueris, haud ſpernendam

a) Omnes Arabum geographi per vocabulum افريقية Africam, proprie ſic dictam, intelligere nullum dubium; vid. Golius not. ad Alfrag. p. 105. coll. 161 vbi inter alia haec habet: Arabes per nomen Africae non intelligunt, niſi propriam. Quae Latinis abſolute Africa dicitur, Arabibus ارض المغرب *Terra* vel *Regio Occidentis* vocatur. — Apparet nomen hoc a ſitu eſſe deſumtum, ſicut Europaeis Aſia a ſitu Oriens nuncupari ſolet. — Plura dabimus infra ſub initio Sectionis ſecundae parte quinta.

dam eſſe intelliges cognitionem, quam de Africae regionibus demonſtrauit Edriſius.

I. Etenim Abulfeda triplici tabula propoſita omnem Africam, exceptis inſulis, complexus eſt. Ille enim

1) Aegypti tabulam exhibet — eandemque vberius quoque et diſerte deſcriptam ab Edriſio inuenies.

2) Tabula Magreb comprehendit Abulfeda regiones illas, quae hodie regnorum Fez, Marocco, Algier, Tunis, Tripolis itemque Barcae nomine veniunt. Edriſius non easdem ſolum partes deſcripſit, ſed longe maiori quoque numero oppidorum arciumque quam ille diſtinxit. Fatendum tamen eſt, ſi curſum eius in mappa perſequi velis, haud adeo longe a mari tibi eſſe recedendum.

3) Tertia denique tabula latus mundi auſtrale ſeu Nigritarum terras emenſus eſt Abulfeda; quas pariter omnes (pauca loca ſi exceperis) vrbium imo et prouinciarum haud exigua copia auctas apud Noſtrum reperies *b*). Non enim interioris modo Africae regna (Nigritiam Edriſii puto) deſcripſit, qualia ſunt, verum etiam in ipſa Nubae, Habaſch, terrae Barbarae, terrae Cafrorum, Zengitaniae, Vakvak, Sofalae, adeoque fere totius orae orientalis delineatione luculentius verſatus eſt.

II. Haec de comparatione operis Edriſiani cum Abulfedae geographia; aliam nunc ſequimur methodum, ac Edriſii Africam, Africae, qualem nunc noui-

b) Autores quidem, quos in ſubſidium vocauit Abulfeda, hanc Tabulam minime neglexerunt; verum ipſe operam eorum fruſtrauit, vſus excuſatione, nobis quidem mire ſonante; p. 29 nimirum fatetur: وذكر من بلادهم ما أسماوها اعجمية غير محققة فاضربنا عنها Saididem ſane vrbes Nigritarum commemorare, ſe autem, *quum nomina eſſent obſcura atque barbara*, ea maluiſſe ſilentio praetermittere.

nouimus, et quidem ad Gattereri ductum (p. 601.) comparatam ſiſtimus.

A) *Africa ſeptentrionalis;* et quidem

I. Septentrionalis Africae pars ſeptentrionalis, vbi

a) Inſulae

α) Canarides. Sex inſulas, ſub nomine Chaledat (inſularum fortunatarum) in medium profert Edriſius.

β) Aſores vel Accipitres. Nouem Geographi hodie numerant; totidem ab Edriſio, delineatis inſulis fortunatis, deſcribuntur; num autem hae nouem reuera, quas Aſores hodie vocamus, non omnino conſtat.

b) Terra continens, Barbariam puta, et quidem

α) pars eius occidentalis

א) Marocco et Fes, regna,

ב) Algerienſe regnum. Bene nouit Edriſius hanc occidentalem partem.

β) Pars eius orientalis

א) Tunis

ב) Tripolis

ג) Barka

ד) Aegyptus. Nec harum regionum notitiam habuit tenuem. Conf. autem quae paullo ante ſub nro. 2. obſeruata ſunt.

II. Septentrionalis Africae pars meridionalis, deſertum Saharae complectens, quam maximam partem nouit.

B) *Africa media.*

I. Africae mediae pars borealis; et quidem

a) in eius occidente:

α) Inſulae Capitis viridis;

β) Senegambia. Terra incognita. Inſula Vlil in numero inſularum Capitis viridis nequaquam haberi poteſt.

b) in media terra:
Nigritarum regiones — bene nouit Edriſius. Attamen nonnullorum regnorum in recenſu Gattereri occurrentium notitia eum fugit, in quorum numero ſunt Regiones Guinbala, Bambara; Terra gentis Ayos, regnum Tombut cuius initia, Leone teſtante, ad annum Chriſti 1213 referenda etc.

c) in eius oriente:

α) Nubia; qualis Edriſii Nubia fuit, infra videbimus.

β) Habeſſinia; nouit quidem Hab. ſed obſcure.

γ) Orae Adelenſis notitiam habuit; deſcribit ſcilicet vrbem Zeyla viuis coloribus.

II. Africae mediae pars meridionalis. Terra plane incognita.

C) *Africa meridionalis.*

I. Africae meridionalis pars aquilonaris. Terra incognita, ſi de regionibus in huius partis tum occidente tum medio ſitis, quaeras. Orientalem autem eius partem, vbi Cafrorum ora, ora Zanguebar et ora Moſambica occurrunt, in delineatione ſua complexus eſt Edriſius.

II. Africae meridionalis partis auſtralis regiones occidentem vergentes ignorauit; verum quae in eius oriente ſita ſunt regna, a Manomotapa diuulſa, Sofalam puta, forte et Manicam bene nouit. De inſulis eiusdem partis S. Laurentii, Zenzibar inſularum notitiam habuiſſe videtur.

Qua quidem comparatione inſtituta *Limites* circumſcribendi copia nobis facta eſt.

Contermina eſt itaque Edriſii Africa *Septentrionem verſus* mari mediterraneo (quod Sionita, ſed mendoſe, credo, mare Damaſcenum compellat.) —

In

In *Occidente* habet mare Atlanticum. Vrbs vero Nul iam terminat fines occidentales meridiem verſus. Tum limes deducitur ab vrbe Nul ſtatim ad vrbem Azca (Teſſet); hinc meridiem verſus ad Terram Lamlam, ac verſus orientem ad montem Lunae.

Meridiem finit Terra Lamlam; vltra quam nullam regionem, meridiem verſus cognitam habuit Edriſius, id quod ipſe teſtatur.

Ab *Oriente* et quidem ſeptentrionem verſus cohaeret cum Aſia; caeterum fines faciunt maria, rubrum puta et omanicum vel indicum.

Orae orientalis conſpectus itaque fere erit hic. In extrema verſus orientem parte vides *Terram Barbaram.* Tum ſubſequitur meridiei paulo propior *Cafrorum Terra.* Verum quum Arabes, quo tempore hanc terram inuaderent, incolas male haberent, factum eſt, vt huius orae inhabitatores interiorem vicinorum terram magis eligerent, quam crebris Arabum incurſionibus turbari angique paterentur; inde nemo mirabitur, Edriſium paruam tantum huius terrae partem, acuminis in modum mare verſus porrigentem cognouiſſe et deſcripſiſſe. Caſrorum deſcriptionem excipit *Terrae Zengitanae* delineatio; hanc *Terrae Vakvakâe;* tantum ſubſequitur *Terra Sofala.* Vltra Daguta, vrbem Sofalae, meridiem verſus ignorabat Edriſius, num vrbs vel regio exiſteret.

Quod ſi itaque locorum diſtantias, quas exhibet autor, noſtro more et ad vrbium nobis cognitarum ſitum comparaueris, pateſcet, oram hanc inde a Terra Barbara vsque ad fluuium Manica forte ſe extendiſſe. — Iuuat tandem ſummam diſquiſitionis huius et comparationis breuiter complecti:

A Sajuna (vel ab oſtio fluminis Zambize) ad Dandema ſeptentrionem verſus ſunt 3 Curſ. = 51 m. g. = $3^\circ\frac{2}{5}$ hod. Moſamb.
A Sajuna ad Bucha — 3 — = 51 — = $3^\circ\frac{2}{5}$ hod. Sofal.
A Bucha ad Gaſta — 1 — = 17 — = $1^\circ\frac{2}{15}$ mapp. noſt. vrb. diſſim.
A Gaſta ad Daguta 3 curſ. dier. et noct.
ſunt 3 — = 51 b) = $3^\circ\frac{2}{5}$ h. forte Lagoa

10 Curſ. = 170 m. g. = $11^\circ\frac{1}{3}$

Ora maritima itaque porrigitur a 15° vsque ad $26^\circ\frac{1}{3}$ lat. merid. i. e. forte ad ſinum Spiritus Sancti.

§. 2.

Maria.

Quum omnis fere Africa mari circumcincta ſit et Arabes, more ſuo, varia variis maris partibus imponere ſoleant nomina, qua in re a noſtra loquendi ratione mirum abeunt, ne nominum, quae ſaepius recurrunt opus ſit in ipſo libello taedioſa repetitione, placuit in fronte eius ſummatim de illis agere.

Loquuntur Arabes in genere de البحر المحيط : ita circumfuſus oceanus apud illos audit, *quoniam Zonae* (pag. 3) *inſtar mediam terrae partem cingit, adeo vt media pars tantum terrae appareat, ac ſi eſſet v. c. ouum immerſum in aquam cratere contentam.* Hoc autem eſt, ſi ita loqui licet, nomen quaſi generale, cui quauis plaga, ora et regione aliud nomen ſpecialius ſubiungitur *c*).

Non admodum geographice de ſeptem loquitur Edriſius noſter maribus, quae (pag. 3) ſecundum ipſum ſeptem Climata diſtinguunt. Quae loquendi ratio.

b) 51 mil. geogr. et quod excedit. Menſura Edriſii h. l. mihi non omnino conſtat. Dubitauerim tamen eum 6 mil. geogr. hac menſura innuere voluiſſe. Calculus itaque ſubductus fuit.

c) cf. Notices &c. T. II. 52. ABULFEDA Verſ. Reiskian. l. c. T. V. p. 140 ſqq.

ratio Renaudotii *d)* iam vituperium meruit. — In iis autem maribus hic acquieſcamus, quae ad rem noſtram pertinent.

1) Pag. 6. 39. &c. occurrit بحر الظلمات *mare tenebroſum* i. e. *mare atlanticum*. Speciali hoc nomine mare atlanticum, pars oceani ambientis, venit. Vnde nomen *Tenebroſum* acceperit ipſe (pag. 6. 39. 147.) declarauit, *quoniam ſcilicet vltra illud, quid ſit, ignoretur*. Quae quidem explicatio, vt ex ipſo autore petita, mihi arriſit; nec tamen inde ſequitur eam eſſe aliis, verioribus forſan, praeferendam. Sufficit mentem autoris declaraſſe *e)*.

2) بحر الزقاق *mare vici* (p. 148. 149. 150. *fretum Hercul.*) pars; vel ſi mauis *initium maris mediterranei*, ſecundum Edriſium. *Longitudo huius canalis* (pag. 149.) *eſt* 12 *miliarium. Protenditur ab vrbe inſulae viridis ab ortu ad inſulam Tarif vsque occidentem verſus. Latitudo maris Sabtam inter et inſulam viridem, aequiparatur* 18 *miliaribus.* (pag. 149.) *Bis quolibet die ac nocte, fluxum et refluxum patitur.* Cuiusnam auſpiciis canalis hic, qui mare atlanticum cum mediterraneo coniungit, effoſſus fuerit, paullo poſt, vbi de mari mediterraneo ſermo erit, ex Edriſio lectoribus guſtandum dabimus *f)*.

3) بحر بسول *mare Baſul, ea pars maris, quae a meridie vrbis Sabta eſt. Nomen deriuauit Edriſius a portu quodam Baſul nomine.* (vid. p. 150.)

d) l. c. Ils (Arabes) comtent ordinairement ſept Mers, mais c'eſt plutôt une manière de parler proverbiale, qu'une diviſion géographique.

e) vid. HERBELOTUS ſub voce *Modhallam* (i. e. مظلم). GOLIUS not. ad Alfr. p. 93 ita ſcribit: بحر الظلمات *mare tenebroſum* ob longas noctes, quas in eo experti fuerant. Aliter KURZMANN vid. Memorabilien &c. I. St. p. 167. Vix tamen putem, quod olim mihi arridebat, ſententiam eius defendi poſſe, ex verbis Edriſii p. 36 et 37 occurrentibus.

f) vid. HERBELOT. ſub vocibus *Zokak*; *Bab al Zokak*; *Tharek*.

4) بحر الشامي i. e. *mare mediterraneum* (p. 147 &c.) g) *ferunt*, ait Edriſius, *mare hoc antea fuiſſe ſtagnum clauſum, ſicuti nunc eſt mare Tabareſtan* (caſpium): *Andaluſiae et Africae gentes* (p. 147. 148.) *vicinae, inuicem variis ſe damnis laceſſere ſolebant, donec Alexander h) in Andaluſiam venerat, qui auditis Africanorum iniuriis geometras iuſſit terram cum maris tenebroſi et ſtagni huius aequore metiri, quam quum comperiſſet non multum a mari magno ſuperari altitudine, terram Tangiam (Tanger) inter et Andaluſiam effodi curauit. Aggerem idem exſtruxit* 12 *miliarium longitudine ex parte Andaluſiae; alium ex parte Tangiae* (Columnas Herculis in animo habet), *qui ambo* 6 *miliarium interuallo a ſe inuicem diſſiti ſunt. Quo facto ambo maria coniungebantur. Irruere vero aquae tanto cum impetu et vi, vt ſuper aggeres* 11 *fere ſtaturarum altitudine excreſcerent, multasque vrbes obruerent. Aggerem Andaluſiae pacato mari apparere in loco quodam Safiha* (الصفيحة) *dicto, eumque menſuratum fuiſſe*, ait, *cubitis Rabia* (الربيع) *i*) — omnia haec Edriſius narrat; immo, *ſe ipſum eum vidiſſe teſtatur* (ſcilicet!). *Alterum aggerem a mari abſorptum eſſe*, idem contendit *k*).

5) بحر القلزم *Mare Kolzom*, i. e. *Sinus Arabicus l*) (vulgo, mare rubrum) *egreditur*, teſte Edriſio (p. 4),

g) vid. Prolegom. Edriſii p. 4. 5. "Longitudinem huius maris, inter alia habet, a capite vsque ad calcem eſſe 1136 leuçarum (paraſangarum)." — Erroneus ſane eſt Edriſii calculus. — "Inſulas continet numerando paruas cum magnis, cultas cum incultis fere centum."

h) De Alexandro, Hercule Arabum, vid. infra.

i) Procul dubio geometrae cuiusdam nomen; Kurzmann, pro autore hominem habet, et vbi de fontibus Edriſii loquitur, eum recenſet l. c. p. 165.

k) Ceterum de hoc mare Herbelot. vid. ſub voce *Scham*.

l) Kolzom Arabum, et Clyſma quorundam Graecorum, idem eſſe, nemo, quantum ſcio, in dubium vocat. Verba ſunt Michaelis, vid.

(p. 4), *ex mari Sin, incipitque a Bab. el mandeb, vbi ſcilicet finis maris Indici. Progreditur in ſeptentrionem cum flexu aliquo ad occidentem; attingit nimirum latus occidentale Iemen,* (Arabiae felicis) *porro Tehamam et Hegiaz* (Arab. petr.), *Madain, Ailan, Faran, donec perueniat ad vrbem Kolzom, a qua denominatur; tum reflectitur reditque meridiem verſus ac tendit ad latus orientale regionis Sayd, ad Gun. al malec* (regis Sinum); *inde pergit ad Aidab, inſulam Suacen* (Suaken), *ad regionem Zaleg terrae Bagiat, peruenit ad regionem Habaſch ac iungitur mari Indico. Longitudo eius* 1400 *miliarium m*). *Breuia frequentia ac vada difficilem reddunt nauigationem eius; quare illud ſulcantes opus habent nauta peritiſſimo, viam, vada atque canales eius optime callenti.* Difficilem nauigationem denuo memorat, Noſter, vbi iam deſcripta vrbe Gidda (p. 45), ſic pergit: *mare, quod in iſta parte continetur, aſperum ſulcatu eſt, plenum et breuiis et ſcopulis erumpentibus n*). Quae idem autor noſter de mare hoc p. 108 refert, en accipe: *Mare Kolzom* (inquit) *in ſe velut flumen eſt; inque eo ſunt montes aquis imminentes; ſcopuli ac ſyrtes patentes latentesque, et viae nauium inter illos diſcernendae. — Continet* (ait p. 4) *mare hoc* 15 *inſulas;*

A 5

vid. obſerv. eius 255 ad Abulfed. Tab. Aeg. p. 117. Concordat Golius not. ad Alfr. p. 88. Iam quum Kolzom ad literas ex Clysma Graecorum ortum ſit, Golio, ex rationibus etymologicis vrbis et maris nomen expedienti, non omnino aſſentior. Verba eius ita ſonant: Locum autem illum, atque inde mare hoc ita nuncuparunt, quod prope ſubmerſus creditur Pharao, nam قلزم eſt *deglutire* et *abſorbere*.

m) Cf. Relation hiſtorique d'Abeſſinie du R. P. Jerome Lobo traduite de Portugais &c. par Mr. le Grand (Paris 1728. 4.) pag. 35. "La mer rouge commence à l'isle de Babelmandel. Elle a depuis là jusqu' à Suez trois cens quatre-vingt lieues ou environ ſur cinquante au ſoixante dans la plus grande largeur." Adde Herbelot ſ. v. *Colzum*; et inprimis Marmol T. III. p. 159 ſqq.

n) Vid. Brucius T. I. p. 272, 317, cf. infra deſcript. vrbis Zaleg.

ſulas; et p. 45 ita refert: *In iſto mari inſulae ſunt aliquot hyemali tempore deſolatae.*

6) بحر الصين الهند والسند اليمن (p. 3) *Mare Sin, Hend, Sind, Iemen,* (arab. fel.) *nomina maris Indici. Incipit autem a parte orientali, 13 gradus ſupra lineam aequinoctialem cum qua porrigitur ad occidentem. Affluit Sin, Hend Sind et poſtremo Iemen ex parte ſcilicet meridionali. Longitudo eius terminata ad Bab el mandeb eſt 4500 paraſangarum;* ("vti accepimus a peritis viatoribus et nautis, illud ſulcantibus et ab iis qui vela faciunt ab vna regione in aliam ex ſinu Arabico ad Vakvak") *inſulas continet circiter 300, computando tam cultas, quam incultas.*

Vocatur etiam (p. 29) mare العمانى *ommanicum et lingua Hindorum* (هند) *mare Herkend* (هركند) *et* (p. 34) *ſpeciali nomine appellatur pars eius mare Sanficum* الصنفي, *alio, mare Darlaravi* دارلاروي; audit quoque (p. 36) *mare Sahi* صحي *et ſub initio eius, ob aquas turbidas etiam mare Piceum* الزفتي. Alias mare ſalſum vocatur; ſed hoc nomen et aliis maribus commune. *In hoc mari,* (p. 29) ait, *multas habes res varias admiratione non indignas. Alit piſces egregie coloratos, quorum alii ſunt longitudine centum cubitorum, alii maiores adeo. In eodem mari, magnam ac ſuaueolentem Ambari copiam prouenire* ait, *de quibus* affirmat, *haberi quando vnum Ambarum plus minus pondere* 1200 *librarum* o). *Ambarum eſt materia quaedam,* addit, *quam fontes in maris profundo euomunt,* [*eadem fere ratione qua fontes Hit* p) (هيت) *Naſtam* (نفط) *emittunt,*] *et quae ſaeuientibus ventis ad littus pellitur.*

o) قنطار, quaſi centenarium, Talent. pondus CIↃCC Vnciarum vel CXX librarum. Verba ſunt Golii ſub hac voce.

p) cf. Büschingii deſcript. Aſiae p. 196. (edit. III. p. 211 ſq.)

SECTIO I.

SECTIO I.

Nigritarum Terram complectens.

Praemonenda.

Priusquam ad ſingulas huius terrae Prouincias deſcribendas deſcendamus, alteri ſatisfaciendum eſt officio; ſcilicet vt, quae ab Edriſio noſtro generatim de hac terra ac paſſim diſputata ſunt, colligamus et ordine, quantum fieri poteſt, noſtris geographis frequentato, proſequamur, ita vt quae de fluuiis, terrae bonis, incolarum moribus, aedificiis etc. praedicantur in vniuerſum exponamus, ad ſingula ſuo quaeque loco deinceps deſcenſuri.

I. *Flumina huius terrae.* Ante omnia de fluuiis diſputandum eſt; ſiquidem Edriſius (p. 7) *ſedem Nigritarum ad Nilum, aut ad flumen quod Nilus abſorbet, eſſe* contendit.

Nilus q). *Naſcitur*, ſecundum Edriſium (p. 16), *Nilus e Lunae monte*, (ſub 16 grad.) (جبل القمر) *decem e fontibus, quorum quini in flumina* ſtatim abientes, *duplicem lacum magnum conſtituunt;* (*Kircher* l. c. vertit: congreganturque in quadam ingenti *planitie;* ſic etiam in ſqq.) *ex quolibet horum lacuum effunduut ſe tres fluuii, qui deinceps in vnum concurrentes, ingentem quendam lacum efficiunt r) iuxta cuius partem inferiorem mons conſpicitur in lacum ſe protendens ac extra lacum*

q) vid. Jobi Ludolfi Commentar. ad hiſtoriam ſuam Aethiopiae p. 113 et quae de Nili fontibus congeſſit. p. 122 ſqq. D'Anville Memoires ſur l'Egypte p. 18. Memoires de l'Acad. des Inſcriptions T. XXVI. p. 46. Adde Ath. Kircher Oedip. Agypt. Syntagm. I. p. 48 ſqq. Meiners verm. phil. Schr. 1. Th. p. 180 ſq.

r) vid. infra n. XIV, Abulfeda hunc lacum كورا Cura compellat.

lacum partem ſeptentrionalem cum inclinatione occidentem verſus procurrens.

Hic itaque eſt locus, quo duo Nili ſe ſeparant s); quorum vnus (Aegypti Nilus) *ad ſeptentrionem tendit, Nubae terram alluit, Aegyptum denique peragrat, vbi in quatuor partes ſciſſus tres in mare mediterraneum emittit, quartam vero in lacum qui eſt prope Alexandriam* (etc. Plura infra dabimus).

Alterum Nili brachium [*Nilus Nigrorum t)*] *in plagas occidentales* (p. 9. 15) *tendit et prouolutum ab oriente ad occidentem vltimum* (p. 7) *non longe ab inſula Vlil, diſtante ab oſtio eius diei nauigatione in mare ſeſe exonerat; et ad ipſum Nilum Nigrorum, vel ad aliud flumen, quod cum illo aquam ſuam permiſcet, ſita ſunt Nigritarum domicilia.* (Vrbes vero iuxta Nilum Nigritarum ſunt Sala, Tocrur, Beriſa, Gana, Terra Vancara, Tirca, Ganara: Ad flumen, quod Nilus abſorbet appoſita eſt prouincia Lamlam.)

Ita quidem Edriſius de Nilorum fontibus exponit; at vanam eſſe eius ſententiam ac fabuloſam vix negari poterit. Condonemus autem Edriſio ſi cum multis aliis lapſus eſt, nec ab illo poſtulemus, quod nemini

s) Huc forſan ſpectat, quod apud IBN AL VARDIUM legi, vid. *Notices &c.* T. II. p. 40. دمادم "*Damadem*, ait, pays ſitué ſur le „Nil. Ses habitans, qui ſont les Tartares des Soudans (ou „Noirs) ne ceſſent de faire la guerre à leurs voiſins et de ravager „le pays. *C'eſt chez eux, que le* Nil ſe ſépare pour aller d'un „coté en Egypte et de l'autre dans le pays des Zindges." Aliis forte probabilius videtur eum loqui de flumine, quod Makdeſchu (Abulf. p. 33) alluit.

t) vid. IS. VOSSII librum de Nili et alior. flum. orig. cap. 20. p. 70. JOBI LUDOLFI Hiſt. Aethiop. libr. I. cap. 8. et Comment. p. 130. DE LA CROIX l. c. T. II. p. 347. Inprimis vero D'ANVILLIUM in Memoires de l'Acad. des Inſcr. T. XXVI. p. 64 ſqq. Adde MARMOLIUM T. III. p. 67. 71. SCHEHABEDDIN l. c. II. p. 156; inprimis vero: Repoſitorium &c. p. 402 ſq. ibique obſeruationum geographicarum Africam interiorem concernentium autoris DE LA LANDE elegantem verſionem BRUNSII.

nemini ante eum, nec ad hunc vsque diem ſcire contigit.

I. Et quod ad Nilum Aegypti attinet:
Secreto de fonte cadens, qui ſemper inani
Quaerendus ratione latet, *nec contigit vlli*,
Hoc vidiſſe caput, fertur ſine teſte creatus.

Scilicet Brucius negat, *Petrum Pays*, Luſitanum, fontes Nili detexiſſe, ſeque primum gloriatur poſt tot ſecula poſt tot tantosque Imperatorum ſummorum conatus inanes, eos tandem aliquando inveniſſe. Iam vero fontes, quos memorat Payſius, eosdem ſane deſcribit Brucius. Operae pretium videtur Payſii deſcriptionem, qualem Kircherus nobiscum communicauit, conferre cum Bruciana, ſiquidem Brucius non Kircheri ſed tantum (?) Ludolfi narrationem compendioſam ante oculos habuit.

Bruce. u)

Die Agows von Damot erweiſen dem Nil göttliche Ehre, ſie beten den Fluſs an, und Tauſende von Vieh ſind der Gottheit, deren Aufenthalt man in ſeiner Quelle glaubt, geopfert, und werden noch geopfert. . . .

Inzwiſchen liegt Geeſh, ob es gleich nicht über 600 Ellen entfernt iſt, doch nicht im Angeſicht dieſer Quellen. Das Land welches auf derſelben Fläche mit den Quellen liegt, endigt ſich mit einem Felſen, der ohngefähr 300 Ellen hinab in

P. Pays (apud Kircher).

Poſtquam tractauimus de fertilitate terrarum ſub dominio Presbyteris Ioannis, operae pretium me facturum exiſtimaui, ſi hoc loco nonnihil de praecipuis fluminibus et lacubus terrarum eius imperio ſubiectarum referam. Inter quae primo loco ſe offert, maximus ille et toto orbe celeberrimus fluuius Nilus, qui non apud antiquos ſolum et modernos Doctores, authoresque

u) vid. Bruce T. III. pag. 632–37. Athanaſ. Kircher Oedip. Aeg. Syntagm. I. cap. VII. p. 57–59. add. Ludolf Comm. p. 122 ſq. et verſionem Brucii III. p. 618. Anhang zu Jam. Bruce &c. Rinteln 134 ſq.

in das Thal von Alloa geht, und dieſe flache Strecke dauert in derſelben jener untergeordneten Höhe fort, bis ſie wieder über 70 Meilen ſüdwärts an den Nil ſtöſst, nachdem ſolcher indeſſen die Provinzen Gojam und Damot umfloſſen hat. Dieſer Felſen ſcheint gleichſam abſichtlich, in verſchiedene Abſätze oder Teraſſen gebildet zu ſeyn, wovon jede mit einem Klumpen Häuſer, ſelten über 8 - 10 beſetzt iſt. . . .

In (p. 632) der Mitte dieſes Felſen, gerade nordwärts gegen die Quellen, trift man eine erſtaunenswürdige Höhle an, ob ſie ein Werk der Natur oder Kunſt iſt, kann ich nicht beſtimmen. Es gibt viele Gänge darin, wo ſich ein Unbekannter ſchwerlich heraus finden kann, es iſt ein natürliches Labyrinth, und groſs genug, um alle Bewohner des Dorfs mit ihrem Vieh zu faſſen. Zwey oder drey andere Höhlen von geringerm Umfange habe ich nicht geſehen. In der groſsen ermüdete ich mich einige Tage ſehr, um ſo weit als möglich gegen Norden hineinzudringen, aber wenn ich etwas über 100 Ellen hinein war, ſo ſchien es, als wenn die feuchten Dünſte droheten, mein Licht auszulöſchen. . . .

Vom (p. 633) Rande des Felſen von Geeſh, wo oben das Dorf liegt, zieht ſich der Grund

resque grauiſſimos in admiratione fuit, ſed et cuius frequentem mentionem facit S.S. Geneſ. 2. Vocatur Gehon vnus e quatuor Paradiſum irrigantibus (!) Hic hodierno die vocatur ab Aethiopibus Abaoi (Abawi) originem ſuam tenet in regno Goyam (Gojam); in vno territorio quod vocatur Sahala (Brucius Sacala; perinde eſt), cuius incolae vocantur Agoûs; ſuntque Chriſtiani, etſi ſucceſſu temporum ſyluescente Eccleſia variis ſuperſtitionibus imbuti, et a gentibus et paganis vicinis corrupti parum differant [cf. Brucii reprehenſionem III, p. 623, eamque vanam eſſe, videbis (vid. paullo poſt); non enim Kircherum Brucius euolvit, ſed Ludolfum; Kircher quoque non Sabala ſcripſit, ſed Sahala, verum Ludolfus, Sabala; iam lege Brucii reprehenſionem p. 619].

Fons autem Nili in parte occidentali regni Goyam (Gojam) ſitus in *ſummitate vnius vallis* (vid. reprehenſionem Brucii ex Ludolfo deſumtam p. 621), quae aſſimilatur ingenti campo, iugis montium vndique circumdato.

Anno

Grund allmälig gerade gegen Norden hinab, und führt zum Ende eines dreyeckigen Sumpfes, etwa 86 Ellen in der Linie der Quellen breit, und 286 Ellen 2 Fuſs vom Rande des Felſen über dem Hauſe des Prieſters vom Nil, wo ich wohnte. Angenommen, daſs dieſs ein rechtwinkliger Triangel ſey, ſo hat er 196 Ellen in der Länge, oder in der Perpendicularlinie, ſo viel hielt er nämlich den 6. Nov. 1770. Vermuthlich treffen dieſe Maſse wie bey andern ſumpfigen Boden, weder mitten in der trockenen noch in der regnigen Jahrszeit zu. Ich nehme an, daſs dieſe Perpendicularlinie die Nordſeite des Sumpfs darſtellt, unmittelbar vom Rande derſelben erhebt ſich der Boden in einer jähen Bank, und formirt einen runden Hügel, der keine 100 Ellen hoch iſt, und auf deſſen Gipfel die Kirche St. Michael Geeſh ſteht. Ich maſs zwar die Entfernung, bin aber gewiſs verſichert, daſs ſie wenig unter 500 Ellen von der Kirche bis an die mittelſte Quelle betragen wird. Auf der Oſtſeite zieht ſich der Boden ebenfals allmälig, aber doch bemerkbar von dem groſsen Dorfe Sacala, welches dem Diſtrict

Anno 1618. 21. die menſis Aprilis, cum in hoc regno vna cum Imperatore eiusque exercitu degerem, hunc locum *aſcendi* (Brucius l. c. rephrendit hoc vocab. *ſummitati* vallis oppoſitum;) omnia diligenter luſtraui, inuenique primo *duos ibi ſontes rotundos v*) vtrumque quatuor quaſi palmis latum in diametro, ſummaque animi mei voluptate vidi id, quod nullis notis conſequi potuerunt Cyrus Rex Perſarum (forte per errorem ita ſcripſit Payſius; vid. Bruce l. c. qui ex Ludolf. haec omnia ad verbum deſumſit) et Cambyſes, Alexander Magnus et famoſus ille Iulius Caeſar. Aqua fontis clariſſima eſt et leuiſſima guſtuique gratiſſima; ſciendum tamen, nullum hoſce duos oculos (עין vt Hebraice ita Aethiopice, *oculum* et *fontem* denotat. vid. Ludolf. Comm. 122.) fontis in ſuprema montis planitie exitum habere ſed in radice montis; (profunditatem quoque

v) Bruce T. III. p. 596. vbi *Woldo*, Brucium his adloquitur: „Seht nach jenem kleinen Raſenhügel (ſummitas vallis?) mitten in dem wäſſerigen Sumpf darin trifft man die *beyden* Quellen des Nils an. Iam taxaui hanc narrationem in: Anhang zu Bruce &c. Rinteln p. 134.

Diſtrict den Namen gibt, hinab. Es liegt 6 Meilen von den Quellen, dem Augenſchein nach aber ſcheinen es kaum zwey zu ſeyn.

Wir wollen annehmen, daſs der ſpitze Winkel, den die Hypothenuſe des Triangels mit der Perpendicularlinie formirt, wie die Nadel eines Kompaſſes nach Sacala weiſet, und daſs die Hypothenuſe die Südſeite (p. 634) des Sumpfes nahe am Dorfe Geeſh vorſtellt. Die Baſis oder Linie, welche an das Weſtende der Hypothenuſe ſtöſst, und mit der andern Linie den rechten Winkel formirt, nehme ich als den Rand des Sumpfes an, welchen der Fuſs des Berges Geeſh macht, und von dieſer Weſtſeite deſſelben erhebt ſich der hohe und ſchöne Berg, der ganz von dem andern abgeſondert iſt, wie eine Pyramide, der er mit ſeiner zierlichen und regelmäſsigen Geſtalt gleicht. Er iſt nach dem Abhange gemeſſen 4870 Fuſs hoch: ohngefähr bis auf die Hälfte iſt das Hinaufſteigen bequem und allmälig. Der Fuſs iſt ungemein breit, hernach wird er auſserordentlich ſteil, aber allenthalben iſt er mit fruchtbarer Erde bedeckt, die gutes Gras und Klee trägt, und darunter wachſen wilde Blumen.

Auf

que fontium tentauimus, et in primum quidem lanceam immiſimus, quae intrando ad 11 palmos tangere videbatur quasdam veluti radices vicinarum arborum ſibi inuicem implexas). *w*)

Secundus fons vergit a primo in orientem ad iactum lapidis, [huius profunditatem explorantes, immiſſa lancea 12 palmorum, fundum nullum inuenimus; colligatisque duabus lanceis 20 palmorum, denuo rem tentauimus, ſed nec ſic fundum tenere potuimus]; dicuntque incolae, totum montem plenum aquis, cuius hoc ſignum dabant, quod tota circa fontem planities tremula erat et bulliens, manifeſtum latentis aquae veſtigium, eandemque ob cauſam non redundat aqua ad fontem, ſed ad radices impetu maximo ſeſe egerit; affirmabantque incolae, vt et ipſe Imperator, qui praeſens erat vna cum exercitu ſuo, eo anno terram parum tremuiſſe ob magnam anni ſiccitatem, aliis vero annis ita

tre-

w) Vncinis incluſa Brucius in verſione huius loci, praeeunte Ludolfo, omiſit.

Auf dem Felſen mitten in dieſer Ebene pflegten die Agows einen Haufen von den Knochen der geſchlachteten Thiereopfer anzulegen, ſolche mit Holzſcheiten zu vermengen, und alsdann anzuzünden. Dieſe Gewohnheit hat aufgehört, oder man thut es vielmehr jetzt an einem andern Orte näher bey der Kirche, weil man ihnen in Anſehung ihres Götzendienſtes, und der ſich darauf beziehenden Gebräuche unter dem Faſil und dem Ras Michael völlige Freyheit läſst.

In der Mitte dieſes Sumpfes, d. i. ohngefähr 40 Ellen von jeder Seite, und etwas weniger vom Fuſse des Berges Geeſh erhebt ſich ein kleiner runder Hügel, etwa 3 Fuſs über den Sumpf in die Höhe, ſcheint aber weit tiefer in ſolchen hinab zu gehen. Der Durchſchnitt hält nicht völlig 12 Fuſs. Er iſt mit einem ſeichten Graben umgeben, der das Waſſer ſammlet und gegen Oſten ausleert; er iſt dauerhaft von Raſen, der von den Seiten herbey geſchafft wird, gemacht, und wird beſtändig in gutem Stande erhalten. Dieſs iſt der Altar, auf welchem

tremere et bullire, vt vix ſine periculo adire liceat. Circuitur loci inſtar locus cuiusdam rotundi, cuius latitudo fundae iactum conſtituere poſſit. Infra apicem huius montis populus degit ad montem, leuca circiter vna (Bruc. 1760 pedes) a fonte diſſitum verſus occidentem, vocaturque Guix (i. e. Geeſh vel vernacula *Giſch*) et videtur hinc fons bombarda attingi poſſe. [Eſt hoc loco vicus gentilium x) qui ſacrificant multas vaccas, et venientes ad fontem certo die anni vna cum ſacrificulo quem pro ſacerdote tenebant, qui ibi ſacrificabat vnam vaccam iuxta fontem, caputque vaccae abſciſſum proiiciebat in fontis abyſſum, è lago hia prima a' quale buo, onde facean ſolenne ſacrificio matando muitas vaccas, que os gentios, d'he tracean, et dopois ſe cubria todo com o ſeuo dellas, è aſenta ua en un cadeira

x) Bone deus! audi Brucium III. p. 623.... Dazu kommt, daſs kein einziger Jeſuit mit einem Worte der heydniſchen Abgötterey erwehnt, die in der Nähe der Nilquellen herrſchte, und dieſs wäre doch eigentlich ein Hauptgegenſtand für ſie geweſen!! Quae ſequuntur ſane ita ſunt comparata vt ad verbum ex Brucio deſumta videantur.

chem alle ihre Religionsgebräuche vollzogen werden (p. 635). In der Mitte deſſelben befindet ſich ein Loch das augenſcheinlich mit Fleiſs gemacht, oder wenigſtens durch Menſchenhände vergröſsert iſt. Man hält es frey von Gras und andern Waſſerpflanzen: und das Waſſer darin iſt vollkommen rein und helle: man ſieht aber auf der Oberfläche nicht die geringſte Bewegung, oder ein Aufſprudeln. Dieſe Mündung oder Oeffnung der Quellen hält an einigen Stellen etwa 1 Zoll unter 3 Fuſs im Durchmeſſer, und das Waſſer ſtand am 5. Novemb. ohngefähr 2 Zoll unter dem obern Rande des Lochs, es nahm ſo lange wir uns in Geeſh aufhielten weder ab noch zu, ob wir gleich viel davon zu unſerm Gebrauch nahmen.

Als ich meine Lanze hineinſteckte, fand ich mit 6 Fuſs 4 Zoll einen geringen Widerſtand, wie von ſchwachen Binſen oder Gras, und noch 6 Zoll tiefer bemerkte ich, daſs die Lanze in einen weichen Boden drang, traf aber weder Stein noch Kies an. Dieſs beſtätigte ſich durch einen anderweitigen Verſuch am 9. Nov. mit einem ſchweren Senkbley an einer Schnur, das mit Seife beſchmiert war; es brachte am untern Theil in obiger Tiefe bloſs ſchwarze Erde herauf, von eben der Art

deira de ferro, que tinha poſta nomo de muita lenha ſeca, e mandava ſem ſe quermar nem ainda derreterſe ò ſeuo, e algunas veces etrauan depois da fogo aceſſo, e ſe a ſentaua à queſta gente demaneira, che con eſtas feteizerias engennaua à quella gente de maneira, que ò tinham por grande ſanto che dauan queſto ſato queria.]

Porro campus fontis Nili ab omni parte difficilis aſcenſu eſt, praeterquam ex parte boreali, ubi facile conſcenditur. [Infra montem circiter vna leuca in profundiſſima quadam valle e terrae viſceribus, alius fluuius emergit, qui ſe tamen cum Nilo paullo poſt coniungit, credunt eandem cum Nilo ſcaturiginem obtinere; ſed infra terram per occultas canales deductum hoc loco primum erumpere. Riuus vero fontis, qui infra montem erumpit, in orientem ſpatio iactu bombardae vergit; deinde ſubito declinando Boream petit, et poſt quar-

Art als die in dem Sumpfe und an den Seiten deſſelben.

Zehn Fuſs von dieſer erſten Quelle etwas nach Weſt gegen Süden iſt die zweyte Quelle, ohngefähr 11 Fuſs im Durchſchnitt, aber ſie hält 8 Fuſs 3 Zoll in der Tiefe; und ohngefähr 20 Fuſs von der erſten nach Südweſt liegt die dritte Quelle, die eine Oeffnung von 2 Fuſs, und 5 Fuſs 8 Zoll in der Tiefe hat. Die beyden letzten Quellen befinden ſich mitten in kleinen Altären, die wie der erſte von feſtem Raſen gemacht ſind. Sie haben nicht über 3 Fuſs im Durchmeſſer, und 1 Fuſs weniger oder darunter in der Höhe. Der Altar der dritten Quelle ſchien beynahe vom Waſſer ruinirt, das in beyden faſt bis oben an den Rand ſtund. Am Fuſse (636) eines jeden rieſelte ein klarer ſchneller Bach. Sie vereinigten ſich und fielen in den Graben des erſten Altars, und liefen gleich aus demſelben an der Spitze des Triangels, die nach Oſten zeigt, in der Stärke, daſs das Waſſer ohngefähr eine Röhre von 2 Zoll im Durchmeſſer gefüllt hätte.

Das Waſſer aus dieſen Quellen iſt ſehr leicht und gut und ganz ohne Geſchmack, es war damals durch und durch ſehr kalt, ob es gleich der Mittagsſonne ohne alle Bedeckung ausgeſtellt war, weil keine andere Bäume oder Büſche

quartam circiter leucae partem. nouus ſeſe offert riuus e ſaxis et ſcopulis ebulliens, cui paullo poſt ſe iungunt duo alii riui, ex orientis plaga erumpentes, et ſic deinde aliis et aliis identidem collectis riuis notabiliter creſcit Nilus. Poſt ſpatium vero diurnum itineris magno fluvio, qui dicitur, Ia mà, coniungitur, qui deinde flectit ſe verſus occidentem vsque ad 25 leucas, vel 35 leucas à prima ſui ſcaturigine, poſtea mutato curſu orientem repetit, inſinuando ſe in vnum lacum ingentem (eſt hic ſitus in prouincia, quae dicitur Bed, regnoque partim Gogam ſubiacet, partim regno Dambiae) quem ita pertranſit, vt aquae Nili notabilem differentiam ab aquis lacus oſtendant; totusque fluuius aquis paluſtribus inpermiſtus ſuum curſum fluxumque teneat; qui mox vbi exit, variis gyris declinando in meridiem, terram irrigat, nomine Alata, 5 leucis ab epiſtomio lacus diſtantem, vbi per rupes 14 brachiorum altas praecipitatus immen-

ſche in der Nähe ſtunden als der Felſen Geeſh auf der Südſeite und die Bäume um die Kirche St. Michael Geeſh auf der Nordſeite. . . .

Vermittelſt eines meſſingenen Quadranten von 3 Fuſs im Durchmeſſer beſtimmte ich durch eine Meridianhöhe des obern Randes der Sonne, wobey ich alle mögliche Aequationen und Deductionen in Erwegung zog die Breite des Orts wo ich (d. 5. Nov.) obſervirte, 10° 59′ 11″ und vermöge einer andern Obſervation von eben der Art am 6. Nov. 19° 59′ 8″, hernach fand ich die Mittelzahl von 33 Beobachtungen der gröſsten und nächſten Sterne 10° 59′ 10″ das Mittel betrug eigentlich 10° 59′ 9½′ oder 10° 59′ 10″ in (p. 637) der runden Zahl: wollte man ja unnöthig gewiſſenhaft ſeyn, und noch 15″ für die gemeſſene Entfernung des Orts, wo das Zelt ſtand, ſüdwärts vom Altar hinzu thun, ſo käme 10° 59′ 25″ für die runde Zahl der Breite der erſten Nilquelle heraus, obgleich die Jeſuiten ſie 12° nördlich nach einer ungefähren Schätzung aufs gerathewohl annehmen. Da dieſs aber beynahe die Breite von Gondar, als der Hauptſtadt iſt, von der wir unſere Reiſe antraten, ſo erhellet hieraus unleugbar, daſs ſie von keinem dieſer beyden Oerter die Breite genau kannten.

immenſo ſimul et fragore et fumo aqueo, qui eminus nebula mihi videbatur, praecipitatus paulo poſt, intra duas rupes ingentes ita abſorbetur, vt vix oculis attingi potuerit, ſunt cacumina dictarum rupium ita vicina; vt Imperator aliquoties, ſtrato per illa ponte, cum toto ſuo exercitu tranſierit; quibus omnibus et ego praeſens fui, poſtquam igitur a parte orientali regnum Begamidri, Gogam, caeteraque intermedia regna Amharà, Olaca, Xacà, Damot, longe lateque irrigauit; mox fluxu ſuo regnum Goyam repetit, irrigatisque territoriis Bizan et Gumancanca ita ſenſim regno Goyam appropinquat, vt nonniſi vnius diei itinere a fonte ſuo diſtare comperiatur. Hinc fluxum retorquendo verſus Tazolo et Ombareà, regnum Gentilium, quod anno 1613 ingenti exercitu ſubegerat Eraz Sela chriſtos frater Imperatoris; regnumque vtpote incognitum et ob vaſtitatem vocauit Ayzolam i. e. nouum mundum. Hinc ex oriente in Boream

ten. Den 7. Nov. war ich ſo glücklich die Immerſion des erſten Jupiters Trabanten zu beobachten . . . . . aus dieſer Beobachtung machte ich den gewiſſen Schluſs, daſs die Länge der vornehmſten Quelle des Nils 36° 55′ 30″ oſtwärts vom Meridian zu Greenwich betrüge.

Boream declinans; per innumeras alias regiones vaſtiſſimaque praecipitia delapſus in Aegyptum, et hinc in mare mediterraneum ſe exonerat *y*).

Ex his mihi quidem videtur vel Payſium fuiſſe eum, qui primus inter Europaeos fontes Nili detexit, vel Caput Nili neminem ad hunc vsque diem vidiſſe.

II. De fontibus, curſu atque oſtio Nigri (flumine, de quo Edriſius loquitur, altero) ſi vno verbo animi ſenſa declarare licet, pariter nihil certi habemus *z*).

Flumen Nilus Nigrorum *a*) ab oriente occidentem verſus deuoluitur ſecundum Edriſium; (pag 9. 15. 16.) quae eius ſententia a Leone *b*) et ab Abderrach-

y) Nec in curſu Nili Payſius multum a Brucio differt; vid. Brucii deſcriptionem III. p. 640 ſqq. cll. Anhang zu J. Bruce &c. Rinteln &c. p. 139 ſq.

z) Si Brucio fides habenda, oritur Niger fluuiis qui e montibus Dyre et Tegla delabuntur, ad 12° Lat. ſept. vid. T. III. p. 722. Sagaciſſimus Brucius paullo ante p. 718 originem ſententiae Edriſianae de duobus Nilis ſe detexiſſe ſibi forſan perſuaſit. Legi omnino meretur, quae de Nigro flumine ſcripſit autor laudatus l. c.

a) Agathemer et Schehabeddin, quod mireris, mirum differunt, fluuium hunc pro domeſtico habentes, vid. infra VIII.

b) p. 6 ſq. Niger, ait, ſumit ſuum ex quodam deſerto initium, quod Seu apud illos dicitur, *atque hoc ex oriente.* Alii (in quorum numero Edriſius noſter) volunt hunc fluuium ſuam habere ex quodam lacu ſcaturiem, ſeſeque occidentem verſus voluere, donec in mare oceanum delabitur. Affirmant noſtri Coſmographi Nigrum fluuium e Nilo deriuari, quem ſub terra ſe condere volunt, vnde tamen huiusmodi lacus naſci videtur. *Sunt praeterea qui dicunt*, iam dictum fluuium in occidente ex quodam monte ſcaturire atque orientem verſus fluendo maximum tandem lacum illic efficere, *quod quidem veroſimile non eſt &c.* Marmolius pariter

rachmano Aga *c*), qui de flumine *Gülbi d*) (ita nimirum Nilus a *Nigris* nuncupatur) idem contendere videtur, aliisque confirmatur. Non diſtinguit Edriſius inter plura flumina; Nilus, qui e lacu iſto ingenti (*Cura* Abulfeda eum vocat) egreditur, labitur ſecundum ipſum vsque vbi in mare ſeſe exonerat.

D'Anvillius *e*) longe aliter, annuente Ptolemaeo, de fluuiorum interioris Africae ſitu atque curſu ſtatuit. Liceat breuiter ex commentatione eius ſuper hac re, excerpta, quantum rem noſtram iuuat, contrahere. — Tres ille fluuios ſiſtit pro Edriſii vno. Non nimis premi debere, monet, Edriſii verba e lacu (Cura) fluuium ſuum educentis. *Gir* Ptolemaei flumen eſſe, quod ſub Nilo Nigrorum Edriſius ponat; fluere ab occidente orientem verſus, diuergia habere, quorum vnum ſe vsque ad Paludes Chelonides protendat, in quas ſuſpicatur flumen immergi, quod Edriſius ab vrbe Cucu excurrere dixit. (vid. Cucu.) Aliud brachium pergere, tradente *Sicardo* ad paludem

pariter a parte LEONIS ſtat, aliique, quos recenſet DE LA LANDE l. c. p. 118 ſq. Sunt tamen et alii, qui fluuium hunc orientem verſus deuolui contendunt, quorum in numero HERODOTUS (II, 32) locum primum obtinet [vid. HENNICKE Comm. de Geograph. Africae Herodot. p. 37 ſq. H. SCHLICHTHORST Geogr. Afr. Herodot. p. 171. Allgem. Litt. Zeit. (ad ann. 1793.) Nro. 293. p. 123]: Arabes quidam apud LEONEM l. c. Nigri quidam apud BRUE vid. Repoſitor. l. c. pag. 411. EINSIEDEL apud CUHN (Samml. &c. III. p. 445) &c.

c) l. c. p. 978. Abderrachman Aga, ait, ſchien nicht daran zu zweifeln, daſs ſowohl den Afrikaniſche als Aegyptiſche Nil ſeinen Urſprung in den hohen bergigen Gegenden von Habeſſinien habe, daſs er folglich ſeinen *Lauf weſtlich nähme*.

d) l. c. p. 987. Das Königreich Afnu liegt an einem groſsen Fluſſe, den der Sklave des Abd. Aga in der Landesſprache *Gülbi* nannte. Es war ihm bekannt, daſs die Einwohner der Barbarey ſelbigen Nil nennen, allein den Nahmen Niger hatte er ſie nennen hören. Vocatur quoque *Nil al Kebir* (Nilus magnus) *Nil el Abid* &c. vid. Repoſitor. l. c. p. 404.

e) l. c. p. 64 ſq. Nous, ait, reconnoitrons ici, trois rivières au lieu d'une &c.

dem Nubae (iuxta quam Cauga vrbem, quam vide, ponit); quae palus cum Nilo communicationem habeat. Alter fluuius, in quem d'Anvillius inquirit, eſt *Nigir* (Νίγειρ) Ptolemaei *f*), quam pro vero Nigri fluuio habet, qui toti terrae nomen dederit, quique *ab occidente ad ortum* decurrat. — Secundum d'Anvillium ergo appoſitae ſunt huic fluuio ex Edriſio vrbes Sala, Tocrur, Beriſa (et ad diuergium eius meridionale terra Lamlam), Tirca, Maraſa, inſula Vancara (ad diuergium quoddam, Ganara), Secmara, Semegonda et Ragbil, quarum vrbium poſtremae duae, vnaquaeque vni eorum lacuum adiacet, quibus Nigir infunditur. Tertius fluuius tandem, qui totus in mare atlanticum decurrit, eſt ſecundum d'Anvillium *Senegal* (*Daradus* Ptolemaei) *g*). Ita d'Anvillius, quantum ego poſſum iudicare, non ſine cauſa acute et ſagaciter rem declarauit. Noſtram, qualemcunque etiam ſuper hac re ſententiam, infra demum p. 30 lectorum examini ſubiicere poſſumus. —

III. *Extenſionem* vel *ambitum* huius terrae expreſſis verbis Edriſius non indicauit, ſed paſſim definiuit, vt errare non poſſis. Ait nimirum (pag. 7. 15. 16.) *ad Nilum Nigrorum vel ad fluuium in illum ſeſe exonerantem, appoſitas eſſe omnes regiones eorum.* Nubia ergo, Habeſſinia, Barbaria, Zengitana terra etc. ſub terra Nigrorum ab eo, vt videtur, non comprehenduntur, licet Abulfeda in Tabula Belad as Sudan (Terra Nigrorum) eas regiones deſcripſerit, quod et Leo fecit, in cuius Nigritiae deſcriptione Nubia vltima eſt terra, de qua agit. Herbelotus ſ. v. *Sudan* item affirmat, Arabes ſub voce *Sudan* intelligere eos homines, qui apud nos Mauri vel Nigri audiant, ſcilicet Nubienſes, Cafri etc. Hinc nobis licere exiſti-

B 4 mamus

f) vid. p. 69. — hodie *Guin* audit vel *Ica*.

g) l. c. p. 73.

mamus vna ſectione eademque omnes terras, quas Abulfeda in Tabula ſua complexus eſt, pariter comprehendere.

Bakui limites huius terrae ita ducit, vt nihil fere ab Edriſio differre videatur *h)*.

IV. *Aëris temperies. Solis ardor ibi eſt maximus* (p. 7.) id quod Bakui *i)* quoque ſcribit. Hinc ſibi Edriſius perſuaſit venire, *vt incolae huius terrae (imo omnino incolae primi, ſecundi et ex parte tertii Climatis) ab ſexti Climatis ac ſeptimi incolis, diſtinguantur nigro colore et coma criſpata k). Solum huius terrae arena obtegitur, quae a ventis huc illuc fertur. Hinc aquarum penuriae cauſam quaerendam eſſe* affirmat Edriſius.

V. *Terrae foetus. Ad Nili ripam, qui terram Nigrorum ab oriente ad occidentem alluit,* ait Edriſius noſter, *producuntur arundines ſcheraci l); arbores ebeni; buxi*

h) vid. *Notices &c.* T. II. p. 395. (بلاد السودان.) Long. 65–9. Lat. 9–20. "Ce pays„ ait, s'étend au Nord jusqu' à celui de „Berbers; au midi, à les deſerts; à l'orient à l'Ethiopie et au „couchant, à la mer ocean."

i) l. c. "Il eſt brulé (ait) par le ſoleil, qui y tombe à plomb." v. Marmol. T. I. p. 33.

k) Mentem Edrisii expreſſit quoque Abulfaragius H. D. p. 3. 4; ſed adhuc ſub indice lis eſt, quantum equidem ſcio. Nec ego componam! Licitum tamen ſit, animi ſenſa Niebvhrii verbis exprimere. Ait ſcilicet l. c. p. 964. "Ich will nur bemerken, daſs man die Urſache davon (de colore ſermo eſt) wohl nicht in dem Klima und Boden ſuchen könne, denn unter eben der Breite, unter welcher die Afrikaner wohnen, wohnen in Amerika und Aſia auch Menſchen, und darunter trifft man keine ſo ſchwarze an, als die ſind, welche von Afrika dahin geführt werden oder die von Afrikanern abſtammen. cf. p. 965.

l) In libro eſt الشركي Sionita vertit, *arundines indicae*, paulo poſt autem, vbi idem occurrit, arabicum vocabulum retinet. Equidem neſcio quomodo vertam. vid. infra Nro. VI. Suſpicarer, legendum eſſe سكر *ſacchari*, niſi huius arundinis natura (infra Nro. VI.) repugnaret.

buxi m); ſalices et alba myrica n). — Bakui, Arbores inter terrae bona ponit, in ſolo tamen generali nomine hoc acquieſcens; quae nunc ſequuntur ea quoque ſua autoritate comprobat *o*).* *Syluae* (pergit Edriſius) *in his regionibus ſunt latiſſimae ac continuae, in quibus cubant armenta eorum et ad quarum vmbras ipſi, graueſcente aeſtu, refugiunt.*

* *In his ſyluis ſunt leones, camelopardales* (giraſae) *p*) *cerui, hyaenae, muſtelae foenariae* (vulgo *fouinae*), *lepores q*), *ecchini.*

In Nilo ſunt piſcium tam grandium quam paruorum varia genera, ex quibus pingues ac craſſos ſeligunt, ſale condiunt ac reponunt r).

B 5 *Fruges*

m) Edriſius habet الشمشاد, quod fruſtra in lexicis quaeſiui. Suſpicor legendum eſſe الشمشار vide Golium ſub voce بقس. Ebn Alvam بقس شمشار arborem, Casiri Bibl. T. I. p. 331 per *Buxi arborem* explicat.

n) *Alba myrica* vertimus: Sionita, *arborumque ſimilium*. In libro eſt الأثل. Putem arborem ſignari.

o) On trouve (ait l. c.) chez eux de l'or, des rhinoceros, des elephans, des giraſes et des grands arbres, ſur le quel ils mettent leurs cabanes. Edrisius quidem Elephantes h. l. non memorat; ſed vbi Regis Ganenſis apparatum ſpecioſum deſcribit, eorum mentionem facit. Cum noſtris Arabibus quoque Leo facit, p. 744 ita ſcribens: Elephas animal docile et ſyluaticum, magna copia in Syluis Nigritarum regionis inuenitur.

p) Vide de inſigni hoc animali Leonem pag. 745 imprimis vero le Vaillants Reiſen in das Innere von Afrika (ex verſ. Forsteri) T. I. p. 425 ſq. vbi etiam in aes inciſum conſpicere licet. Adde Michaelis Oriental. Biblioth. T. II. 185. Bakui l. c. p. 394 aliam de hoc animali ſe accepiſſe notitiam, his verbis prodidit: La giraſe eſt née d'une chamelle ſauvage; ſa tête reſſemble à celle du Tigre, ſes jambes à celle du chameau, ſes ongles à ceux du boeuf, ſa queve à celle du chevreuil; elle a une longue crinière, les pieds de devant ſont longs, & ceux de derrière courts.

q) Clim I. ſect. I. pag. vlt. lin. 4. pro الأفتاك procul dubio legend. الأفنك.

r) ibid. lin. 6. يدخرونه ſenſum minus commodum efficit, cum Sionita legendum credo يدخرونه.

Fruges recentes deſideras; dactyli enim a Vareclanitis eo deferuntur. Tamen proueniunt frumenta et legumina, ſed non ea copia, qua dora s), vnde vinum conficiunt (التنبيذون). Vrbicolae ſerunt cepas, cucurbitas atque melones, quae miram in magnitudinem creſcunt.

Sal deeſt in vniuerſa (p. 7.) *Nigrorum terra, praeterquam quem inſula Vlil producit, vnde in vniuerſos eius tractus infertur.* Conſentiunt Leo et Abderrachman Aga *t*).

VI. *Victus. Inter carnes* (p. 10.) *pretioſiores habent piſces, et carnes camelorum ſiccatas* (ولحوم الابل المقددة).

VII. *Arma. Vtuntur arcu, ſagittis* (*artificioſe vna cum arcuum chordis ex arundine ſcherac paratis*), *quibus maxime freti; tum clauis, ſumma arte et peculiari ſcientia ex ebeno arbore confectis.*

VIII. *Aedificia. Ex trabibus latis, luto inter ſe conglutinatis, ſtruunt habitationes ſuas. Vtuntur vero trabibus latis, quoniam raro apud illos longae reperiuntur.*

IX. *Ornamenta.* Fateor, me non omnino intelligere vocabula quae hic obueniunt ornatum ſignificantia. Quare infra Edriſii verba adieci *u*). En ver-

s) Niebuhr l. c. p. 985 refert de terrae bonis haec: Produkte in den Königreichen Afnu und Bernu: Strauſse, Schlangen, Elephanten, *Durra* (dhora i. e. kleiner Mais); der gemeine Mann backt ſein Brod von Durra (wie der gemeine Araber). Alii milium reddunt; Casiri Bibl. T. I. p. 332 non male: *Panicum.*

t) Vid. Leo p. 770. Nigritarum autem regio, ait, praecipue Aethiopia interior, vbi dimidio aureo libra venditur, ſale caret. — Niebuhr l. c. 989. Salz fehlt, ait. Im Königreich Afnu holt man das Salz weit her aus (einem Lande oder einer Stadt?) *Asben.*

u) وحليهم النحاس والخرز والنظم من الزجاج والباذوق ولعاب الشلخ وانواع المجزعات من الزجاج Sionita vertit: Eorum ornatus eſt auricalcum, grana et murenulae vitreae atque onyces ficti. —

verſionem, qualemcunque etiam. *Eorum ornatus eſt auricalcum, Monilia ex Voluta Monili fabricata, grana vitrea in ſeriem ſtructa, compedes . . . onyces ficti, vitro conſerti.* (vel ſpecies onycum etc.)

X. De *incolarum huius terrae origine* Edriſius, quod forſan nemo grauabitur, nihil diſputauit. Bakui *v*) obſeruat eſſe eos Moslemos et Infideles; Edriſius non contradicit ſi v. c. Ganae vrbis deſcriptionem, cum ea, quam de terra Lamlam dedit, conferre velis. Maſudi vero de eorum origine exponit, ſed ea ratione, quae nemini, credo, placebit *w*). Leo (p. 14) Nigritae, ait, omnes ab origine Chuſi dependent, qui patrem habuit Chamum, filium Noae.

Leo de terrae bonis quoque, moribus etc. varia in medium profert, quae cum Edriſii narratione conſpirant; imprimis id de Marmolio etiam valet, ſed caute adhibendi videntur, quippe qui de multis populis in genere loquuntur, quorum notitia Edriſium noſtrum fugiebat.

Quibus ſummatim praemiſſis, ad ſingulas terrae Nigritarum prouincias ac regiones deſcribendas, transeamus.

I. *Terra.*

v) l. c. Ses habitans ſont nus; les uns ſont Muſulmans, les autres Infideles.

w) Liceat apponere, quae habet: "Il croit (ait DE GUIGNES l. c. „T. I. p. 14 ſq.) que ces Peuples (Nigri) ſont deſcendus des enfans „de Canaan, qui traverſant le Nil, paſſerent plus avant et ſe „diſperſerent; les uns formerent à l'Orient, les Nubiens, les „Badgé; d'autres à l'occident les Zaghaoné, les Ghaſou ou Kacou, „les Martak ou Marbak, les Koukou, les Akına, les Ghabé et „autres Ethiopiens et les Damademiens. Quelques-uns allerent „entre l'orient et l'occident, ce ſont les Zinges, les Maſkı et les „Berbers, on paſſe dans leur pays, pour aller dans ce de Dahlac, „de Zila et de Badia. Ces peuples ont beaucoup de peaux, de „tigre et d'anes dont ils ſe font des habits."

I. *Terra Mekzara* ارض مقزارة السودان.

Pro Prouinciae nomine τὸ مقزارة ego libenter acciperem. Ibn al Vardi certe ita interpretandus eſt. Verba eius *x*) ſunt "مغرارة Magrara contrée du pays des Soudans." Differt quidem ſcriptura; ſed exemplar MSS. lectu non perſpicuum fuiſſe forſan ex eo cognoſci poteſt, quod de Guignes in nota adiecit "ou Taghrara, ou Maghzara" quod vltimum eſſet forte مغزارة; hinc facile مقزارة Edriſii fit. Ibn al Vardium vero eandem regionem intellexiſſe, nemo dubitabit; ait ſcilicet, vrbem primariam eiusdem terrae eſſe *Oulili*; et Edriſius noſter Terrae Mekzara vrbes adſcribit *Vlil*, *Tocrur*, *Sala*, *Dau*, *Beriſa*, *Mura* *y*).

In vniuerſum de hac terra Edriſi nihil tradit *z*).

a) *Inſula Vlil* اوليل (p. 7).

Haud longe a littore et *ab oſtio Nili Nigrorum vnius diei nauigatione* (i. e. 17 circiter miliar. geograph.) *diſſita eſt. In vniuerſae Nigrorum terrae beneficium vertit; quae hic inuenitur ſalina vnica* (in Nigrorum terra) *Edriſio cognita. Enaſcitur inde haud mediocris*

x) *Notices* T. II. p. 35.

y) HERBELOTUS (ſub voce *Maczarat al Sudan*) appellatiue ſumſit; ita enim explicat: "Caſe ou habitation des Negres, maiſon grande, „ſpatieuſe et forte a leur manière, où ils ſe retirent pour ſe „garantir des incurſions de leurs ennemis; mais il ſemble qu'il „faille plûtôt lire Macſarat (i. e. مقصرة ?) ou que le mot „de Maczarat ſoit uſité par corruption dans ces pays de ces Ne„gres" &c. cf. idem ſub voce Sudan, vbi primam, quam dedit interpretationem, repetit ac conſtanter affirmat. Neutra interpretatio, ſi quid iudico, placebit. Sed ſibi non conſtat HERBELOTUS. Alia enim, at veriora, ſub voce *Lamlam* ſcribit: Lamlam, province du pays des Negres, qui eſt au Midy de la *Maczarah*, *autre Province* du même pays &c.

z) IBN AL VARDI (l. c.) vero depicta vrbe Tocrur addit: "tout le „reſte du pays de Maghrara ne conſiſte qu'en deſerts où perſonne „ne paſſe parce qu'il n'y a ni eaux ni patûrages."

diocris mercatura, adpellentibus ab oſtio Nili ad hanc inſulam cymbis ad ſalem petendum, quem ope Nili in omnes Nigritiae partes conuehunt ac Nigris, incolis nimirum Salae, Tocrur, Beriſae, Ganae ac reliquis Vancarae et Caugae regionum ciuibus, diuendunt. Ita quidem Edriſius de inſula. Eadem pagina autem inter vrbes, ad terram Mekzara pertinentes, occurrit etiam *vrbs Vlil.* An ſita ſit ſuper inſula eiusdem nominis obticuit. Ibn al Vardi *a*) autem Oulili, ait, eſſe vrbem primariam terrae Maghzarae (Mekzarae); littori eam adiacere ac mercatura ſatis memorabili florere. Quae ergo Edriſius de inſula, ea Ibn al Vardi de vrbe Vlil memorat. Cui maior fides habenda ſit, non exputo. Conciliare autem ambos, ſi forſan velles, non admodum difficile eſſet.

Diſtat b) inſula Vlil a Sala (terrae Nigritarum) *vrbe* 16 *ſtationibus* (p. 7); *ab vrbe Segelmeſa* 40 *fere ſtationibus, inceſſu commeatus* (p. 8); *ab Audagoſt menſis itinere* (i. e. 29 vel 30 ſtationibus) (p. 39); *et ab oſtio Nili Nigrorum curſus interuallo.*

Grauis igitur oritur quaeſtio, vbi quaerenda ſit inſula Vlil. Iacutus Hamataeus in *theſauro geographico*, quantum ex Golio (Lex arab. col. 189.) perſpicio, neque vrbem, neque inſulam ſub voce أُولِيل intelligit, ſed pro ſalinarum nomine in extremo Libyae habet. Golius (l. c.) Iacuti verbis addit "Inſularum Heſperidum ſeu capitis viridis vna, ſale ſuo perquam celebris, Geog. Nub. Cl. 1. p. 1."

Idem

a) T. II. p. 35. Maghrara, ait, contrée du pays de Soudans ou des Noirs, dont la principale ville porte le nom *d'Oulili* (DE GUIGNES in nota adiecit: ou *Oulbali*, ou *Ouliki*) ſituée ſur le bord de la mer; il y a des ſalines, et il s'y fait un grand commerce de ſel, que l'on porte dans les autres pays des Noirs.

b) Sequimur methodum, quae EDRISIO placuit, vt delineata quauis vrbe locorum diſtantias indicemus.

Idem habet etiam Caſtelli Lexic. hept. T. I. col. 60. Ita quoque Sionita Edriſium interpretatur; cui etiam, ni fallor, Herbelotus *c*) adſtipulatus eſt. Viros doctos Hiſpanorum *Ilha de Sal* in animo habuiſſe, vix dubitandum, ſed eos erraſſe in aprico eſt. Ipſa enim locorum diſtantia, re attente conſiderata, vnumquemque facile edocebit inſulam, 16 tantum ſtationibus a Sala diſtantem, nequaquam ex numero inſularum capitis viridis eſſe poſſe. Quinimo ſi 40 numeres, vix ſufficerent!

Inſulam hanc in occidentali Nigritiae parte eſſe quaerendam perſuaſi, non ſupprimere poſſumus coniecturam qualemcunque noſtram: Mare, in quo inſula Vlil autore Edriſio ſita eſt, nec eſſe mare tenebroſum, quemadmodum Sionita, Herbelotus aliique, qui hos ſecuti ſunt, quo iure? neſcio, aſſeuerauerunt, nec mare ambiens, ſed Νιγρίτης λίμνην (*Landſee Nigrites*) Ptolemaei. Iam vero in ſubſidium vocarunt Arabes et in his Edriſius noſter Ptolemaeum, quid? quod vocabulum بحر (*mare*) non ſolum de Oceano eiusque partibus, ſed et de lacubus imo et fluuiis maioribus, qualis e. g. eſt Nilus frequentarunt *d*). Hinc quoque Edriſius vocabulo مجرى (*curſu*) quo iter maritimum metiri ſolet, vſus eſt, quandoquidem ſcripto *maris* (بحر) nomine, مجرى vocabulum neceſſario in calamum veniebat.

Nigir fluuius itaque, ſi coniectura noſtra non diſpliceat, domeſticus eſſet vel tesquorum fluuius (*Steppenfluß*); qualem non ſolum diſtinxit mappa Ptole-

c) Scribit enim ſ. v. *Vlil*: Nom d'une Isle et d'une ville du pays de Soudan ou Negres, qui n'eſt pas fort éloignée du Continent, dans la Mer que les Arabes appellent Bahr almodhalam et qui nous eſt connuë ſous le nom d'Ocean atlantique.

d) Ita in Korano *Nilus* ſaepius et يم vocatur; vid. e. g. Sur. 20, 39. vid. et MICHAELIS ad Lowth de ſ. Hebr. poeſ. T. I. p. 158 et infra Terr. *Vankara*.

Ptolemaei verum etiam Geographi Schehabeddin *e*) et Agathemer (ſupra p. 21) deſcripſerunt. Errauit procul dubio Edriſius curſum fluuii ab oriente occidentem verſus ſtatuens; pars nimirum vel brachium eius orientale occidentem verſus prouoluitur; occidentale autem verſus orientem manat; ambo vero coincidunt iuxta vrbem Gana in lacu illo teſquorum maximo (*Steppenſee*) quem et Edriſius deſcribit. (infra v. Gana). Leo Africanus iam Arabes produxit, curſum fluuii huius orientem verſus innuentes, quibus quidem, ſed non ſine timore, vt videtur, contradicit (ſupra p. 21). Mappam Ptolemaei ad manus ſi habes, in illuſtranda Edriſii deſcriptione ex omni difficultate facile te extricabis, ſiquidem fluuium Νιγειρ in plaga occidentali Lacus Nigrites initium ſumere, tum prouolui ex occidente in orientem ac tandem immergi lacui, videbis. Hoc ipſum autem oſtium occidentale, quod ex omnibus mappis, quas vidi recentioribus, exulat, pro oſtio, quod autore Edriſio curſus interuallo ab inſula Vlil diſtat, percommode accipi poſſe putem. Lacus Nigrites aquam ſalſilaginem eſſe ſi conſtaret, mercaturam illam celebrem de qua Arabes noſtri loquuntur, inde facile deriuares; imo coniicere poſſes vrbem Vlil (quae fortaſſis ab inſula nomen mutuata eſt) e regione inſulae ſitam ac ad extrahendum ſalem ſiccandumque fuiſſe adhibitam. Quae de mercaturae origine et cauſſis a nobis dicta, quum minus ſe probent, Vlil pro ſalinarum nomine habeto cum lacuto; cuius locum ſupra exhibuimus. Vrbis quidem nomen et inſulae Vlil ſilentio praetermittit; at inde non ſequitur eas plane non extitiſſe, vt hoc in tranſcurſu moneamus.

b) *Regnum*

e) Agathemer (hyp. geogr. II, 10.): *τας αρχας και τα τελη* Nigri *εν ηπειρῳ* ponit. Schehabeddin (Notices II, p. 156): La branche de cet fleuve, qui coule dans le pays de Djénawa *ne vient point jusqu' à l'ocean;* elle ne coule que jusqu' à l'extremité de la partie de cette contrée qui eſt habitée.

b) *Regnum Tocrur* تكرور (p. 7).

1) *Limites.* *Conterminum eſt meridiem verſus terrae Lamlam; habet ex parte orientali terram Gana; ex ſeptentrionali deſertum* (et ex occidentali . . . Lacum Nigr. Ita ex ſitu coniicimus; Edriſius tacet).

2) *Fluuius*, iuxta quem vrbes, quas memorat Edriſius ſitae ſunt, eſt *Nilus* et ſecundum d'Anvillium (Ptolemaeo annuente) *Nigir* hod. *Guin.* vid. Gatterer l. c. p. 635. (ed. II. 640.)

3) *Terrae bona.* Expreſſis verbis nulla memorat Edriſius; ex deſcriptione autem vrbium, ad hanc terram pertinentium, quae de terrae bonis ac mercatura huc appoſuimus, depromta ſunt.

Cibum incolarum Salae et Tocrur (p. 8) ait *eſſe dora, piſces et lac. Armenta eorum ſunt, cameli et caprae.* Aurum refert Ibn al Vardi *f*) inter terrae huius prouentus; et Ibn Said apud Abulfedam inter foetus vrbis Beriſae, quae huius regni dominio ſubiecta eſt, habet ebenum et goſſipium *g*) idque non ſine ratione, vti ex Edriſio comprobari poteſt, qui indui veſtimentis goſſipinis eos ait.

4) *Veſtitus.* Quae de veſtitu dicimus ex deſcriptione Salae et Tocrur vrbium ſumſimus. — *Homines plebei ex velleribus veſtes gerunt; capita tegunt vittis. Proceribus indumenta ſunt goſſipina cum perizomate.*

Bakui qui pariter ac Edriſius inter nobiles et plebeios diſcrimen ponere videtur *h*), homines vtrius-

f) l. c. p. 35. Bene; ex Edriſio enim conſtat Mercatores Occidentis remotiſſimi merces ſuas pro arena auroſa commutare. vid. infra Tocrur vrbis deſcriptio.

g) Tab. Nigrit. p. 31. والابنوس عندهم كثير وفي ديارهم شجر القطن, i. e. ebenus vero ibi multa eſt et goſſipium arbor.

h) l. c. p. 396. Idem addit "Les femmes des Infidèles portent un morceau d'étoffe attaché à la ceinture."

vtriusque ſexus, nudos eſſe ait; nobiles autem inter Moslemos habere tunicam, cuius longitudo ſit 20 cubitorum. — Ambos, primo adſpectu diſſentientes, facile conciliabis, ſi in memoriam reuocaueris, huiusmodi hominibus ſolenne eſſe, pudenda velleribus tegere.

5) *Mercatura. Vrbes, Sala et Tocrur* (de quibus paulo poſt) *mercibus abundantes, Nigros non ſolum ſed etiam mercatores ex Occidente extremo* (Sus alakſa) *ad ſe allicere,* in deſcriptione vrbium harum, ſuo quolibet loco videbimus.

Ceterum diuendunt, quos ex Terra Lamlam depraedati ſunt homines. vid. infra Lamlam.

6) *Sultan* vel *Princeps, Tocruri,* qui Edriſii temporibus *imperium tenuit, multos ſeruos et milites alebat; fortitudine et robore aeque ac iuſtitia inſignis, terram ſuam in ſecuritate et a metu liberam conſeruauit.* Ex Edriſio idem refert Herbelotus ſ. v. *Sala.* Moslemum eſſe regem, Bakui obſeruat. vid. infra not. i.

7) *Vrbes*

a) *Tocrur* تكرور *i*) *ſedes regia**(metropolis vt ait Saidi filius apud Abulfedam) *ſita ad Nili ripam auſtralem k*). Magnam eſſe vrbem, ſed muris deſti-

i) تكرور Ibn al Vardi quoque pronunciat; in nota vero addit de Guignes *ou Tekdour.*

k) Saidides apud Abulfedam idem docet; p. 29. ومن بلاد السودان قاعدة التكرور قال ابن سعيد وهي على جانبي النيل, i. e. in Nigrorum terra eſt Tocrur metropolis (ſed ab Edriſio differt addens); ſita ad vtramque Nili ripam. Ibn al Vardi habet: Tocrur, grande ville, ſituée au Sud-Oueſt de Nil. De ſitu vrbis huius magnus ergo, vt videtur, diſſenſus. Pro lectione Abulfedae pugnare videtur Saidi filii vrbis in vrbanam et nomadem diuiſio, quae tamen coniecturae, quae mentem ſubiit, non obſtare videtur. Putem nimirum pro جانبي legendum eſſe جنوب

deſtitutam, tradit Bakui l. c.: *A Sala, vrbe itidem celebri, tam per Nilum, quam per terram biduo diſtat. Superat vrbem Sala magnitudine non ſolum, verum etiam mercium copia. Confluunt ad vrbem hanc populi occidentis extremi, qui adductis conchiliis l) et aere* (نحاس) *auroſam arenam, et tibiarum armillas (vel metacarpia) commutant m).* Herbelotus hunc locum ita intellixit, ac ſi armillae iſtae ex arena illa conficerentur n). *Incolae huius vrbis et Salae veſtiuntur dora, piſcibus; iumenta vero quae ibi plurima ſunt, ſunt cameli et caprae.* Bakui de incolis habet o) ex parte eſſe eos Moslemos et ex parte Infideles. — Ex iis quae ſequuntur facile colliges itineratores, ad hanc vrbem excurrentes, incommodo obnoxios eſſe ingrato; ſcilicet *in quatuor, quinque, imo ſex dies, aquam ſecum portare coguntur.* (p. 7.).

Ab vrbibus Sala et Tocrur ad vrbem Segelmeſam iter 40 dierum, inceſſu carauannae; ab vrbe Tocrur ad Berîſam 12 ſtationum interuallum. Ex regione Lamtunae Sahdrae his proxima eſt vrbs Azcá (ازكي) *interuallo 25 ſtationum.*

b) Sala

جنوب quod Edriſius habet, vel جنوبي. Ibn al Vard. ſane في جنوبي النيل وغربيه legens, illis diligentia praeſtare videtur.

l) Edrisi habet بالصدف; Ibn al Vardi vero بالصوف *lana.*

m) Golio (col. 690) eſt الخدم *Metacarpium, ſeu compedis muliebris genus ex corio, cui aurum et argentum infixum.* Non diſplicet.

n) Sub voce *Tocrur*, Les Afriquains les plus occidentaux, apportent en cette ville du cuivre et des coquillages, et en rapportent, le Tibr. c. a. d. de la poudre d'or et des bracelets, qui *en ſont faits.*

o) "Ses habitans, ait (l. c.) ſont les uns Muſulmans, les autres „Infidèles; les premiers y dominent, et le roy eſt Muſulman."

b) *Sala* سلا et ſecundum Ibn al Vardium سلى, *eſt vrbs* (magna: Ibn al Vard.) *ſub ditione Regis Tocrur ad borealem Nili* (*Nigir*, ſecundum d'Anville l. c. et *Senega* ſecundum *Herbelotum*) *ripam ſita, admodum culta, mercium praeſtantiae cauſa* (p. 7) *ab Nigris frequentata. Qui eam incolunt fortes ſunt ac homines ſolertes.* Edriſio autoritatem ſuam addit Ibn al Vardius idem tradens *p*). *Diſtat Sala ab inſula Vlil 16 ſtationibus; ab vrbe Tocrur, ſiue per Nilum, ſiue itinere terreſtri, biduo.* Ceterum caueant lectores, ne vrbem hanc cum illa, quae ad oceanum atlanticum poſita eſt, Sala, confundant. — vid. Tocrur et ſupra, quae de terrae bonis diximus; et infra Sect. II. p. 1. *Azca.*

c) *Beriſa* بريسى; *q*) Abulfeda بريسا, *vrbs* (p. 8.) *parua, ſita ab oriente Nili et a ſeptentrione Terrae Lamlam; muris caret, ita vt oppidi ſit inſtar. Ciuibus eſt frequentata, qui mercaturae cauſa quoquouerſum oberrant. Sub imperio Tocruri ſunt.* "Saidides apud Abulfedam p. 31 vrbem" ait, "eſſe inter celeberrimas terrarum Tocrurenſium, in *ſeptentrionale* latere Nili Ganenſis على شمال نيل غانة. Panem ibi nullum reperiri, niſi parum quid apud principes," idem auctor eſt.

Beriſam inter (p. 9) *et vrbem Gana* (pergit Noſter) *quae ad orientem eius eſt, protenditur iter 12 dierum. Eadem eſt media in via quae ducit ad vrbem Salam et Tocrur. A Beriſa ad vrbem Tocrur habemus 12 ſtationes; tandem a Beriſa ad*

vrbem

p) Sala (ait Notices &c. p. 35), grande ville, ſituée ſur le Nil, où il y a un grand concours de peuples; ſes habitans ſont braves.

q) Mendoſe Clim. I. ſect. I. pag. 2. lin. 6. يتريسى ſcribitur.

vrbem Audagoſt, ſeptentrionem verſus, ſpatium intercedit 12 *ſtationum.* Vid. Lamlam. nro. 2.

d) *Mura* مرة vrbem, de qua (p. 7) ſcribit *eam quoque ad terram Mekzarae pertinere*, huc apponere liceat; ſed ex Edriſio nihil niſi nomen patet.

Quum minutiſſima quoque, quae ſpectant interiorem Africam vel Nigritarum regiones, quarum cognitionem perquam exiguam habemus, cupide arripienda ſint, neque a noſtro loco alienus admodum ſit praeſens regni ſtatus, tempore Edriſiano non ignobilis, licitum erit ex Niebuhrio r) annotare, ad hunc vsque diem vrbem Tocrur cum rege ſuo adhuc ſubſiſtere, ſed clientelae regis potentiſſimi *Afnu* ſubiectam. Ex eodem diſces vrbes *Andaua* et *Mara* (forte Edriſii *Mura?*) eodem pertinere. Num Andaua vrbs in locum Salae vel Beriſae ſucceſſerit, vel, num nomen eius ita fuerit deformatum (quod tamen vix putem, nulla, ne exigua quidem ſoni ſimilitudine intercedente), in medio relinquam. Coniicere quidem poſſes, Edriſii iam temporibus vrbem hanc extitiſſe, modo eſſet nomen eius ab Edriſio praetermiſſum.

II. *Terra Lamlam*, ارض لملم.

Prouincia Nigrorum, ſita a meridie vrbis Beriſae (p. 8), *a qua decem fere dierum ſpatio abeſt.*

1) *Limites* (p. 9). *Finitima eſt ab occaſu terrae Mekzarae s); ab ortu terrae Vankarae; a ſeptentrione, terrae Ganae; a meridie denique terrae deſertae.*

2) *In-*

r) l. c. p. 988. *Tokrur*, ait, iſt die Reſidenz eines Sultans, der aber ein Vaſall des Königs von *Afnu* iſt. Ihm gehören die Städte *Andava* und *Mara*.

s) Initio primae partis Climatis I. (verſ. p. 7.) inter vrbes ad terram Mekzaram pertinentes, vrbem quoque *Dau* (vid. paulo poſt) ...

2) *Incolae. Qui in terrae confinio degunt, perhibent,* referente Edriſio, *incolas eſſe Iudaeos* (يهود) t), *et plurimam partem* (p. 8) *Infideles* (vel male fidos, Cafros) *rudesque.*

Expoſita eſt haec gens vi et iniuriae vicinorum Beriſam, Salam, Tocrur, Ganamque u) incolentium, qui haud raro inopinantes adoriuntur, captiuosque abducunt ac mercatoribus eo venientibus diuendunt, in omnes fere terras diſtrahendos.

3) *Conſuetudines. Is apud omnes qui hanc terram incolunt obtinet mos, vt, qui ad pubertatem peruenerunt, inurantur nota in facie ac circa tempora, qua a ſe inuicem diſtinguantur.* — Iudaeis in Abeſſinia degentibus accepi hoc in vſu vel potius hanc conſuetu-

memorat Edriſius. Quum de vrbe Dau ita ſtatuat, idem ſtatuendum eſſe exiſtimo de vniuerſa terra, ita, vt quaſi vrbs pro terra poſita ſit; ſed ſi terra Lamlam contermina eſt terrae Mekzarae, num pars illius ſit, dubitari poteſt. Non tamen hic Mekzarae incolas terram hanc Lamlam i. e. ſuam, inuadere et quos rapiant homines diuendere (vid. paulo poſt) equidem confirmare auſim, ſiquidem in eadem terra habitare poſſunt nationes longe diuerſae. Sed forſan ita intelligi vult Edrisius, vrbem Dau, etſi ad terram Lamlam pertineat, nihilominus ſolo terrae Mekzarae impoſitam eſſe. vid. quae pagina ſequenti de lingua obſeruatum eſt. Ibn al Vardi tamen *vrbem* Lamlam in terra Magrara (Mekzara) ſitam eſſe perhibet. l. c. p. 35 vbi de vrbe Tocrur verba facit, addit: tout le reſte du pays de Maghrara ne conſiſte qu'en deſerts &c. Il eſt encore fait mention *d'une ville* appellée *Lamlam*, qui eſt dans les terres, et où l'on trouve de l'or.

t) Huc procul dubio ſpectat vetus ille rumuſculus, inter Afros decantatus, quem Dapperi verbis, qui auctoritate Kircheri fretus pag. 39. ita retulit, referamus: Etliche derſelben (de Iudaeis in Africa loquitur) ſind uralte Eingebohrne, und aus Abrahams Nachkommen entſproſſen, welche vor alten Zeiten die Länder auf beyden Seiten des Fluſſes Niger bevolkten.

u) Quod Edriſius h. l. Ganae incolis imputauit, idem tribuit Ibn al Vardi *Ganarae* ciuibus. Verba eius ita ſonant: Ses habitans (Ganarae), qui ſont braues, font de courſes dans le pays de Lamlam et y enlevent des hommes; qu'ils vendent aux etrangers.

ſuetudinem eſſe, quin et chriſtianis in eadem terra viuentibus *v*).

4) *Lingua longe in diuerſum abit ab ea, qua vtuntur finitimi Ganae et Mekzarae incolae.* Forte inde probari poſſit, terram Lamlam ad terram Mekzaram pertinere non poſſe.

5) *Vrbes.* (p. 8.) *Duae tantum in tota terra Lamlam eaeque paruae, oppidorum inſtar, reperiuntur;* et paulo poſt legimus; *omnem ipſorum regionem et vniuerſum dominium iuxta fluuium quendam protendi qui in Nilum ſe effundit.* In ſubſidium vocaſſe Edriſium Geographiam Ptolemaei, nemini non notum; diuergium ergo Nili, quod memorat Noſter, facile conuenit cum diuergio auſtrali cuius Ptolemaeus L. IV. mentionem facit. Id quod etiam D'Anvillio probatur in Commentatione de fluuiis Africae interioris. (vid. T. XXVI. Hiſt. d'Acad. paſſim.) — Nomina harum vrbium haec:

a) *Malel* ملل, *a qua* (p. 10) *ad Ganam via ducit 12 circiter ſtationum, per arenoſas aridasque planities.*

b) *Dau* دو, *a priore quatuor dierum ſpatio diremta.*

6)

v) Paulus Veneta ſcilicet Libr. III. cap. 43. p. 159, ſunt, ait, etiam illic multi Iudaei, qui ignito ferro in vtraque maxilla (al. mamilla) ſignati ſunt. Vid. Dapper p. 692. Die Knaben und Mägdlein der Abyſſinier, ait, werden im ſechſten Jahre noch einmahl getauft mit Feuer auf folgende Weiſe: Sie machen ein zweyſchneidiges ſcharfes Eiſen glühend, und brennen damit gemeiniglich auf den Hübel und Gipfel der Naſe zwey Mahlzeichen, und hiedurch werden ſie von den Mahometern, weil auch dieſe beſchnitten ſeyn, unterſchieden. Leone teſtante, p. 7. veniunt inde (ex Abyſſ.) religioſi quidam fratres, qui faciem habent igne ſignatam, videnturque per totam fere Europam et Romae potiſſimum. Abdelmoal apud Herbelotum idem narrat (nec in ceteris Edriſio diſſentit), ita vt dubium videri poſſit, annon Herbelotus, errore quodam deceptus, Abdelmoalis nomen loco Edriſii poſuerit?

6) Denique obſeruat Edriſius, *ignorari num vlla habitatio ſit trans terram Lamlam meridiem verſus.*

Huius terrae apud Leonem Africanum, vt videtur, nulla ſit mentio; tamen, ſi recte video, eam ſub nomine *Melli* deſcribit; nomen quod forſan in vrbe Edriſii Malel, retegitur. Subtiliter rem ſi tractare conarer, ex voce *Lamlam*, per mutationem et transpoſitionem *Melli* nomen exſculpere poſſem; non opus autem videtur, vt vis nominibus inferatur; ab vrbe enim capitali ſaepius petere ſolent Arabes totius terrae denominationem, et vice verſa *w*). — Ex ore tandem Abderrachman Aga refert Niebuhr *x*) quaedam de terra aliqua, *Iemiem* vocata. Licetne Lamlam et Iemiem pro vna eademque habere gente? Leuiter obſtat nominis diuerſitas; facillime enim fieri potuit, vt vel Niebuhrius, qui non Edriſium ſed Leonem cum Abderrachmani aſſertis comparauit, ſonum

 minus

w) Digna eſt obſeruatio, ad geographiam orientalem rite intelligendam, tam neceſſaria vt exemplis comprobetur; Vrbs Syriae Damaskus v. c. non ſolum دمشق audit, ſed etiam شام cognominatur. Vrbem capitalem Aegypti et Aegyptum ipſam ſub nomine مصر venire et in vulgus notiſſimum. Illuſtre quoque exemplum ex noſtro ipſo autore petere poſſumus; loquitur nimirum (pag. 176. Verſ. lat. Text. Ar. Cl. IV. ſect. II. pag. inde a ſectionis initio, ſexta) de vrbe capitali Panormi (بلرم) et eam compellat صقلية Siciliam. Male ergo SIONITA locum

والمياه بجميع جهات مدينة صقلية مخترقة

vertit: ex omnibus huius vrbis *Siculae* partibus aquae erumpunt. Sed ad rem reuertamur. Melli regnum, cum Lamlam forte conuenire, ex LEONE veriſimile. vid. ipſum p. 641. Melli regio, ait, extendit ſe ad *flumen quoddam, quod ex Nigro effluit &c.* Et paullo poſt: Reperitur in hoc reguo ampliſſimus quidam pagus, qui ſex millia, aut etiam plus familias continet, *Melli* appellant, vnde et regnum nomen habet &c. —

x) l. c. p. 981. In der Gegend von Andam, ait, im Königreich Bornu iſt eine Nation Heiden, *Jemjem* genannt, die ſpitze Zähne haben, für bösartig und für Menſchenfreſſer gehalten werden.

minus recte exciperet, vel, quod potius arbitrer, vt is, qui narrabat, aut male efferret, aut omnino ex inſcitia ita nomen vocaret. —

III. *Audagoſt*, (p. 39) اودغست.

De Abulfedae pronuntiandi ratione vid. quae ſcripſimus in Eichhorn Bibl. l. c. p. 584.

* In prima Climatis ſecundi parte de vrbe hac Edriſius agit; pauca autem ſunt, quae de illa tradit. *Vrbs eſt*, ait, *parua, in deſerto* (صحرا) *aqua carenti* (vel p. 9 *ad latus ſeptentrionale vrbis Beriſae*) *ſita, a Gana vrbe 12; totidem ab vrbe Beriſa ab vrbibus Vareclan 31; a Germa fere 25 ſtationibus; ab inſula Vlil vbi ſalina*, de qua paullo ante diſputauimus, *autem menſis itinere diſtans.* Abulfeda, qui in Tabula Magreb eam deſcribit, multo diligentior Edriſio eſt. Ibn Said apud eundem deſertum hoc in vrbis occidentem ponit, *Iaſr* compellat *y*) et aquis et paſcuis carere teſtatur.

* Procul dubio Edriſii Audagoſt ciuitas *Agades* Leonis p. 650 et *Agàdez* Marmolii *z*) eſt.

Autor libri *Kanun* apud Abulfedam ad Nigritarum terram eam refert. Ex Edriſio ſane euincitur eam non longe eſſe diſſitam ab hac terra; imo et eam ad ditionem Ganae pertinere. Ait enim "In hac ſectione continetur pars ſeptentrionalis ارض غانة (terrae Ganae); nunc addit" وفيها "(et *in illa*) vrbs Audagoſt, quae eſt vrbs parua." Sionita vertit: *item*

y) pag. 18 عربي هذه المدينة صحرا اليسر, i. e. in occidente huius vrbis eſt deſertum *Jasr*. Edriſius noſter, quantum ex Cod. Pariſ. perſpicio, hoc idem deſertum *Nasr* (دون قبل اليا *Nun pro Ie*) compellat. Vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 584.

z) T. III. 66. Adde Dapper p. 331.

item ciuitas &c. ita vt ſuffixum ad جير referat. — Gatterer l. c. Ciuitatem *Agades* ad terram Nigrorum refert.

IV. *Terra Gana*, ارض غانة.

1) *Limites. Contermina eſt Gana, Nigritarum prouincia longe ſplendidiſſima, ex parte occidentali regionibus Mekzarae a); ex parte orientali regionibus Vankarae b); a ſeptentrione deſerto, inter Nigrorum et Barbarorum terras interiecto; a meridie tandem ditionibus Cafrorum* (i. e. qui Mahommedis religioni non ſunt addicti) *uti ſunt incolae Lamlam aliique* (p. 11).

2) *Fluuius*, ſecundum Edriſium, ceterosque quos vidi Arabes, *Nilus*, ſecundum d'Anvillium vero Nigir Ptolem; hod. *Guin* vel *Iſa.*

3) *Lacus. Vrbem Gana ſitam eſſe ad lacum dulcem*, Edriſius eſt auctor, cuius in partes etiam Abdelmoal, Geographus Perſa, deſcendit *c*).

4) *Terrae bona* diſerte Edriſius non memorat, quamquam ex deſcriptione vrbis Ganae, et regis apparatu ſplendido, varia eſſe debere facile coniicias. Ibn al Vardi et Abulfeda *d*) tradunt, magnam auri vim ibi reperiri, quod cum in vicinio quo-

 que

a) Ibn al Vardi l. c. p. 37. Gana, inquit, pays ſitué *au Nord* de Maghrara.

b) Bakui l. c. p. 404. Gana, inquit, grande ville, dans la partie meridionale du Magrab, proche le pays de Tibr (Vankara).

c) Vid. Herbelot. ſub voce *Ganah.* Abdelmoal, ait, et Edriſſ la placent entre les villes du premier Climat et diſent qu'il y a auprès de Ganah un lac d'eau douce. Gatterer pag. 636 ait, Reſidenz *Ghana*, an dem gröſten Steppenſee Nigritiens, der ſüſſes Waſſer hat.

d) Ibn al Vardi l. c. . . . l'or, ait, qu'on la trouve ſur la terre. Abulfeda pag. 31 Mercatores, ait, inde nihil aliud quam الذهب الاحمر *aurum fuluum* petunt.

que locum habeat, haud difficulter illi largiamur. Bakui *e*) idem docet, licet verba eius etiam ita interpretari poſſes, quaſi hoc aurum ex vicinis locis ſibi compararet, non autem vt in terra ipſa productum. Sed Ibn al Vardi dubium non relinquit.

5) De *Mercatura* et *hominum induſtria* infra diſputandi locus erit.

6) *Rex.* Nemo Edriſio diſertior in deſcribendis moribus etc. huius regis eſt; in nonnullis auctoritas Ibn al Vardii ei ſuccurrit. *Rex huius terrae, ait Noſter, abſolutum imperium gerit, licet obſequens ſit Emiro Moslemorum Abaſſeo* (العباسي). *Originem eum trahere ferunt a Saleh f) Ben Abdalla, Ben Haſan, Ben Haſain, Ben Ali, Ben Abi Taleb. Eſt rex omnium iuſtiſſimus g).* Qua ex familia, vt princeps hic reperiatur, d'Anvillio *h*) probatur.

7)

e) l. c. Il y a, ait, beaucoup d'or, parce qu'elle eſt voiſine des mines. — HERBELOTUS ſub voce *Ganah*, "Il y a, inquit, aux „environs de cette ville pluſieurs mines d'or, eſtimé plus pur et „plus fin que celuy, qui ſe rencontre dans les autres mines; mais „celuy des rivières le ſurpaſſe encore en bonte." Vnde hoc deſumſerit, me fugit. Forſan ex Geographo Perſa.

f) pag. 10. صالح بن عبد اللاابن الحسن بن الحسين ين علي بن ابي طالب Abulfeda idem fere habet, forſan ex Noſtro: p. 30 وبمدينة غانه محل سلطان بلاد غانه ويدعي انه من نسل الحسن بن علي

g) Exempla verbis fidem facit (p. 11), quod, quum non ad Geographiam ſed ad Hiſtoriam pertineat, putaui in notis locum ei deberi. — *Nobiles eius ac duces*, ait, *equis vecti, tympanizantes quolibet mane ad palatium regium ſe conuertunt, eumque comitantes per vrbis vias et ſuburbia equitant. Cuilibet ciuium permiſſum eſt coram rege quae cordi curaeque habet, ſiue iniuriam acceptam, ſiue calamitatem quamcunque libere profiteri, et confidere fore, vt a facie regis non recedat, niſi lite diremta. Sed quum horis poſtmeridianis cum comitatu principum et militum equitare denuo ſolet, tum vero eum accedere nefas.*

h) Verba eius l. c. p. 72. En effèt, pluſieurs de Fatemides, pour ſe ſouſtraire au glaive des Khalifes de la maiſon d'Ommiah, s'etant retirés dans le fond d'Afrique, y formérent différents Etats.

7) *Veſtitus &c. Regis.* *Cingit corpus tegumento ſindonis ſericae, aut amicit ſe borda i); induit femoralia; geſtat calceos corrigiatos* (p. 11); *inuehitur equo; ornamenta habet pulchra, ornatum perfectum, qui feſtis diebus ante eum portatur. Multas legiones ſub vno vexillo habet k). Ceterum praecedunt eum elephantes, camelopardales aliaque ſimilia animalia, quae in deſertis terrae Nigrorum reperiuntur.*

Populus cingit ſe tegumentis vt pudenda aduelet; tum et amiculis, prout quisque poteſt.

Abulfeda et Ibn al Vardi nihil de veſtitu monent; Bakui, qui paucis, quae tamen ab Edriſio differunt, veſtitus mentionem infert, affirmat l. c., incolas huius terrae maxima ex parte tigridum pellibus ſe amicire.

8) *Vrbes.*

Gana غانة. Ptolem. (p. 199) Νίγειρα. (Leonis et Marmolii *Cano?*) *Sita eſt vrbs Gana* (p. 10), *in Nigritarum terris facile maxima, populoſiſſima mercibusque affluentiſſima, ad oras lacus dulcis. Duas quaſi vrbes tibi cogites, lacu inuicem diremtas.* Ibn al Vardi vero, Ibn Said apud Abulfedam et Herbelotus Nilum eſſe, qui vrbem hanc in duas partes diuellat, contendunt l).

Incolae

i) بردة veſtis nigrae et quadratae genus fere eadem, ſed minori forma Arabibus vſitatum.

k) In libro eſt وله بنود كثيرة وراية احدة Sionita idem cogitauit, credo, vertens: habet praeterea ſigna plurima ſub vno vexillo. IBN AL VARDI verſioni noſtrae non auerſatur, le roi, inquiens, a des nombreuſes armées.

l) IBN AL VARDI l. c. Gana, ait, eſt une de plus grandes villes du pays de Noirs: elle eſt diviſée en deux parties ſur les deux bords du Nil. ABULFEDA p. 31. وغانة على صفتي نيلها, i. e. ſita eſt Gana ad vtramque Nili eius ripam. HERBELOTUS ſub voce *Gana* . . . ſituée, ait, entre le premier climat et la ligne

Incolae huius vrbis, teſte Edriſio, *Moslemi ſunt.* Abulfeda contra vnam vrbis geminae partem a Moslemis, alteram a Cafris (i. e. qui Islamiſmum non profitentur) coli perhibet *m*). Herbelotus (vid. not. *l*) diligentius adhuc diſtinxit.

Incolas huius vrbis (p. 11) narrat Edriſius, *cymbis validiſſimae ſtructurae in Nilo vehi, idque eo conſilio, partim vt piſcaturae vacarent, partim vt mutuum commercium inter vrbes alerent n*).

Ceterum mirum in modum laudat (p. 10) *arcem regiam anno* 510 (p. C. 1116–17) *exſtructam ad Nili ripam, ſolidam, propter firmam ſtructuram, item domos caelaturis variis ac picturis, quin et feneſtris vitreis* (شمسيات لزجاج) *ornatas. Quod vero maximam regi apud omnes Nigros gloriam et ſplendorem conciliat, eſt, quod in laudatis aedibus conſpicitur pondus auri natiui* 30 *librarum* (rotolorum), *regis throno aptatum o*). *Soli huic regi conceſſum hoc eſſe* perhibet Edriſius.

Agnoſce ex hoc loco ſolertiam autoris noſtri. Poſſe ſane tantum auri pondus ibi reperiri propter vicinium, nemo dubitat; ait enim confine eſſe regnum Ganae terrae auri puri (i. e. Vankarae); deinde narrat quae de hac maſſa compertus eſt; denique re diligentius explorata *idem et Vareclanitarum autoritate* confirmat. — *Ad vrbem hanc, mercibus*

ligne equinoctiale ſur une rivière ſemblable au Nil d'Egypte, qui le ſepare en deux parties presqu' égales: la partie ſeptentrionale eſt habitée par des Mohametans: mais la partie méridionale n'eſt peuplée, que de Cafres.

m) l. c. وغانة مدينتان احداهما يسكنها لمسلمون والاخري لكفار

n) Ibn al Vardi p. 37 Edriſii dictum in genere breuiter ita confirmat "ſes habitans, ait, ont ſur le Nil des bateaux."

o) Idem, forſan ex Edriſio, narrat Ibn al Vardi l. c. modo paucioribus verbis; Son palais, ait, eſt ſur le Nil, et l'on y voit un morceau d'or naturel, qui eſt gros comme un rocher.

cibus abundantem confluere, ait Edriſius, *non ſolum mercatores celebres ex circumiectis regionibus, ſed et inde ab extremis occidentis partibus;* neque de ea re dubium. Pag. 7 loquitur *de aquae inopia et de introitu in terram Nigrorum Benſer* بنسر. *qui locus in via eſt a Segelmeſa Ganam ducente.* Iter per deſerta haec admodum eſſe moleſtum, conſtat: de quo tamen, quae habet Edriſius (p. 7) tribus verbis liceat referre. *Haud raro accidere*, ait, *vt per loca penitus inculta migrandum ſit peregrinatoribus, vbi aqua, ſi qua reperitur, admodum rara eſt, adeo, vt paucos tantum in dies ea frui poſſint. In introitu ante memorato, cui multi ſimiles ſunt, intra dies* 14, ait, *nullam videri aquam; quare neceſſe eſſe, vt in vaſis aquam ſecum deferant, quae Camelorum humeris imponantur.* — Idem cum Edriſio noſtro ſentiunt Ibn al Vardi et Abulfeda *p*), modo in itineris menſura abludentes *q*). Iidem quoque memorant, quae ab his mercatoribus inde exportantur, in vno tantum auro conſentientes. Edriſius vbi terram Lamlam deſcribit, obſeruat quoque *a Ganenſibus iſtius terrae incolas e patria ſede rapi et diuendi.* De iis denique, quae importantur Edriſii ſilentium ſupplet Ibn al Vardi. "On y porte, ait, des figues, du ſel,

p) Tous les marchands (ait Ibn al Vardi l. c.) des autres contrées s'y rendent, pour y avoir de l'or, qu'on le trouve ſur la terre. Ceux de Ségelmeſſe y vont en douze jours, à travers des déſerts, ou il n'y a point d'eau. ABULFEDA p. 30 تسير التجار المغاربة ait, والي غانه من سجلماسه في بر مقفر ومفاوز عظيمة نحو خمسين يوما i. e. Ad Ganam contendunt mercatores occidentales Segelmeſini, per continentem, rebus omnibus inopem, et deſerta vaſta, verſus auſtrum Occidentis (aut Africae) ſita 50 feré dierum itinere vnde aurum petunt. Cf. Marmol. Tom. III. p. 44 ſqq.

q) Putem tamen EDRISIUM et IBN AL VARDIUM non de diſtantia, quae vrbes Gana et Segelmeſa intercedit, ſed tantum de via per deſertum hoc vaſtum ſermonem inſtituiſſe.

ſel, du cuivre, de l'ovada." — Infra per *aquas ſuaveolentes* explicare tentaui vocem *ouada*, neſcio an huc quadret ſignificatio eadem. —

Sunt vero plures vrbes ſub ditione Regis Ganenſis vti *Ganara*; *Ragbil* etc. quas infra, vbi terrae Vankarae delineationem ex Edriſio exhibebimus, deſcribemus. vid. ſupra p. 40. Num forſan huc apponere debuiſſem, dubius haereo. vid. Vankara.

Nolite autem dubitare, quin Edriſius de terra hac plura cognita habuerit. Initio enim Climatis ſecundi prima ſectione p. 39 expreſſis verbis, *ſub Climatis iſtius ſecundi prima ſectione contineri ſeptentrionalem Ganae partem* ait, de qua tamen, ſi euoluis librum, nihil prorſus inuenis: atque omnino ſectiones priores Climatis praedicti (i. e. ſect. prima et tertia, ſecunda enim deeſt) ita conciſae ſunt ac fere dixerim ieiunae, vt nihil fere quicquam niſi nomina exhibeant.

Iam locorum diſtantias videamus. *Ab vrbe Gana* (p. 9) *ad primos limites terrae Vankarae, iter 8 dierum. Ab vrbe Malel diſtat Gana circiter 12 ſtationibus; totidem ab vrbe Audagoſt* (pag. 39); *a Cauga menſis itinere cum dimidio fere.* vid. Malel, Beriſa, Tirca.

Ceterum procul dubio Gana eſt Leonis et Marmolii *r*) *Cano* regnum. Diſtantia quidem a Nigro flumine, quam Leo ponit *s*), non congruit; ſed quae de terrae bonis *t*) enumerat, quae de incolis ; deque

r) Leo p. 651., Marmol T. III. p. 66. cf. Gatterer l. c. p. 636.

s) l. c. *Cano* prouincia ampliſſima, ait, diſtat a flumine Nigro in quingenteſimo fere miliario.

t) l. c. Naſcitur, ait, hic ſatis bona frumenti, oryzae atque goſſypii copia, et p. 652 prouenit in (iis) nemoribus ſatis bona malorum citreorum atque limonum ſylueſtrium copia &c.

deque illorum rege *u*) tradit, magis conueniunt. Lectis Marmolii aſſertis, dubium relinquitur nullum *v*). De hodierno regni huius, tam clari tempore Arabum, nihil habeo quod referam. Veritati non omnino repugnat, ſi cum viro doctiſſimo de Guignes contendamus, Tombuti reges ſenſim ſenſimque ſibi ſubieciſſe regum Ganenſium prouincias *w*).

V. *Terra Vànkara.*

1) *Nomen* huius prouinciae. Scribitur ونقاره; mendoſe p. 39. Clim. II. ſect. I. p. 1. lin. vltima وتقاره, Ibn al Vardi *x*) effert ونقره; de Guignes, forſan, quia MSStorum ſcriptura non lucida fuit, in nota addit: *ou* Ouabtara, *ou* Ouanfara. Venit haec terra etiam apud autorem noſtrum ſub nomine بلاذ التبر (i. e. auri, quod in arena reperitur, vel auri puri, natiui, et pag. 39 legimus وتقاره التبر. Bakui *y*) abſolute eam vocat بلاد التبر *z*) Gatterer l. c. p. 637. (ed. II. p. 642) *Wangara* effert.

2)

u) p. 652. Inhabitatores, ait, ſunt Mercatores ditiſſimi, ciuilitatis amantiſſimi. Illorum Rex fuit quondam potentiſſimus, maximoque equitum numero munitiſſimus &c.

v) Verba eius haec ſunt: "C'eſt, une grande prouince du çoſté du „Niger, à cent ſoixante et dix lieuës d'Agadez (Edriſi 12 ſtation) „du coſte du Levant." Terrae bonis enumeratis pergit: "au „milieu de la province eſt la ville de *Cano*, fermée d'une muraille „de bois et de terre &c.; il y a quelque police dans la ville, ou „ſont pluſieurs marchans, et artiſans et le Seigneur eſtoit autre„fois fort puiſſant et avoit une belle Cour" &c. &c.

w) Vid. *Repoſitorium* l. c. p. 430.

x) Notices &c. T. II. p. 36.

y) Notices &c. T. II. p. 393.

z) Ita quoque HERBELOTUS ſ. v. *Vancarah:* Ce pays eſt proprement ce que les Arabes apellent Belad altebr, le Pays de l'or, qui ſe trouve dans les fables.

2) *Situs huius terrae* (p. 11). *Sita eſt in confinio Ganae orientem verſus* [*ab vrbe Gana* (p. 9) *ad primos limites terrae Vankarae eſt iter* 8 *dierum*]. *Terra Lamlam in eius occidente eſt. Nilus ambit hanc terram;* hinc Arabes, et in his etiam Edriſius noſter, more inter eos vulgato, eam eſſe *inſulam* contendunt. Ibn al Vardi ſitam eſſe ait ab oriente Maghrarae (Mekzarae) inſulae vel peninſulae inſtar in littore maris magni *a*). Tribus tantum partibus idem a Nilo ambiri perhibet *b*). Bakui tandem l. c. *terram althebr*, partem Nigritiae, in meridie Africae ſitam eſſe, refert.

3) *Longitudo huius terrae eſt* 300 *miliarium; latitudo* 150; ad verbum Edriſio conuenit Ibn al Vardi l. c.

4) *Terrae prouentus.* Vbicunque mentionem Vankarae iniicit Noſter, *auri copiam atque praeſtantiam huius terrae celebrat* (p. 11) *c*). *Terra regis Ganae*, inquit, *confi-*

a) Arabes ſolere omnes fluuios magnos maris nomine compellare, res eſt nemini non nota. Vid. ſupra p. 30.

b) GATTERER l. c. Das Land Wangara, ait, in und bey der groſsen Fluſsinſel, die der getheilte Fluſs Guin macht, an deſſen weſtlichem Arme die feſte Stadt Ghanara liegt.

c) Primus hic eſt locus qui de auri copia verbis expreſſis exponit. (Obiter expoſuit ſupra p. 34.) Africae prouincias quasdam auro abundare ac vix nonnullis Americae regionibus, ob auri praeſtantiam copiamque claris, cedere, communis omnium Arabum conſenſus facile demonſtrat. Arabes autem vni cuidam forſitan qui olim aliquando de aurifodinis Africae praeſtantiſſimis referret, temere omnes aſſentiiſſe, ac tali conclamatione conſenſum iſtum produxiſſe, nemo nobis obiiciet, niſi qui vel nimia dubitandi libidine ardet, vel ſcripta ac teſtimonia recentiorum non nouit. Sufficiat ex multis, quae in ſchedis habeo, teſtimoniis, ad effata comprobanda, vnicum tantum in medium attuliſſe. Extat illud in *Repoſitor.* l. c. p. 428 vbi DE LA LANDE: Herr David, welcher Gouverneur zu Senegal war, und die Mienen von Bambouck 1744 beſuchte — iſt überzeugt, daſs man aus Bambouck 100 Millionen Goldes in wenigen Jahren erhalten werde. Pondus ſane ſtupendum! — Nec tamen ſolas Nigritarum regiones ob auri copiam inſigniuerunt Arabes (IBN AL VARDI enim de aurifodinis terrae Tocrur, Lamlam, Cucu &c. quoque loquitur); commemorant etiam venas Alalaki montis, imo adeo tractum quen-

confinis eſt terrae Vankarae auri puri, quod apud illos copioſum eſt atque praeſtans. Pag. 11. 12. vbi ſingularem huius prouinciae exhibet deſcriptionem, cum laude *auri puri initium facit;* ſimul autem, qua ratione id requirant inhabitatores exponit. *Menſe Auguſto,* ait, *vbi aeſtus feruet, inundat Nilus et obruit aqua vel totam hanc inſulam, vel maiorem ſaltem eius partem, cuius rei cauſa incolae ſe inde recipiunt. Decreſcente vero Nilo, ac nondum penitus in alueum collecto, inſulani nigri iterum conuolant, quisque in locum ſuum, ac omne tempus, dum decreſcit Nilus, in eo conſumunt; vt terram effodiant, quo facto quisque, quod ex Dei gratia illi conceditur, plus minusue auri recipit. Omni autem Nilo in alueum regreſſo, conueniunt vendentes quod repererunt et inter ſe mercantes. Maximam autem huius auri partem emtionis iure recipiunt Vareclanitae et occidentis extremi homines, et ex illo domum reportato d) nummos* (Ducatos دنانير) *cudunt, quibus mercantur. Id quotannis fieri ſolet.* Egregie cum Edriſii narratione conſpirant Ibn al Vardi et Bakui *e*), multo tamen breuiores ſunt. Quae

quendam, ab auro, quod ibi lucratur, ipſo, denominatum (vid. infra Deſcriptt. Bogae et Sofalae). Bene igitur ſe habent, quae DE GUIGNES autoritate Arabum ductus nuper admodum retulit (vid. Repoſitor. l. c. p. 440 ſq.): Dieſe Gruben verbreiten ſich vom Niger, obgleich nicht zuſammenhängend, gegen Süden Weſtwärts von Zanguebar bis nach Sofala &c.

d) HERBELOTUS hunc locum aliter intellexit, ſed non arridet verſio ejus, quae ita ſe habet: 'Les habitans de Vaucarah *portent cet or à vendre* dans le Pays de Varkelan (Vareklan) et de Magrab alacſa.

e) IBN AL VARDI l. c. Le Nil, ait, dans ſon debordement, couvre la plus grande partie de ce pays; lorsqu' il eſt retiré, les habitans vont chercher l'or, (car c'eſt le pais de l'or) qu'ils ramaſſent, et qui les rend três riches. — BAKUI l. c. On y voit, ait, l'or ſortir du ſable, comme ailleurs les plantes ſortent de terre.

Quae porro Abderrachman Aga Niebuhrio *f*) narrauit, adeo congruunt, vt ex Edriſio deſumta ea putes. Quod ille Africanus addit, demum ſoluto pretio magno licere aurum congerere, Edriſius forſan neſciuit, vel ſuo tempore cuilibet gratis permiſſum erat. Ibn al Vardi vero, ſi recte video, indulgentiam hanc iam circumſcribere videtur *g*).

At ſi quaeris, quaenam tandem merces ſint, quas auro permutent Vankarae incolae, Edriſius ſane nihil habet; praeter nomen mercatorum qui Nigros adeunt aurum petentes. Ibn al Vardi Segelmeſam reportari aurum docet et ibi in nummos conflari *h*). Bakui pluribus de mutuo commercio inter Segelmeſae mercatores et Nigritas loquitur, idemque de ratione, qua mercatura iſta tranſigitur, copioſe exponit *i*).

5) *Fluuius. Nilus Nigrorum; Niger* d'Anvillii.

6) *Lacus. Tres lacus, vno quidem eodemque nomine lacus dulcis* (بحر الحلو) *inſigniti, diuerſi tamen, occurrunt in hac terra, quorum vnus vrbem Semegonda alluit; alteri vrbs Ragbil adiacet* [inque quibus ſecundum D'Anvillium (l. c. Tom. XXVI. p. 68.) Niger

f) l. c., p. 986. Das vornehmſte Product, inquit, dieſer Länder iſt Gold. Der Grund, wo dieſes Metall geſammelt wird, gehört dem Landesherrn, und diejenigen, die es ſuchen wollen, müſſen die Erlaubniſs dazu theuer bezahlen. Das Gold aber wird nur in gewiſſen Monaten (vermuthlich nach der Regenzeit) gleichſam geerndtet &c.

g) l. c. Le roy du pays, ait, poſſede un canton particulier dans lequel il n'entre que ſes gens, qui vont le ramaſſer.

h) l. c. cet or eſt porté a Segelmeſſe, où on en fabrique des monnoies, commerce, qui enrichit beaucoup les habitans de cette ville. Vere itaque ſcripſit DE GUIGNES (Repoſitor, p. 437): Sie (vrbs Segelm. durante Edriſitarum imperio) war voll von Arbeitern aller Art, beſonders ſolchen die Goldmünzen prägten, welche ſich von da über alle Mohammedaniſche Länder verbreiteten.

i) l. c. Idem, quod EDRISIUS plane ſilentio praetermittit, de veſtitu quoque et victu l. c. verba facit.

Niger perit]; *Cauga tandem vrbs poſita eſt ad ripam tertii* (Nuba palus vel Bahr el Azrak in mappa D'Anvillii). Bene itaque Leo p. 658: Gaogae regnum in meridie deſerto cuidam adiacet, quod *ad Nili gyrum quendam* ſitum eſt etc.

7) *Vrbes. Vrbes habet Vankarae terra quaem plures k); ſed ſunt ſub ditione Regis Ganae l);* id verbis expreſſis in Climatis primi ſectionis ſecundae fine innuit Edriſius. Verba eius haec: وجملة هذه البلاد ذكرناها هي في طاعة صاحب غانا i. e. *memoratae vrbes vero omnes ſub themate principis Ganae ſunt.* Vrbium vero paullo ante memoratarum nomina haec: *Tirki; Maraſa; Sekmara; Semegonda; Ragbil* et *Ganara.* Sigillatim nunc eas deſcribemus.

Tirki (l. *Tirka*), تيرقة, *vrbs eſt magna et multo populo culta. Hinc Ganam petens, Nilum ſequere, confecto 6 dierum itinere eo peruenies m). Item, a Tirki ad*

Nebrina, نبرينة, *vrbem* (p. 39) *interuallum 17 ſtationum.* Cui regioni vrbem hanc adſcribam in incertis habeo; ſcilicet in catalogo vrbium ad regionem hanc pertinentium, vt vidimus, nomen eius non legitur; tum nimia etiam di-

 ſtantia

k) Conſentit IBN AL VARDI l. c. elle (contrée) eſt grande, et *il y a plusieurs villes*, entr' autres une qui porte le même nom. EDRISIUS noſter nihil de *vrbe Vankara* tradidit.

l) HERBELOTUS v. *Vancarah:* Ce pays a pour villes principales, Tirca à ſix journées de Ganah en deſcendant le Niger, Maraſſa, Socmara, Samghenda, Ragbil et Ganarah, *lesquelles dépendent toutes du Roy de Ganah.* Idem v. *Ganarah:* Ganarah, inquit, *qui eſt dépendences de Ganah,* et qui obeit à ſon Roy. HERBELOTI verſionem i. e. EDRISII aſſertum comprobant (melius forte: *repetunt*) et alii Arabes; vid. *Repoſitor.* p. 439, ybi DE GUIGNES: Hier lag gegen Weſten hin das Reich Gana, *unter deſſen* Herrſchaft mehrere kleine Königreiche ſtanden.

m) GATTERER l. c. p. 642: Das Land *Segſeg*, wozu vermuthlich die Stadt Tirca am Guin gehört. Edriſi rechnet ſie zu Wankara.

ſtantia ab vrbe Tirki diſſita [illegible] Forte ad terram Zagara pertinet.

Maraſa, مراسة, *vrbs*, *6 diebus a Tirki diſtans. A Maraſa ad*

Sekmara, سكمارة, *vrbem*, *6 ſtationum iter n) Hinc ad*

Semegonda, سمغندة o) *vrbem*, *interuallum 8 dierum. Eſt vrbs ſuauis elegansque ad ripam maris* (lacus) *dulcis poſita, a qua ad Caugam iter* 10 *dierum et ad*

Ragbil,

n) Herbelotus v. *Maraſſa* pronuntiat *Sukmara*. — 'Abſoluta regionis Vankarae deſcriptione de vrbe *Samkara* سمقرة; tum de vrbe *Ganara* loquitur Ibn al Vardi l. c. Ex loco itaque, quo ille in ſua tabula eam poſuit, conücere poſſes eſſe eandem cum *Sekmara Edriſii*, trauſpoſito tamen duarum literarum ordine. Quae de illa habet, adſcribere liceat: "*Samkara*, ville au milieu des terres (Nigrorum? vel Vankarae? perperam; verſio enim verior: *vrbs mediocris* مدينة متوسطة (وفي) au Nord de laquelle habitent des peuples nommés *Ghama* (vid. infra, vbi de *regione* Begama nobis ſermo erit)." Forte legendum سمفرة *Samfara?* vid. not. ſequ.

o) Sionita reddit *Semagda*, at paullo poſt p. 13. *Semegonda*. Herbelotus quoque, neſcio quo duce, vel quam ob cauſam, de vna eademque vrbe hac ſcribit ſ. v. v. *Sagmandah* et *Samaghenda* et ſub voce *Vancara* effert *Samghenda*. — Excerptum ex *Cod. Bodl* ſupra exhibitum, in vrbis Caugae deſcriptione pro سمغندة offert سمفرة *Samfara*. Num autem h. l. etjam pro *Semegonda* legendum ſit *Samfara*, decidere non audeo. Forte *Semegonda* h. l. bene ſe habet, ac omnino vrbs huius nominis vel extitit, vel, quod tamen me prorſus latet, et hodie adhuc exiſtit; ſcripſit autem Edrisius de alia quoque vrbe, *Sanfara* nomine, quam Epitomator deinde, de vrbe *Semegonda* multa exſcribens, non ſolum omnino ſilentio praetermiſit, imo et alio loco, per feſtinationem forſitan loco *Samfara* denuo ſcripſit *Semegonda*. De probitate autem lectionis *Samfara*, infra in deſcriptione vrbis Cauga obuiam facientis, non dubito et cum Leonis *Zanfara* regione, de qua p. 654 nonnulla exhibet, conferre audeo. (Confer, ſi placet, cum Leonis deſcriptione, quae de terra hac audiuit Einsiedel apud Cuhn III, 439.

Ragbil, رغبيل *p*) *interuallum* 9 *dierum*. Sita eſt haec vrbs ad lacum dulcem (vid. ſupra) *ad montis pedem, qui illi imminet ex parte meridionali*. Montem hunc eſſe *Thala* Ptolemaei D'Anvillius (in Mémoir. conc. les fl., de l'int. de l'Afr. l. c. Tom. XXVI.) pag. 68. 72. ſuſpicatur. *Vrbs eſt elegans ac magno circuitu; ab vrbe Sekmara, meridiem verſus diſtat 6 dierum ſpatio q*).

Ganara, غنارة, *vrbs eſt ad Nili ripam ſita, vallo munita ac populo forti r*) *culta; ab vrbe Gana diſtat* 11 *ſtationibus per viam aridam et aqua carentem. Ragbil inter et Ganara occidentem verſus* 11 *ſtationum intercapedo.*

Cauga كوغة *s*) *vrbs* (p. 13), *quam nonnulli Nigrorum Terrae Canem adſcribunt, ex ſententia Edriſii ad Vankarae regionem pertinet. Sita eſt ſeptentrionem*

 verſus

p) Bis occurrit غربيل *Garbil* ſcriptum; ſcilicet Clim. I. ſect. II. p. 4. l. 16. et initio ſecundae ſectionis; lectio alterutra, ex transpoſitione literarum orta, mendoſa; quae verior, equidem neſcio. SIONITA ſemper *Ragbil* ſcribit.

q) HERBELOTUS, quod tamen facile fieri potuit in tam vaſti operis compilatione h. l. non admodum planus eſt. Vt eum intelligas, euoluendae erunt voces *Ragbil*, *Vancara* et *Sagmandah*.

r) Fere cum autore noſtro concordat IBN AL VARDIUS l. c. Ville, inquiens, ſituée ſur le bord du Nil environnée d'un foſſe (Edr. خندق دائر) rempli d'eau. Sed in his, quae ſequuntur quodammodo diſſentit, vti iam ſupra in deſcriptione Terrae Lamlam adnotauimus; ſes habitans, *qui ſont braves*, font des courſes dans le pays de Lamlam. — Oblitus pene eram de varietate lectionis pauca addere. Scil. Initio Climatis ſecundi lin. 3. mendoſe, credo, غبرة *Gabara* exaratum eſt. IBN AL VARDI غنيرة *Gainara* effert et DE GUIGNES in nota adiecit ou *Ghabnara* (q. e. غبنرة); haec forſan quia MSſ. lectu non perſpicua fuerunt.

s) Vrbem hanc fortaſſis non male cum LEONIS *Gaoga* (p. 658) comparaueris; ſitus et nomen conueniunt. MARMOLIUS T. III. p. 71 idem de *Gaogao* tradit. Male *Koukou* cum *Gaoga* confert nota apud CUHN III, 438.

verſus ad lacum dulcem t), qui ciuibus eius potum praebet. Vrbs eſt muris deſtituta; at populoſa; mercaturam exercet; opiſices habet atque artifices, ea parantes, quibus opus eſt incolis. Mulieres huius vrbis dicuntur incantamentis mira praeſtare, tantamque earum his in rebus eſſe ſcientiam vt celeberrimarum et potentiſſimarum artificum famam ſint conſecutae. A Cauga ad Semegondam u) occidentem verſus intercedit ſpatium 10 *dierum; ad Gana fere iter menſis cum dimidio; ad Daniokla* (Damkala?) *menſis iter; ad Schabia* (Schama?) *iter menſis quoque; ad Cucu tandem ſeptentrionem verſus* 20 *ſtat. ſecundum inceſſum camelorum.*

In deſcriptione vrbis huius, vt vidimus, memorantur vrbes شابية *Schabia* (Sionita: *Sabia*) et دمنقلة *Damokla.* In prima libri huius editione, quonam illas referrem incertus, appoſui tamen, nouas adeo vrbes ratus huc vsque nobis incognitas; effecerunt autem, vt mentem meam mutarem ſpecimen ex Cod. Bodl. ſupra exhibitum et Schultenſii Index geographicus. Ex Codice ſcilicet laudato didici pro شابية Edriſium forſan شامة *Schama* ſcripſiſſe (*Schama* ſaltem h. l. offert Cod.); iam occurrit vrbs *Schama* nomine, a Noſtro vt metropolis Terrae Zagarae deſcripta, et hanc eandem, putem et h. l. in animo habuiſſe Edriſium. Conieci quidem olim pro شابية legendum eſſe نوابية, et quidem ob mutationem nominis Damoklae in *Damkala* (de qua ſtatim ſermo erit); ſed reieci coniecturam, Codicis enim lectio perplacet. — Iam quod ad alteram vrbem attinet, pro *Damokla*; vocalibus paullo aliter ſcriptis, *Damkala* effero et pro Capite Nubiae habeo. Fauere vide-

t) De hoc lacu ſupra diximus; notandum, Cod. Bodl. pro: *ad lacu*[illegible] *dulcem* legere, *ad Nili ripam.*

u) Cod. Bodl. pro *Semegonda* legit *Samfara*; vid. quae paullo ante de hac lectione couiecimus.

videtur huic pronunciationi locus ex Lexico geographico a Schultenſio. l. c. voce *Nuba* excerptus, qui ita ſonat: واسم مدينة النوبة دمقلة وهي منزل الملك على ساحل النهر i. e. *nomen urbis* (κατ' ἐξοχὴν, vt videtur, dictae, vt caput Nubiae denotet) *Nubae eſt Damkala, ſedes regia, ad littus fluminis* (Nili). Alio loco quidem Edriſius huius vrbis nomen effert دنقلة; ſed forſan frequentarunt Arabes, et in his quoque Edriſius noſter, vtramque lectionem. Hinc itaque eſſet h. l. *Damokla* vel, vti emendauimus, *Damkala*, cum Nubiae metropoli *Dankala*, vnus idemque locus; et *Schabia* mutandum in *Schama v*).

VI. *Regnum Cucu* كوكو (p. ٣٥).

1) *Nomen*. Primum quod hic explorandum venit eſt nomen *w*). Quoties in Edriſii libro occurrit, toties ſcribitur كوكو *Cucu*. Abulfeda et Maſudi quantum ex verſione doctiſſimi Deguignes *x*), vbi *Koukou* reddit, coniici poteſt, كوكو ſimiliter pronuntiarunt. Herbelotus, qui *Gougou* ſcribit, procul dubio non غوغو ſed كوكو legit. Solus Ibn al Vardi *y*) habet كركر, quod operarum lapſum putare poſſes,

 niſi

v) Herbelotus quidem vrbem deſcribit *Schabia* (ſub hac voce), ſed quae de illa habet, alia deſumta ſunt ex Edriſii epitome, alia ex coniectura adiecta. Audi quaeſo: Schabia: ville des pays de Soudan, ou Negres, ſituée bien avant dans les Terres au de-là de Nil occidental c. a. d. du fleuve Nigir. Il y a de cette ville, jusqu' a celle de Cougah, qui eſt peut-être Congo (!) un mois de Chemin ſelon Edriſi.

w) Terram *Cucu* a pſittacis, quorum magna ibi eſt copia denominatam eſſe, Nigritae vicini referunt. v. Cuhn III, 438. et not. ſequ. f.

x) Abulfeda p. 31. Masudi, vid. *Notices* &c. Tom. I. p. 15.

y) Notices Tom. II. p. 36.

niſi de Guignes reddidiſſet *Karkar z*), Ludolfus ſine vlla ratione, vt mihi quidem videtur, كوكو per *Quaqua* vertit *a*) (vid. infra vrbis *Cucu* deſcriptionem).

2) *Limites* huius regni Edriſius non definit; ſed habita ratione tum ordinis, quo eius delineationem exhibet, tum diſtantiae locorum, nullus dubito, quin in circumſcribendis limitibus ſequi liceat Abulfedam (l. c.), ab occidente Cucu habere Moslemos Ganenſes et ab oriente Moslemos Canamenſes, referentem. Ibn al Vardio (l. c.) teſte confine eſt regnum hoc auriferae regioni (Vaukarae?). *Koukou* regnum ex relatione Nigritarum in oriente Bornou ſitum, et inter omnes omnino Nigrorum regiones id eſt, quod maxime orientem verſus vergit, confine ſcilicet regioni Sennaar et in meridie Soudan (ſtricte ſic dictae) *b*).

3) *Flumen. Metropolis ſita eſt ad flumen quoddam* [Cucu nomine *c*)] *decurrens a ſeptentrione eamque alluens.* Tempore Edriſii iam lis erat de flumine et ſitu vrbis. *Alii enim Nigrorum perhibebant, ſitam eſſe vrbem omnino ad flumen quod a ſeptentrione ad eam decur-*

z) Sed per errorem factum eſſe, ipſe fatetur DE GUIGNES: Vid. *Journal des Savans* ad annum 1792. menſ. Mart. p. 144. vbi lectionem Zaghara, a me receptam vitioſam eſſe oſtendit ac ita pergit: Zaghaoua eſt la vraye leçon. Cette erreur vient d'une certaine reſſemblence entre les deux lettres *Ou* et *R*. Nous mêmes dans nos premieres notices, avons commis la même faute, en liſant *Karkar*, au lieu de *Koukou*. Quae verba Viri doctiſſimi, ni fallor, ita vertenda interpretandaque: inueni quidem in exemplis meis *Karkar* ſed verius *Koukou* reſcripſiſſem; ſcil. editio IBN AL VARDI arabica, cuius ſpecimen in diſſertatiuncula praemiſſa exhibuimus, vere legit كركر *Karkar*.

a) *Commentar.* p. 138. De ora *Quaqua*, Guineae regione, quam forte in animo habuit LUDOLF, vid. e. g. DAPPER l. c. p. 427 ſqq.

b) Vid. relatio EINSIEDELII apud CUHN III. pag. 436 et 438. coll. CUHN II, 255.

c) ABULFEDA p. 31. ولكوكو نهر منسوب اليها i. e. flumen habet Cucu, quod ab illa nomen deſumſit.

decurrere innuit Edriſius; alii autem putabant *id eſſe flumen quod Nilus* (ſcil. Nigrorum) *abſorbeat* — quibus variis partium ſententiis prolatis, ſuam iam ſubiungit Noſter. *Veritati proxime accedere*, ait, *flumen iſtud labi donec multis diebus vrbem Cucu tranſierit, ac tum diffundere ſeſe in ſolitudinem per arenas ac planities, ac illic immergi lacubus, plane vt Eufrates Meſopotamiae.* Quam Edriſii ſententiam, (ex cuius mente ergo nec diuergium quoddam Nili eſt, nec in Nilo perit) ad verbum repetit Ibn al Vardi eandemque probat D'Anvillius *d*) lacum, qui recipiat fluuium Cucu, Chelonides eſſe ſagaciter autumans. — Caeterum, haud infeliciter comparatur fluuius Cucu cum Eufrate, modo obſerues, non omnem Eufratem (vid. Edriſius p. 197. verſ. lat.) ſed brachium eius tantum et quidem meridionale, lacui immergi *e*).

4) *Ambitus.* Regnum Cucu inter maioris momenti regna referri debere ex deſcriptiuncula Edriſii conjectari tantum licet. Ibn al Vardi vero diſertis verbis dicit vaſtam hanc regionem in plura eſſe diuiſa regna, quorum quoduis a metropoli nomen obtinuerit; quaenam autem ſint haec regna, non addidit. Qualis hodie ſit regni huius ſtatus, non habeo dicere; terra enim hodie fere incognita *f*).

5)

d) Memoires T. XXVI. vid. ſupra p. 22. SCHEHABEDDIN procul dubio hunc fluuium pro ipſo Nili Aegypti habet. De Nili curſu enim haec tradit: Ce fleuve coupe horizontalement l'équateur, traverſe l'Abyſſinie, le pays *de Concou*, vient à Syène, coupe l'Egypte dans toute ſa longueur & ſe jette dans la mer entre Tunis & Damiette. vid. *Notices* &c. II, p. 155.

e) ABULFEDA (vid. verſ. lat. Reiskii, quae extat in BÜSCHINGII promtuario T. V. p. 166.) pars, ait, meridionalis Eufratis praeterita Kufa ſe effundit in lacus. cf. BÜSCHINGII *Deſcript. Aſiae* p. 184. Der Eufrat theilet ſich in zwey Arme; einer flieſst nach Süden, geht nach Kiufa und verliert ſich in Moräſten &c.

f) Vid. EINSIEDEL apud CUHN III, p. 438. Da die Einwohner weder Handel noch Gemeinſchaft mit ihren Nachbarn haben, ſo hat man

5) *Terrae prouentus. Gignit ſolum huius terrae lignum g), pyrethro* (عاقرقرحا) *ſimile, contortum, nigro colore,* quod ſerpentinum vocatur (عود الحية forte Ophioxylon *Linn.*). Nomen hoc Arabes illi dederunt absque dubio vel, quia ſerpentis inſtar contortum, vel propter proprietatem ei inſitam, quam Edriſius ita deſcribit *h*): *Si hoc lignum,* inquit, *iuxta ſpeluncam, in qua forſan ſerpens moratur, poſueris, cauſa eſt, vt ſtatim ad illud egrediatur; porro, qui tenet eiusmodi lignum, prehendet non ſolum ſerpentes ſine noxa, ſed ad eos venandos robur in ſe ſentiet audaciamque.* Haec procul dubio Edriſius noſter vel in ſcriptis deprehendit, vel fando audiuit; ſed non in eo acquieſcens denuo ſciſcitatus eſt. Ita mihi quidem veroſimile ſit ex iis quae iam addit: *Africani orientales,* ait, *et Vareklanitae hoc pro rei veritate tradunt, ſerpentes ad hunc, qui eiusmodi lignum aut manu tenet, aut in collo appendet, nusquam accedere.* Id etiam, ni fallor, Edriſio arriſit; addit enim وكذا مشهور *et hoc eſt celebratiſſimum.* Ibn al Vardi l. c. idem tradit, ſed de eo, quod Vareklanitae veroſimilius narrauerant, nihil ipſi inaudiiſſe videtur.

Similem plantam ſolum Habeſſiniae etiam producit et mirus eſt inter Edriſii et Jobi Ludolfi eius de-

man von dieſem Lande keine ſonderliche Kenntniſs, auſser daſs es ſeine Benennung von der groſsen Menge Papagayen, welche ſich daſelbſt aufhalten, führet. Confer. tamen infra not. q.

h) Luſitanos hoc lignum *Pao de Cobra* compellare, Herbelotus auctor eſt. Dapper in deſcriptione regni Angolae p. 580 haec de ligno laudato refert. Allda wächſet auch ein Baum, deſſen Holz von den Portugalliern Pao de Cobra d. i. Schlangenholz genannt wird, bitter von Geſchmack iſt, und das Fieber kräftiglich genäſet. Idem de la Croix T. III. p. 526. Ludolfus (Com. p. 137). Dapperi verbis hoc addit: quamuis appellatio illa mihi potius conuenire videatur cum ligno quod *Moſriſſaſonbo* Luſitani vocant.

deſcriptionem conſenſus. Totum locum ex Ludolfo adſcribam: "Sed omnia herbarum miracula „ſuperat Aſſazöe, tam efficax contra aſpidum ve„nena, vt nocentiſſima ſerpentum genera, hac „herba tacta, ſopiantur, et ceu mortua iaceant: „quin et vmbra illius ſtuporem viperis inducit, vt „eas innoxie tollere poſſis. Qui radicem huius „herbae commederit, inter ipſos hydros et cher„ſydros ſine metu ambulare poterit, imo multos „annos ab iis tutus erit. Viſique fuerunt Habeſſini, „his radicibus vſi angues venenatiſſimos inſtar an„guillarum manu tractare, collo inſtar collaris „circumdare, eosque cum liberet, impune oc„cidere." *i*)

Haec quum legerem, ſubiit mentem *Pſyllorum gens*, quae, tradente Plinio, virus habet ſibi innatum, ſerpentibus exitiale *k*). Corporibus fortaſſis non innata fuit iſta virtus, ſed herbis, quas eiusmodi homines ſecum portabant *l*). Sed adhuc ſub iudice lis eſt. Haſſelquiſtio enim, phyſicorum qui Aegyptum adibant, facile principi, non contigit, vt cauſas fonteſque huius myſterii (mira enim, vt αὐτόπτης de praeſtigiatorum artibus narrat) indagaret. De Edriſii ac Ludolfi rationibus ſe nihil certi audiuiſſe idem ipſe teſtatur *m*). Temporis tamen

i) Ludolfi Hiſt. &c. libr. I. c. 9.

k) Plin. L. VIII. c. 2. *hiſt. nat.* Horum corpori ingenitum fuit virus exitiabile ſerpentibus et cuius odore ſopirent eas; et Lib. VIII. c. 25. Olfactu eius generis hominum vt Pſyllorum ſerpentes fuguntur &c.

l) Cf. J. Ludolf. Hiſtor. lib. I. c. 9. et *Commentar.* p. 137.

m) Hasselquist p. 79 ſq. inter alia haec: Man hat mir ſagen wollen, daſs ſie ſich mit einem Kraute beſtreueten oder beſtrichen, ehe ſie ſich mit den Schlangen einlieſsen; aber bisher habe ich nicht das geringſte davon erfahren; ich ſehe es alſo nicht für eine Wahrheit an.

tamen progreſſu, quin aperiatur hocce myſterium, nullus dubito *n*).

6) *Incolarum mores, &c. Contermini ab incolis huius terrae equis et camelis inſidentibus, multa grauia perpetiuntur.* Ibn al Vardi l. c. obſeruat incolas huius regni, numero frequentes, colore nigros eſſe. Vrbis Cucu inhabitatores Moslemos eſſe ex libro Azizi vocato, Abulfeda l. c. adnotauit. Contra Chriſtianam religionem profiteri eos Einſiedel (Cuhn III, 438) audiuit.

7) *Veſtitus. Diſtinguuntur veſtitu* (Edriſio autore) *plebeii pellibus pudenda tegentes; mercatores, amiculis ac tunicis induti, pileum o*) *in capite geſtantes auroque ornati; nobiles tandem ac proceres ſindone vtentes.* Ibn al Vardi l. c. minus ſubtiliter diſtinguens, ornant ſe, inquit, auro, et teguntur velleribus ſcite praeparatis.

8) *Mercatus.* Curioſo lectori non ſatis facit Edriſius tradendo, *ad eos venire mercatores, conſidere vna inter ſe ac modo mutui agere p*). Ibn al Vardi l. c. multo plura tradit, vereor autem, vt a fabulae ſuſpicione ſe purgent, quae de ratione mercaturae ſcribit. (Cf. not. praeced. f.)

9) *Rex. Eius imperium abſolutum eſt ac nullis limitibus circumſcriptum; magna vtitur familia, amplum domi-*

n) Praetermiſſis omnibus locis in NIEBUHRII Itinerario paſſim occurrentibus, ac coniecturae noſtrae fauentibus, ſola verba, quae in libro: Neuere Geſchichte der Miſſions-Anſtalten &c. herausgegeben von *D. I. C. Schulze* 32. St. p. 872, leguntur, adſcribo: Die Schlangenfänger welche die Schlangen tanzen oder Bewegungen machen lehren, pflegen den Schlangen die vier vordern Zähne, welche eigentlich das Gift in Bläschen bey ſich haben, auszuſchlagen &c. cf. MICHAELIS Bibl. Or. et Exeg. Nova, T. V, pag. 50 ſq.

o) . . . *pileum*, vel ſimile quid; in libro eſt الكرازي.

p) Caue SIONITAE verſione forte decipi. "Proceres autem et nobiliores amiciuntur ſindone, adeunt mercatores et verſantur cum iis dantque illis merces, per modum mutui."

dominium habet et duces et milites et ornatum ſplendidum cum apparatu ſpecioſo. In eo conuenit Ibn al Vardii cum Edriſii deſcriptione, quod Rex ſit potens et multos habeat milites. Abulfeda l. c. Caſerum eſſe Regem (وهو كاكر) tradit.

10) *Vrbs Cucu*, كوكو [Ibn al Vardi: كركرة *Cercera* l. Kerkera; hod. forte *Kikka q*)] *metropolis terrae Nigrorum celeberrima et, magnitudine praeſtans r*); *ſita ad flumen quoddam decurrens ex parte ſeptentrionali et ciuibus potum praebens*. Teſte Abulfeda poſita eſt شرقي نهرها في ad orientalem huius fluminis ripam. *Diſtat a Gana itinere menſis cum dimidio; a Cauga* (p. 13) 20 *ſtationibus*; *ab vrbe Tamalma* (v. infra Terram *Cauar*) *orientem verſus* 14 *ſtationibus*.

11) Ex ſoni ſimilitudine, vt videtur, Herbelotus, ſub vocibus *Gougou* et *Ganah* regnum *Congo* hic deſcribi putat. Ac lignum ſerpentinum quidem (modo idem ſit Pao de Cobra Luſitanorum) in regno Angola, quod olim ad Congo pertinuit (cf. Dapper p. 575) reperitur; nec Ibn al Vardii aſſertum, quod Cucu regnum in multa regna, quorum quoduis nomen ab vrbe primaria obtineret, diuiſum ſit, repugnat. Attamen et locorum diſtantiae, ſi attente conſideres, licét non accuratiſſime definitae ſint, et fines, quos ex Abulfeda et Einſidelio adſcripſimus, et ſitus vniuerſe dubios merito nos reddere poſſunt. Quin, ſi obſerues, nomen Edriſii tempore diuulgatum, noſtris etiam diebus adhuc vulgare

q) Vid. Neues deutſch. Muſeum l. c. p. 989 vbi Niebuhrius: Agaté iſt gleichfalls die Wohnung eines Sultans, dem auch *Kikka* eine anſehnliche Stadt gehört.

r) Abulfeda laudat Saididem p. 31, qui habet: كوكو مقر صاحب تلك البلاد i. e. *Cucu eſt ſedes domini iſtorum tractuum*. Secundum autorem libri Azizi (eodem adnotante) eſt ſub 10 lat. et ſecundum Saidi filium incidit intra Aequatorem et initium primi Climatis.

gare eſſe; ſi denique conferas, quae idem ipſe Edriſius noſter (p. 18. verſ. lat.) obiter de ſitu et confiniis regni huius refert, multo magis etiam de Herbeloti ſententia deſperes. Sunt autem Geographi noſtri verba l. c. haec: *Sic et a tergo huius regionis* (Alvahat) *vsque ad Cavar et Cucu palmeta et aedificiorum veſtigia deprehendes.*

VII. *Terra Begama* ارض بغامه.

1) Huius Terrae *s*) deſcriptionem, in qua et ipſe Edriſius noſter paullo breuior fuit, plane ſilentio praetermiſit Epitomator, quare ad hunc vſque diem eius cognitio nobis, qui maximae partis regionum Nigritarum cognitionem ex Edriſio hauſimus, nusquam innotuit.

2) *Limites* definire noluit Autor noſter; de ſitu eius itaque ex vicinia tantum ſententiam ferre licet; *itineratores nimirum* (ſic verba Edriſii وفي هذه الطريق التي ذكرنا من كوغه إلي كوكو علي ارض بغامه interpretor) *ab vrbe Cauga perueniunt ad* (vrbem) *Cucu et inde in Terram Begama.* Ibn al Vardio teſte degunt Begamae inhabitatores ad litus fluminis ex oriente defluentis, quod in Nilum ſeſe exonerat *t*). Idem alio loco in ſeptentrione vrbis Samkarae eos degere affirmat.

3)

s) Apud IBN AL VARDIUM occurrit populus *Ghama* nomine (vid. Notices &c. T. II. p. 36), qui, niſi me omnia fallunt, idem cum *Begama* populo (quem vocat EDRISIUS. Litera ب vel omnino ex Mſſ. exulat, vel ab Interprete IBN AL VARDII praetermiſſa aut forte pro particula habita). Interpres autoris laudati latinus per *Begama* verbum arabicum transtulit.

t) IBN AL VARDI l. c. . . . au nord de la quelle (de vrbe Samkara, de qua ſupra p. . diximus, ſermo eſt) habitent des peuples nommes Ghama; ce ſont des Nomades, qui vont et viennent avec leurs chameaux et leurs beſtiaux, ſur les bords d'une riviere, qui vient de l'orient & ſe décharge dans le Nil; ils vivent de chair, de lait & de poiſſon.

3) *Incolae* teſtante Edriſio *nigri Barbari ſunt, quorum cutis ſolis aeſtu adùſta et colorata. Bibunt aquam dulcem ex fontibus in iſtis terris eo loco effoſſis, vbi antea ne veſtigium quidem aquae erat, quae autem (hanc enim Itineratores fontium iſtorum originem gloriantur) tentante aliquo itineratore et coram turmis vix ſemiſtaturam alte effodiente, abundanter proſiliebat.*

4) *Lingua huius Terrae incolarum eſt barbara.*

5) *Terrae bona.* Praeter *aquam* (vid. paullo ante) et *camelos* nulla memorat Edriſius. Ibn al Vardio autore veſcuntur carne, lacte et piſcibus; nec tamen ex hoc loco neceſſario ſequitur, piſces inter huius regionis foetus referri debere.

VIII. *Terra Canem* ارض كانم (p. 14).

1) *Situs. In terra Nigrorum ſita quoque eſt terra Canem.* Deſcriptioni huic generali vt ſuccurrat ſpecialior, neceſſe eſt. En pauca haec: *Augimi ciues vicini ſunt Nubienſibus a parte* ſcilicet *orientali.* Ibn al Vardio autore ad Nili ripas *u*) et ſecundum relationes recentiorum in meridie *Bornou* ſita eſt regio Canem *v*).

2) *Terrae foetus. Camelos et capras, vt opes vrbis Matſan,* commemorat Edriſius; Abulfeda laudat mala granata, pruna cerea et arundines ſacchariferas. Recentiores terrae bona tacent.

3)

u) Ibn al Vardi l. c. de Terra Canem paucula haec habet: كانم *grand pays*, ſituée le long du Nil; ſes habitans ſont prèsque tous Muſulmans de la ſecte de l'Imam Malik.

v) Itineratores ab vrbe Mourzouk ad vrbem Bornou tendentes, obviam habent, inter alia, vrbem *Canem*; caput *prouinciae eiusdem nominis*, ob magnitudinem, et multas opes clariſſimae. Vid. Lucas apud Cuhn II, 232. cf. Einsiedel apud eundem III, p. 436; vbi haec: Gegen Nordweſt von Bornou liegt Ogades; gegen Oſtweſt Zanfora; gegen Südweſt und gegen Süden Hatnou, *Kanem*, Schikon, Bitou und Eogar.

3) *Incolae. Vrbis Gimi ciues homines viliſſimos, Matſan vrbis incolae artium et opificiorum expertes eſſe* conteſtatur Edriſius. Religionem eorum, aliaque, quae deſcriptioni vrbium praemitti ſolent, obticuit. Autores itaque diligentiores excerpendi *w*).

4) *Vrbes* ſecundum Edriſium hae ſunt:

Angimi x) vrbs admodum parua y), ciues nutrient paucos eosque animi mendacis. Vicini ſunt Nubienſibus a parte ſcilicet orientali. Aquam non habent niſi ex puteis; quod enim vrbem et Nilum intercedit ſpatium trium eſt dierum. Ab Angimi ad vrbem Zagaua

w) De religione incolarum vid. paullo ante not. *u*. ABULFEDA autoritatem ſuam addit IBN AL VARDIO: Pergit idem Regem Canamenſem ſibi, bellis cum Infidelibus geſtis magnam conſciuiſſe nominis famam. Abſolutum imperium exercere Regem terrae huius EINSIEDEL (l. c. p. 441) ſciſcitando percepit. Idem ciues huius regionis mercaturam facere haud mediocrem et validiſſime peregrinis fauere refert.

x) In impreſſo fere legitur ابخيمي, ita vt facile tibi perſuadeas, pronuntiandum eſſe *Abchimi*; quam vero ſupra exhibuimus, eam genuinam eſſe pronuntiationem, patet ex eo, quod paucis interiectis legitur انجيمي *Angimi*; quod ABULFEDA ſcripſit *Gimi* (جيمي; male enim legitur p. 36. l. 8. خيمي *Chimi*); HERBELOTUS denique exhibet *Engimi*. (Quod ſi vero, quae ex Edriſio narrauit HERBELOTUS, legere cupias, caue quaeras *Engimi*, ſed *Angimi*.) De probitate lectionis *Angimi* ipſa autem, ſi ABULFEDAE *Gimi* reſpicio, dubitarem. Quid, ſi EDRISIUS ſcripſiſſet الجيمي et per errorem librariorum vel operarum ل in ن transmutatum, lectionem انجيمي peperiſſet? Ita ſane eſt; confirmat nimirum coniecturam noſtram *Cod. Bodl.* qui vere الجيمي legit.

y) Quomodo verba ABULFEDAE (l. جيمي) ولـه في سمت خيمي مدينة فيها بساتين ومستنزه intelligam, non omnino capio. REISKIUS vertit: *Habet is* (Rex ſc.) *in puncto vrbis Gimi vrbem aliam in qua ſunt horti et loca amoena.* Forſan: habet haud procul ab vrbe Gimi vrbem aliam &c. Vel: habet in via, quae ducit ad vrbem Gimi vrbem aliam &c. Num forte de palatio quodam Regio (ſi ita loqui licet) hortis locisque amoenis inſtructo ABULFEDAE verba explicanda?

Zagava ſex dierum iter. (vid paullo poſt *Matſan.*) Gimi ſecundùm Saididem terrarum Canamenſium caput eſt, et ſedes regia diſtatque a ripa Nili Aegyptiaci occidentem verſus *vnius miliaris* ſpatio. Quaeres, puto, num Edriſius Nilum Aegypti intellexerit? ſubdubito z).

Matſan ماثان a) *vrbs exigua, diſtans ab vrbe Angimi* (al Gimi) 8 *dierum interuallo. Nullae hic artes vel opificia exercentur; mercatura nulla fit, niſi exilis.* (vid. ſupra Terrae bona.) *Diſtat praeterea Matſan a Taguu 13; a Zagaua 8; a Thamalma 12 ſtationibus. In Matſan reſidet princeps eius et praefectus eius* (اميرها وعاملها) b); *cuius milites maximam partem non ſunt, niſi nudi ſagittarii.*

Cauga vrbem *nonnulli Nigrorum ditioni Canamenſi accenſent;* Edriſius contra *terrae Vankarae*, quam vide.

IX.

z) Herbelotus, vt videtur, Nilum Nigrorum innuit; ſcribit enim: Elle n'eſt eloignée d'une *Isle de Negres*, quelle a au midi que de trois journées. Potuitne vir eruditus per errorem ſcribere *Isle des Negres* pro *Nil des Negres?* Potuit ſane. De Terra enim Yankara vix cogitauit.

a) Ita legitur in impreſſo. *Codex* autem *Bodl.* habet ثانان *Thanan.* Quae lectio verior ſit, non exputo. Apud Herbelotum quidem vrbs noſtra quoque *Mathan* vocatur; ſed nomen hoc manifeſto ex opere geographico Edrisii typis excuſo, deſumtum; recentiores etiam qui vrbis *Mathan* mentionem faciunt, ex eodem fonte hauſerunt. — Caeterum D'Anvillius (Hiſt. des Acad. T. XXVI. pag. 69) vrbem Mathan pro hodiena *Karne* et *Gira* Ptolemaei habet. De *Karne*, regni *Burnu* capite, vid. Sicard in Nouv. Mem. &c. T. II. p. 187. (Einsiedel apud Cuhn III, p. 437. Caput *tiornou* eſſe *Mokouwi* audiuit.) Gatterer l. c. p. 642 ſq. iure, vt mihi videtur, a D'Anvillio ſecedit.

b) Quid ſupplendum? *Matſan?* vel *Zagava?* Herbelotus ſub voce *Mathan* ſubintelligit *Zagara.* Zagara ergo ſub imperio Regis Canem? vid. paullo poſt, not. e. et deſcript. Zagavae nro. 5.

IX. *Terra Zagara* vel potius *Zagava c*).

1) *Nomen.* Varie ſcribitur زغرة زغارة *Zagara*; ſemel, aſt mendoſe زعارة *Zaara*; ſemel etiam زغاوة *Zagava*. Abulſeda ſemper زغاوة *Zagava* effert; et iudice de Guignes Abulfedae pronuntiatio, cui caeteri quoque Arabes aſſentiunt, pro vera habenda eſt (vid. ſupra init. deſcript. Regn. Cucu, not. w. pag. 55).

2) *Limites* circumſcribere noluit Edriſius noſter, ac omnino de ſitu terrae huius ex autore noſtro nil certi conſtat. Paucula quae (p 39) habet, haec ſunt: *vrbes et metropoles terrae Zagavae, cui contermina eſt terra Faran* (Fezzan) *ſunt Sagra et Schama.* Herbeloto autore (infra not. e) limitata eſt vrbs Zagara Nubia, Aethiopia et Nigritia. Scilicet!

3) *Incolarum mores, victus &c. Vrbem Zagava* memorat Edriſius (p. 14) *et ad eam multa oppida, multis incolis habitata, pertinere*, ait, *et quae circa eam degant nationes appellari Zagarin* (زغارين) vel potius *Zagauin* (زغاوين). Edriſius noſter gentem his verbis depingit: *Hi*, refert, *vicinis camelos commodant d*); *mercatura tenuis ac exilis, artesque nonnullae apud eos exercentur e*). *Potum illis putei praebent;*

c) Sectione quarta Climatis primi i. e. p. 14 et 15. verſ. lat. EDRISIUS de vrbe Zagava et de Gente Zagavitarum exponit; ſectione prima Climatis ſecundi, i. e. p. 39 vrbium primariarum nomina recenſet. Inde forte ſequitur ambitum huius Terrae haud eſſe mediocrem.

d) Similia fere de induſtria Arabum quorundam *Azaizy* vocatorum, in deſerto, quod Thebaicum vocant, degentium, refert BRUCIUS I, 223. Verba eius: Sie ernähren ſich davon, daſs ſie den nach *Coſſeir* reiſenden Karavanen ihr Vieh vermiethen, und ſie, wenn es nöthig iſt, begleiten.

e) Hanc omnino eſſe mentem Geographi noſtri ABULFEDA et HERBELOTUS comprobant. De Zagavinis nimirum docet ABULFEDA p. 32 *eos habere ſuos pagos in auſtro vrbis.* HERBELOTUS vero ſ. v. Zagara

bent; veſcuntur dora, carne camelorum ſiccata, piſcibus acidis et lacticiniis quibus abundant. Amiciunt ſe pellibus ſcite praeparatis et conſutis. Omnes Nigros curſu facile ſuperant.

4) *Vrbes:*

Zagava (vid. paullo ante nr. 3.), *diſtat ab Al Gimi 6 dierum itinere; ab vrbe Matſan 8 ſtationibus.* Saidi filius vrbem Zagava, ſitam ſub 55 long. 14 lat. caput Zagavitarum appellat, et 20 diaetis ab vrbe Nubiae, Donkala, diſtare perhibet.

Pag. 39 haec habet Noſter: *Vrbes et metropoles terrae Zagarae* (Zagavae) *ſunt:*

Sagra سغرة et

Schama شامة vid. ſupra *Cauga.*

(*Nebrina* نبرينة vrbs, quam ſupra non ſine dubitatione multa Terrae Vankarae adſcripſimus, forte huc referri debet. Certe memoratis vrbibus Sagra et Schama mentionem eius iniicit Edriſius.)

5) Ab iuſta interpretatione pendet ad quam terram et ad quod dominium vrbs Zagava cum ſuis oppidis referenda ſit. In vrbe *Matſan*, ait Noſter, reſidet princeps *eius* et praefectus *eius.* Interroganti, quid ſupplendum ſit, reſpondet Herbelotus (ſupra not. b.) *Zagara*, nec credo obloquendum eſſe.

E 2 Iam

Zagara ex Edrisio excerpſit, quae ſequuntur: Zagara nom d'une ville, ſituée ſur les confins de la Nubie de l'Ethiopie et de la Nigritie (! ex ſuis addit Herbelot.) qui a dans ſes dépendances pluſieurs Bourgades très-peuplées, dont tous les habitans ſont appellez Zagarin. Ils ont quantité de Troupeaux, de Chameaux, qu'ils louent aux Marchands leurs voiſins. Car pour eux, ils ne font négoce que de marchandiſes viles et de bas prix. (Kurzmann et Sionita vertunt: qui ciuium camelos conducunt; male, ni fallor.) Cette ville n'eſt éloigne que de ſix journées de celle d'Engimi et de huit de celle de Mathan, *où le Seigneur du pays, que l'on appelle le Prince de Zagarah, fait ſa demeure ordinaire.*

Iam inde ſequi videtur vrbem Zagava iam longe ante Abulfedae tempus, imo iam aetate Edriſii, ſub dominio Regis Canem fuiſſe; de ſequiore tempore vix dubium. Abulfeda enim Zagavae metropolis Zagavitarum incolas regis Canamenſis ſponte ſubiiſſe imperium ex Saidide adnotauit *f*).

X. *Terra Taguitarum*, بلاد التاجويين.

1) *Confinis eſt terra Taguitarum terrae Nubae* (p. 15), *et ei* (p. 41) *parte regionis al Vahat, quae verſus meridiem ad terram Taguitarum procurrit.*

2) *Incolae vrbis Tagua et totius regionis ab Edriſio Magi vocantur* مجوس quod vocabulum explicat per لا يعتقدون شيا i. e. *nullam plane religionem habentes g*).

3)

f) pag. 32. *Zagavah*, ait, eſt capitalis الزغاويين *Zagavitarum*; pergit وقد اسلم اهلها ودخلوا في طاعة الكانمي وفي جنوبها مدينة زغاوه ومحالات الزغاويين والتاجويين ممتده في المسافه التي علي اعوجاج النيل (leg. البجاويين? REISK. *Bagaienſes*) وهم جنس واحد غير ان التاجويين احسن صورة وخلقا من الزغاويين قال في العزيزي ومن دنقله الي بلاد زغاوه في سمت الغرب عشرون مرحلة i. e. Incolae Islamismum profeſſi ſe ſubdiderunt regi Canamenſi. In huius meridie ſunt vrbes *Zagawitarum* et *Bagawitarum* (mel. *Taguitarum*), per illud ſpatium porrecti, quod eſt ad curuaturam Nili. Sunt quidem vna atque eadem gens, verum tamen *Bagaienſes* (mel. *Taguitae*) ſunt habitu corporis et adſpectu pulchriores quam *Zagawitae*. A Donkalah, ait al Azizicus, ſunt 20 dietae ad Zagawah in punctum occidentis. Verſio huius loci eſt Reiskiana, quam de induſtria appoſuimus; vid. not. ſequ.

g) HERBELOTUS ſub voce *Tagiouah* ita quoque interpretatur; "Gens, ait, qui ne ſont attachez a aucune Religion et qui pour cet effet ſont appellez par les Arabes Magious, Mages, c. a. d. qui ne ſont ni Juifs, ni Chrêtiens, ni Muſulmans. Quam explicationem veram eſſe oſtendit vel hoc, quod Arabes eam quoque nationem, quam ſub Normanorum nomine noſcimus, hoc nomine inſigniuerunt

3) *Vrbes:*

Tagua تاجوه et تاجوة (non: تجوه) *metropolis, quae vniuerſae regioni nomen dedit.* Locorum diſtantias Edriſius ſiſtit, praetereaque nihil. *Diſtat (nimirum) ab vrbe Matſan* 13; *ab vrbe Nuabia* 18 (occident verſus, addit Herbelot.) et a *Samna* 6 *ſtationibus.*

Samna سمنه (non: شمنه) *vrbs parua. Qui per vrbes Cavar iter fecerunt, narrant horum nonnulli, Dominum (Emir,) Ialak h) ſubiectum regni Nubae, adſcendiſſe ad hanc vrbem, eam euertiſſe, incolas diſperſiſſe, et ad hunc diem vsque eam eſſe vaſtatam i).* (vid. Tagua.)

Ambitum huius terrae multo maiorem fuiſſe, quam qui ex deſcriptione, modo autore noſtro duce exhibita, conſpici poteſt, ex Edriſio ipſo diſcimus. Ait enim p. 15 *meridionalem huius terrae partem contineri in Climatis primi ſectione quarta,* et in ſecundi Climatis tertia ſectione reuertitur denuo ad hanc

 terram,

runt vid. DE GUIGNES *Hiſtoire générale des Huns &c.* T. I. P. I. p. 357 L'an, ait, 230 de l'Heg. *les Madgious, ce ſont les Normans &c.* — Caeterum huius terrae incolarum ABULFEDA quoque mentionem fecit. REISKIUS quidem (vid. not. praeced.) البجاويين legit; vertit enim Bagawitae; ſed hoc vel caſu vel feſtinatione factum eſſe, ex RINCKII editione perſpicimus, quae التاجويين offert. De Terra *Bogae* autem ABULFEDA in Tabula Aegypti agit, idque procul dubio accuratius; male enim geographus laudatus Zagavitas et Bogeules coniunxiſſet, nimia ſitus diſtantia ab inuicem diremtos; Bogenſes ſcilicet haud procul a mari Kolzom degere Tab. Aeg. p. 35 affirmat.

h) In fine ſect. tertiae Climatis primi pro يلان leg. يلاق.

i) HERBELOTUS ſ. v. *Samanah*, Edriſium ita gallice fecit: Nom d'une petite ville des dépendances de celle de Tagiouah, dont elle n'eſt éloignée que de ſix journées. *Elle eſt dans le Pays des Soudan ou Negres,* ſur les confins de la Nubie, et fut ruinée, ſelon le rapport d'Edriſſi, par le Prince d'Ilak, *qui eſt des plus puiſſans de ce Pays-là.*

terram, aſſeuerans *partem eius adhuc in iſta eſſe comprehenſam.* Plura autem, quam haec, non offert, neque enim vrbem neque oppidum recenſet, quod noſtram, quam de terra hac ex ipſo hauſimus cognitionem, poſſit adaugere.

Ceterum indicandum eſt geographos de hac terra in ea Africae parte, quam deſertum Sahra vocant, agere ſolere. Edriſius nihil definit, nec nos cum iis hac de re altercabimur, modo non ideo fecerint, quoniam pars huius terrae Climate ſecundo continetur; facile enim regio haec tam ampla, licet ſita in terra Nigritarum, vsque tamen ad Sahra prouinciam extendere ſe poſſet. Cauſa vero propter quam hunc ipſum locum Terrae huic tribuimus, eſt, quod Edriſius in primo climate eius maximam partem delineauit.

XI. *Terra Nubae* بلاد نوبة (p. 15). Ibn al Vardi نوبة; Bakui النوبة.

1) *Limites* ab Edriſio non rite definiuntur; ex iam dictis autem patet, *confinem eſſe Terram noſtram Terrae Canem et Tagua. Inter Aluahatas terminumque Nubiae tres eſſe dietas* (p. 41) refert.

2) *Longitudo terrae iuxta Nilum procedenti duorum menſium eſt et quod excedit.* De Nubia proprie ſic dicta hoc vix dici poſſe, mihi quidem videtur. Hinc optandum erat vt paulo accuratius mentem declaraſſet vel limites etiam circumſcripſiſſet Edriſius. Quae ceteri Arabes referunt nihil hic loci nos adiuuare videntur. Abulfeda p. 23 nihil habet, quam Nubienſium terras eſſe ab oriente Nili. Bakui p. 395 a meridie confinem eſſe perhibet Aegypto, ab ortu et occaſu Nilo. Ibn al Vardi denique (p. 54) Nubiam porrigi ait ab Aegypto ad vsque deſer-

deſertum. Leone autore tandem (p. 660) Nubia regno Gaogae in occidente coniungitur, extenditque ſeſe ad Nilum vsque, in Meridie Goraniae deſerto, in ſeptentrione vero Aegypti finibus terminatur. Omnes tamen hoc innuere videntur vocabulum البرية non de ſola Nubia, quam nos vocamus, vſitatum eſſe. Quibus accedunt verba eiusdem Bakui *k*), extenſionem huius terrae ad tres menſes ſtatuentis; quare ſenſu latiori acceperim verba Edriſii *l*).

3) *Fluuius. Nilus.* Huc, ni fallor, referenda ſunt, quae in fine huius Climatis leguntur: *In ea tantum Nili parte quae in hoc Climate continetur,* (i. e. a ſontibus Nili ad vsque Syenen forte) *reperitur piſcis Sakankur vocatus.* Plura de hoc piſci, cuius nomen σκιγκος celebrius, dabit Dioſc. 11, 71.

4) *Terrae prouentus.* Nihil (praeter ea, quae nr. 3 adſcripta ſunt) inueni quod huc poſſem referre. Nec plura apud ceteros, quos vidi, Arabes. Solus Ibn al Vardi auri et argenti fodinas laudat. Leo Africanus autem opulentiſſimum eſſe regnum, ait, frumento ſaccharo, ſandali ligno etc. et mira de veneno quodam efficaciſſimo narrat *m*).

5) *In confinio Nubae et Aegypti Mons eſt Genadil* جنادل; *qua parte Aegyptum reſpicit praeruptus; decliuior Nubam verſus. Ibi cataracta eſt Nili horribili cum impetu ingentes aſperasque rupes perrumpentis,*

 dum

k) l. c. Ce vaſte pays, ait, a trois mois de chemin de l'étendue.

l) Job. Ludolfus in *Commentar.* p. 68 idem mouet dubium; iam vero, ſi Brucio fides habenda, non eſt quod de extenſione Edriſiana dubitemus. Bene contra hanc ſententiam, quam ex Ludolfo meam facere nullus haeſitaui, haec monuit Bruns. vid. eius librum ſumma diligentia et ingenio conſcriptum, ſ. t. Verſuch einer ſyſtematiſchen Erdbeſchreibung T. II. p. 6 et 15 ſqq.

m) Ibn al'Vardi l. c. p. 38. Leo p. 661

dum ſe praecipitat. Prouectae et appulſae ad iſtum locum Nili cymbae Nubienſium aliorumque Nigrorum; progredi vltra nequeunt, propter importunum illud obſtaculum, vti Edriſius loquitur. — Caue hanc cataractam cum ea quae ſupra Aſſeuan eſt, et apud Arabes item Genadil audit, confundas *n*). *Mons Genadil* ſcil. de quo hic ſermo, 12 *fere ſtationibus* teſte Edriſio (vid. ſeq. nr. 6) ab vrbe Aſſuan diſtat.

6) *Mercatura* (p. 17). Pauca ſunt nec niſi generalia, quae de ea dicenda habemus. *Aegyptios inter et Nubae incolas mutuum eſt rerum commercium. Per Nilum mercatores cymbis vsque ad cataractam* o) *ſupra memoratam vehuntur, vbi merces exoneratis nauibus camelorum dorſis imponuntur; inde per deſertum* p) *ad vsque vrbem Asvan* (Syene) 12 *fere ſtationibus inde diſtans, iter conficitur. Asvanitae autem ii ſunt qui Nubienſium merces procurant, ſuisque commutant. Asvan, licet ſit e propugnaculis Nubiae, inducias tamen plerumque inuicem paciſci ſolent contermini.*

7) Si, quae de *hominibus, huius terrae incolis*, Arabes forte tradiderint, de eorum moribus puta, religione, et quae his ſunt ſimilia, diſcere cupias, Edriſium ſruſtra

n) cf. Michaelis annotatt. p. 2. n. 7. ad *Deſcript. Abulf. Aeg.* Audi, quae hac de re P. Lucas refert (T. III, 2. p. 214) » C'eſt au-deſſus d'Aſſoüan que le Nil commence à n'être plus navigable à cauſe des Cataractes, & on eſt obligé en cet endroit de transporter les marchandiſes par terre. — Longe aliter tamen ſentit Leo (p. 661) ita ſcribens: Non tamen ex hoc regno ad Aegyptum nauigari poteſt: *non enim quibusdam hic locis Nilus profundior eſt, quam vt quis pedes facile transire poſſit.*

o) Bakui l. c. c'eſt-là que les Vaiſſeaux des Egyptiens et des Noirs arriveut. coll. Abulfedae *Aegypt.* p. 1.

p) Eſtne hoc deſertum *Aranae?* (vel Gorania Leonis, ſupra p. 71) de qua Haithon (*Haithoni Armeni hiſtor. orient.* ſine loco impreſſionis 1621. 4.) p. 90 ita refert: Inter vnam terram (Aegypt.) et aliam (Nub.) eſt deſertum Aranae duodecim dietarum. Diſtantia 12 dietarum fauet ſaltem coniecturae noſtrae.

fruſtra euolueris, adeas, ſi lubet, Abulfedam et Ibn al Vardium *q*).

8) *Imperium.* De rege, huius terrae domino, loquitur Edriſius in fine tertiae partis primi Climatis, ſed nihil de eo docet, niſi *quod Emir qui vrbi Ialak eiusque ditioni praeſidet, ei ſubiectus ſit r*). — Edriſii Nubae terram in plura regna diuiſam fuiſſe, quorum principes cuidam regi obtemperarent, inde fere coniicere poſſes. Quorum numerus autem aliunde diuinari nequit, niſi forte ex numero vrbium metropolitanarum, quarum quinque recenſet; quae quidem ratio parum tuta; ſed ſic fere eandem deſcriptionem haberes, quam Strabo nobis reliquit *s*).

9) *Vrbes t*), a meridie in ſeptentrionem procedenti, obuiae:

1) *Nuabia*; [نوابيه *u*) *Meroe*, Μερόη Strab. 541. Ptolem. p. 203]. *Ab vrbe Tagua diſtat 18 ſtationibus.*

q) Abulfeda et Bakui (l. c.) hoc tantum narrant: Nubienſes eſſe chriſtianos et incolarum numerum maximum, praetereaque nihil. Ibn al Vardi l. c. pulchritudinem laudat bonamque indolem incolarum vtriusque ſexus. Iis autem quae Abulfeda et Bakui tradiderunt addit: in varias partes ſectasue ſciſſos eſſe chriſtianos. cf. Herbelot. ſub voce *Noubah*; Ludolfus l. c.

r) Ses états, ait Herbelotus l. c. de rege Nubae agens, ont une grande étendue et ſont entierement indépendants du Negouſſin Empereur d'Ethiopie — Bakui Ils ont, ait, un Roi, qu' ils nomment Kabil et qu' ils diſent être deſcendu des anciens Hemiarites &c.

s) Ἐξ ἀριστερῶν δὲ τῆς ῥύσεως τȣ Νίλȣ Νȣ̃βαι κατοικȣ̃σιν ἐν τῇ Λιβύῃ, μέγα ἔθνος ἀπὸ τῆς Μερόης ἀρξάμενον μεχρὶ ἀγκώνων, ȣ̓χ ὑποτατόμενοι τοῖς Αἰθίοψιν ἀλλ' ἰδίᾳ κατὰ πλείȣς βασιλείας διειλημμένοι.

t) *Vrbes*, ait Noſter, *celebriores et metropolitanae in regionibus Nubarum ſunt Cuſcha, Dankala, Galva, Jalak* et *Sula* (p. 15. init. ſect. 4. Cl. I.) — Abſoluta Dangalae regni huius capitis deſcriptione, Leo pergit: in reliqua huius regni parte *pagos tantum ac vicos* reperiri ad Nilum ſitos &c.

u) Ita vere legitur nomen in Impreſſo; Golius autem in not. ad Alfrag. p. 91, vbi vrbes Nubiae ex Edriſio enumerat ſcribit quidem

 نواب;

tionibus. Dedit haec vrbs vniuerſae regioni nomen Nubae. Num Edriſi hiſce verbis ſignificare voluerit, vrbem hanc imperii eſſe caput, quemadmodum eius verba interpretatus eſt Dapperus, qui alios citauit autores, circa caput imperii diſſentientes, in dubium vocari merito poteſt *v*).

2) *Cuſcha* كوشة (Golius ad Alfragan p. 91 latine reddit Couka) *haud longo interuallo diſtat a Nilo. Sita eſt ſupra lineam aequinoctialem in regione arborifera w); ab vrbe Nuabia diſtat 6 dierum itinere.*

3) *Dankala* دنقلة. Verba Golii ad Alfr. l. c. haec: "Iacuto dicitur *Dumcala* et Leoni Dan„gala, prout Africani ق ſaepe efferunt eodem „modo quo Perſae et Turcae ſuum ڭ." Forte et apud Edriſium ipſum nomen Damkala legitur. Vid. ſupra. Bakui l. c. dat ei long 43-40; lat. 15-30. Amplam idem exhibet huius vrbis deſcriptionem; eius ſitum exponit, regiam ibi eſſe

نوابة; at reddit *Nuvala* (ſic quoque Index operis laudati nomen repetit; ſed id non mirum;) qua autoritate ductus me quidem fugit. Si Nuabia Terrae nomen dedit, quemadmodum Edriſius contendit, *Nuvala* ſtare non poteſt; eſt procul dubio vitium typographicum.

v) pag. 335. In Nubiae deſcriptione Edriſium germanice fecit Dapperus. Teſtimonio eius itaque nemo vtatur ad confirmanda Edriſii dicta; ſed verba eius: *Die Einwohner ſagen; die Einwohner ſelbſt melden in ihren Schriften:* ita potius intelligat, quaſi dixiſſet Geographum Nubienſem ita ſcripſiſſe. Edrisius nimirum, Nubiam patriam habens, ei prae ceteris ſcriptoribus, quibus vtebatur, vel ſumma fide dignus et inprimis in Nubae terrae deſcriptione conſulendus erat.

w) Sionita vertit *Cuſa interior* كوشة الداخلة. Non intelligo; rectene interpretatus ſim: in *arboribus conſita regione*, dubius haereo. Si eſſet ج abſque puncto poſſes *montanam* vertere. Teſte Abulfeda p. 33 eſt Cuſcha, *vltra aequatorem* ſita, capitalis Zeugorum Nubienſium.

eſſe ſedem ait, terrae prouentus, veſtitum et quae ſunt huius generis plura commemorat. Cum Leone l. c. maximam partem conuenit. Vid. *Galva.*

4) *Galva* غلوة *x*). (*Galovah* Herbel. Forte *Guelba*, locus qui occurrit in Itinerario le Blanc P. II. 114.) *ad Nili ripam ſita; Dankalam inde iter per Nilum facienti* 5 *ſunt dies. Vrbis incolae in terram Aegypti* (mercatus cauſa) *commeant. Dankalae et Galvae incolae cymbis Nilo impoſitis ex vrbe ſcilicet Nuabia deſcendentes, Ialakam vrbem petunt, in quam*, vti paulo poſt dicendi locus erit, *mercatores confluunt.*

A Galva ad Ialak terreſtri itinere decem dies habentur (per deſertum occidentem verſus, addit *Herbelot*); *breuiorem viam praebet Nilus.*

5) *Ialak.* (Varie ſcribitur. In fine Climat. I. ſect. 3. legitur mendoſe يلان (Ilan); initio ſection. 4. بلاق (Bilak) vid. p. 69. not. i. et p. 3 eiusd. ſection. بيلاق (Ilak) ita etiam in ſequentibus. يلاق procul dubio lectio genuina. Herbelotus *Ilak* et *Ialak* ſcribit. Ibn al Vardi vero ويلاق *y*).

Sita

*) Num غلوة verior ſit lectio incertus ſum. IBN AL VARDI enim p. 39 vbi in ſectas ſciſſos eſſe Chriſticolas perhibet, addit: l'une appellée علوة Ceux-ci demeurent dans une grande ville nommée *Oulailoula*; l'autre Nouba, leur ville eſt Douncala, qui comme la première eſt ſur le bord occidentâl du Nil. Videtur EDRISIUM ſectae nomen pro nomine vrbis accepiſſe; nam quod ad ع et غ attinet, facile permiſceri poſſunt. Situs vrbis *Oulailoula* cum *Galva* EDRISII conuenit. —

l. c. p. 39. Litera و fortaſſis ad nomen proprium plane non pertinet, ſed copula eſt, et per errorem diligentiſſimi licet DE GUIGNES in textum gallicum quoque irrepſit. — Infra p. 2 ſectionis quintae lin. 2 ſcriptum eſt نيملاق (Nimlak); perperam, ni fallor.

Sita eſt vrbs Ialak inter duo Nili brachia [i. e. ad Aſtaborae (Taccace) et Nili confluentiam]. *Haec eſt vrbs, ad quam mercatorum naues confluebant et ex qua porro ad montem Genadil vsque procedebant* z). *Princeps huius inſulae Regi Nubae eſt ſubiectus* (vid. ſupra vrbem Samna pag. 69). *A Marcata Aethiopiae vrbe* 30 *ſtationum interuallo dirimitur.* vid. *Galva.* Verius forſan Ialak, inſula, quam vocat Edriſius, cum Meroe veterum comparatur, quam ipſa Nuabia, de qua paullo ante diximus.

6) *Sula* سولة. Nomen huius *metropolis* lectoribus ſuis tradidit Edriſius, vel eius Epitomator, praetereaque nihil; apud ceteros, quos euolui Arabes, et autores recentiores ne hoc quidem inueni *a*).

XII. *Albanin* البنين.

(Ibn al Vardi بليون *Baliun* effert.) *Equites Nigrorum* (pag. 18), *gens quaedam vagabunda*, cuius obiter tantum mentionem iniicit Edriſius. Quae de illis tradit, en habeto. *Gens haec gloriatur originem a Graecis* (روم) *Koptis* (قبط) *et Chriſtianis ante Moslemos florentibus ducere. Sunt vero Iacobitae* (vid. Herbelot, ſ. v. *Iacoub*). *Perpetuo vagantur, vt Lamtunae natio, et incurſionibus vexant Bogenſes, Nubienſes et Habeſſenos.*

Ita

z) Bakui l. c. . . . de là (Jalak) à la montagne Dgianadel il y a ſix journées de chemin.

a) Bene itaque Herbelotus ſ. v. *Saoulah*, ville de Nubie, inquit; de laquelle les Geographes Orientaux ne remarquent aucune particularité. De Edrisio, inquam, bene hoc monet Herbelotus, forte autem phraſis *les Geogr. Orient.* de ſolo Edrisio intelligi debet.

Ita quidem, Edriſius noſter. Autoritatem ſuam Edriſio addit, cuius verba infra *b*) adiecimus, Ibn al Vardi. Herbelotus tandem ſub vocibus *Albanin*, *Albima* et *Balbanin* populum eundem depingit, ſed maximam partem ád ductum delineationis Edriſianae. Ea vero, quae ex aliis Arabum ſcriptoribus collecta, addidit, vel tribus repetere licebit. Sub voce nimirum *Balbanin* optime verba Edriſii commentaturus ſcribit, eſſe gentem Graecorum vel Aegyptiorum veterum, qui ex eo tempore, quo Aegyptum ſubiugarunt Arabes, ex patria ſede Aſſuan et Nubiam verſus ſe ſubduxerunt quidem; ita tamen, vt ſaepiuſcule Aegyptum praeprimis ſuperiorem incurſionibus vexarent hoſtilibus ac praedabundis. Sub voce Albima autem ante oculos habuit Herbelotus aſſerta Ebn Batrikh (Eutychii), quo teſte *Ahel* (Tribus) *Albima*, in Aegypto potiſſimum *inferiori* (?) circumagens, rebellionibus ac tumultuationibus periculoſiſſimis graſſauit, vsque dum ducibus *Al Mamonis* (ſub cuius Chaliphatu in maximum numerum excreuerat, vti addit autor gallicus) deſtitueretur et numero et viribus. — Ad hunc vsque diem ſuperſtes *videtur* haec natio, nomine quidem mutato conſuetudine tamen, in naturam verſa, immutata. Mappa Haſii nimirum offert R. *Balous*, haud procul a litore diſſitum. Brucii mappa nomen *Hallanga* hoc ipſo in loco habet; ſed quae (eodem Brucio adiudicante) tractum hunc obſidet eſt tribus Arabum nomadicorum *Biſcharin* vocata ac ob rapinas homicidiaue, omnium ibi degentium iterque facientium odiis irretita. Regnum *Balu*, quod Lobo (vid. verſ. germ. pag. 110 et not. Ehrmanni ad h. l.) deſcribit, forſan idem.

XIII.

b) IBN AL VARDI verba autem adſcribo: l. c. pag. 39. بلبيون ſont des peuples qui habitent ſur le bord de la mer. vis-a-vis l'Hedgiaz, entre la mer et le pays de Badgia (Boga); ils ſont braves et incommodent beaucoup leurs voiſins; ils ſont chrêtiens de la ſecte des Jacobites. —'

XIII. *Terra Boga* بجّة

Bakui effert البكجة; ſine articulo quoque بكجة; Terra haec, autore eodem ſita eſt in occidente et in vicinia Aidabi. Cum Edriſio ergo facit Bakui, ex cuius deſcriptione nimirum colligi poteſt, ciuitatem hanc intercedere debere inter Aegyptum et Nubiam. Accedit ad horum ſententiam etiam Abulfeda, de Boga in Tabula Aegypti verba faciens. Inter recentiores illis adſtipulantur D'Anvillius in mem concern. les fleuves de l'inter. Afriqu. l. c. et Tabb. geograph. Secedunt vero Ibn al Vardi (l. c. p. 54 quo autore terra parua Boga ſita eſt inter Habaſch, Nubiam et deſertum), Leo Africanus, (quantum ex deſcriptione eius colligimus,) et Herbelotus ſ. v. Bagiat, (ex quo inter alia diſces apud Iacutum terram hanc audire *Bagiavat* idemque nomen eſſe Camelis inde exportatis). Fuit certe (p. 44) tempore Edriſii ciuitas non obſcura, quod, licet, quantum memini, fuſe de illa non egerit, ex deſcriptione Adab (عذاب) coniectari poteſt. *In vrbe Adab*, ait, *commoratur regum Aegypti et regis Bogae praefectus, qui reditus eius aequabiliter diuidunt. Aegypti praefectus annonam et quae ad vitam ſuſtentandam neceſſaria ſunt ex terra ſua apportari ad vrbem curat; Bogenſis eadem ex Habeſſinia exigit. Ceterum regis Bogae praefectus plerumque in deſerto commoratur et raro vrbem intrat. Adabae incolae Bogae terram frequentant, ſuasque merces cum butyro, lacte ac melle commutant.* — Num *Adab* ad Bogae tractum pertineat, nec ne, in incertis habeo. Geographi orientales quoque diſcrepant *c*). Abulfeda ad Aegyptum referre maluit. — *Mons Alalaki* (جبل العلاقي) cum ſuis auri argentique fodinis

c) Vid. Abulfed. *Tab. Aegypt.* pag. 36. Confer. autem, quae infra v. *Adab.* dicemus.

fodinis procul dubio ad ditionem Bogae referendus eſt. *Ad radices montis* (Alalaki), ait p. 18, *proſtat vallis arida aquae penuria. Nec tamen omnino aqua deeſt; nam, ſi etiam non admodum alte montem hunc effodias, aqua ſtatim proſilit. Maximam autem celebritatem inde hic mons ſibi conſciuit, quod hic auri argentique fodinae praeſtantes diligentiſſime colantur.* Ita Edriſius. Nunc deſcribit idem montem quendam *ſmaragdo feracem d*); quo depicto pergit: *Aurifodina, ante*

d) Bakui (II, p. 393) autore ad terram Bogam pertinet mons praedictus; ait enim: & on y trouve des mines d'emeraudes, que les marchands transportent dans les autres contrées. Ces mines ſont dans les montagnes. Les plus belles emeraudes, que l'on tire, ſont vertes; ce ſont celle qu'on appelle *Salaki*. Edrisius l. c. ita habet: *In confiniis Aſuan, in meridiem Nili mons reperitur, ſitus in deſerto, ad cuius radices extat fodina ſmaragdi, feſſoribus ſane perfrequens; vnica enim eſt fodina in orbe terrarum* (Edriſio nota); *et ex hac diſtrahuntur ſmaragdi in reliquas regiones.* Brucii *Jibbel Zumrud* (I, 258) cum hoc monte forſan conuenire iam alia occaſione conieci (vid. Anhang zu J. Bruce Reiſen, Rinteln 1792. pag. 1[illegible]). De ſmaragdi fodinis Aegypti loquitur Lucas Voyage (fait en 1714 – 17) ed. Amſtelod. T. II. pag. 109 ſq. Aliam huius fodinae deſcriptionem ex Teifaschio nobiſcum communicauit S. F. Ravius, vid. eius ſpecim. pag. 94. Sed, quid impedit, quo minus locum ipſum adiiciam? libelli enim laudati in Germania rarior vſus; deſcriptio autem omnino digna, quae cum Edriſiana comparetur. موضع الزمرد (Cod. Florent. الزمرد Arabes ſcribere et offerre, docet) الذي يوتي به منه في التخوم بين بلاد المصر والسودان خلف اسوان يوجد في جبل هناك كالجسر فيه معادن تحفر فيه وتخرج منه الزمرد قطعا صغارا كالحصباء منبتة في تراب المعدن وربما اصيب العرق منه متصلا فتقطع وهو جيده واما صغيره فانه يصاب في التراب بالنخل وذلك انهم ينخلون التراب ثم يوخذ فيغسل كما يغسل تراب الفضة فيوجد فيه الحجر بعد الحجر يوجد بعضه عليه تربة (Lugd. برقه) كالكحل الشديد السواد وهو اشد خضرة واكثر ماء وما وجد من الزمرد في التراب فهو الفص وما قطع منه

ante dicta, quae eſt in terra Bogaë diſtat ab vrbe Aſvan (Syene) *itinere 15 dierum orientem inter et ſeptentrionem.* Antea vero non alia praeceſſerat aurifodina quam haec. Laudat et Abulfeda aurifodinas terrae Bogae; et montem Alalaki *e*). Quae Edriſii deſcriptio multum ditari poteſt, ſi Abdelmoalem conferre velis *f*). Diſces inter alia ex illo vrbem adeſſe quoque eiusdem nominis. Ipſam hanc vrbem deſcribit Abulfeda *g*). De incolis Edriſius nihil narrauit. Bakui teſtatur eas eſſe Aethiopum genus *h*). Viliſſimos eſſe homines *Bugiha* populus Leo, victum eorum,

منه من العروق وهو القصب في اصطلاح الجوهريين وهو اعبقه واخلصه كما ذكرناه i. e. *Locus vnde affertur Smaragdus eſt in limitibus Aegypti et Aethiopiae prope Syenem. Eſt ibi mons quidam, qui pontis figuram refert. In hoc ponte fodinae ſunt vnde effoditur et educitur Smaragdus, qui exiguis fruſtis, tamquam glarea fracta, in puluere fodinae iacet. Saepe autem accidit, vt cum ipſa montis radice concretus reperiatur, indeque ſit exſcindendus, qualis Smaragdus omnium optimus eſt. Minuta autem Smaragdi fruſta in puluere facile inueniuntur. Cum enim per cribrum transmittitur puluis ille, illud quod in cribro remanet, abluitur, quemadmodum abluitur puluis qui argentum continet, ſicque inueniuntur ſenſim gemmae. Dantur etiam, quibus adhaeret cruſta quaedam ſtibio ſimilis, duraque et nigri coloris. Tales autem Smaragdi intenſiſſime virent et plurimum habent aquae. Quod autem ex Smaragdis in puluere colligitur, vocatur in commercio gemmariorum* الفص. *Quod vero ex radicibus montis exſcinditur, nomine* القصب *venit, atque hic quidem poſtremus Smaragdus praeſtantiſſimus et optimus eſt, vti commemorauimus.* Haec Teifaſchius; reliqua, quae habet, lectu digna quidem ſunt, verum ad nos nihil pertinent.

e) Tab. Aegypt. p. 35 et 36. Verba eius ita ſe habent وجبالها معدن ذهب تحصل منه بقدر ما ينفق في استخرجه وجبل العلاقي مشهور, i. e. In montibus eius venae auri ſunt, ex quibus non plus colligitur auri, quam vt cum ſumtibus paria facit. Caeterum mons Alalaki celebris eſt. —

f) Vid. Herbelotus ſub voce *Allaki.*

g) Vid. Tab. Aegypt. pag. 35.

h) Bakui l. c. il eſt habité par des eſpeces d'Ethiopiens.

eorum, vrbem, quam quondam habuerunt etc. deſcribens, conſtanter affirmat *i*). Herbelotus, de incolis ſcribens Albanin populum, cum Bogenſibus confundere videtur.

XIV. *Suacen* سواكن.

Inſulam huius nominis nouit Edriſius. Pag. 4 vbi de curſu maris rubri ſermo eſt ita refert: *pergit hoc mare ad* جزيرة سواكن *inſulam Suacen* (Suaken). Sed praeter nomen nihil ex Edriſio diſces *k*).

XV. *Terra Habaſch* ارض حبشة.

Eſt Alfragani بلاد الحبشة et eod. pag. مملكة الحبشة Bakui بلاد حبشة *l*) et *Prouincia Abaſia* vel *India intermedia* Pauli Veneti *m*).

1) *Limites.* Ex noſtro definiri nullo modo poſſunt, ſi verbis ipſius expreſſos cupis; tantummodo id, quod nemini non notum eſt, ex iis locis, vbi vicinos recenſet, apparet, Nubiam inter et terram Barbarae eam eſſe ſitam. Ibn al Vardi, et Bakui vna

i) pag. 662.

k) Plura ex Orientis ſcriptoribus collegit HERBELOTIUS ſub v. *Souaken.* De *etymo* et *origine nominis* adi BOCHART. Phal. L. IV. c. 29. p. 318. Scil. סכיים ipſi ſunt Troglodytae; סכה inter alia et *ſpelunca*, hincque oppidum *Succhae* in occidentali ora maris rubri, hodie *Suachen.*

l) ALFRAGAN l. c. p. 36. BAKUI l. c. T. II. p. 394. cf. HERBELOT. ſub voce *Habaſch*; et de voce حبشة J. LUDOLFUM Comment. p. 49 ſq. GOLIUM not. ad Alfr. p. 89.

m) l. c. Libr. III. p. 159. Breuiter, attingemus, ait, *Indiam intermediam*, quae proprie *Abaſia* appellatur.

vna cum Abulfeda et Macrizi *n*) accuratius hac in re verſantur.

2) *Montes.* In ea ſectione, qua Abeſſiniae chorographiam exarauit autor noſter, *de monte Lunae et quibusdam lacubus* loquitur, quibus deſcribendis nunc immoremur.

Mons Lunae (p. 16) جبل القمر (Apud Ptolemaeum σελήνης ὄρος; apud Marmol. T. III. p. 157. Monts de la Lune, ou *de Beth.*) Duos eſſe huius nominis montes conſtat; in Arabia felici alterum, qui nihil ad nos, in terra *Aethiopiae* alterum, *eundemque patrem multorum aliorum montium*, quos nunc iuuat diſſertius, duce Edriſio, deſcribere.

Eſt vero hic mons vltra lineam aequinoctialem ad XVI gradus. Maximam ſibi apud Arabes non ſolum ſed etiam apud Graecos eo conſciuit famam, quod in illo Nili fontes contineri, nemine dubitante, autumarunt; (vid. ſupra p. 11) ſed et Edriſium et alios autores veteres hic falſos eſſe, nec dubium

n) Ibn al Vardi l. c. T. II. p. 39. Grand pays, ait, ſitué vis-a-vis de l'Hedgiaz, dont il eſt ſeparé par la mer, il s'étend depuis l'orient de la Nubie, jusqu' a ſon midi. Bakui l. c. Grand pays, qui a au Nord du Khalidge al Barbari, au midi celui de Tibr, à l'orient celui des Zinges. Abulfeda p. 29. وبلاد الحبشة متصلة بالبحر وساحل بلاد الحبشة مقابل لبلاد اليمن وللحبشة مدن كثيرة بلادهم تتصل بالخليج البربري i. e. terrae Habaſch attingunt mare earumque litus reſpicit ex aduerſo Arabiae felici. Habaſchi habent multas vrbes et ipſorum ditio pertingit vsque ad ſinum barbaricum. — Macrizi (p. 2) autore in Oriente terminatur *mari Indico* (i. e. ſinu Arabico); in occidente, regione *Tocrur* (ea, de qua ſupra p. 32 ſermo fuit? vix putem); in meridie *Vadi Borcha* (وذي بركة forte بوكة Edriſii, vid. infra Sofala; nimiae extenſionis cauſa tamen vix credo). Breui, vt dicam, Habeſſinia autoris huius vix comparanda cum noſtra eiusque extenſione. De finibus inter recentiores fuſius egit J. Ludolfus Hiſt. L. 1. §. 7 ſq.; et inprimis conf. quae ſumma diligentia congeſſit Ehrmann ad Itin. Lobo II, 267 ſq. coll. 295.

dubium eſt, nec mirum. Nemo enim, vt cum Jobo Ludolfo *o*) loquar, illius tempore in mediterranea Africae ad latitudinis auſtralis gradum XII penetrauerat, multo minus hanc eleuationem poli, quam ille conſtituit, mathematica arte aſſecutus erat. Quae quidem de Ptolemaeo dicta, pariter etiam de Edriſio dicta ſunto. Plura de monte Luna ac fabuloſa refert Schehabeddin l. c. II. p. 155 ſqq. Cf. quae de *Lunae montibus* (ſic vocat) obſeruauit Brucius Tom. III. p. 581 ſq. verſ. germ. *Pater eſt mons Lunae plurium*, quos Edriſius his nobis deſcribit nominibus. Tres praecipue nominat, *ab occidente ad orientem protenſos*, de quibus vero nihil certi mihi conſtat.

a) *Monti Lunae proximus vocatur ab Aegypti presbyteris mons templi picti* (جبل هيكل المصور). Nomen hoc a monaſterio celebri accepiſſe Herbelotus autor eſt *p*).

b) *In huius vicinio, ſed magis ſeptentrionem verſus eſt mons, qui ab iisdem mons auri* (جبل الذهب) *vocatur.* Nominis originem ipſe Edriſius explicat, commemorans *auri fodinas in illo reperiri.* Eſt forſan idem mons, qui ad ditionem Bogae pertinet. Alias enim de veritate huius rei fere dubitauerim. Ludolfus enim Hiſt. Aeth. L. I. c. 6. Aurum, inquit, politum et purum reperitur in fluminibus, *hinc opinio*, in montibus vicinis gigni et vi fluminum auulſum eſſe.

c) *Monti auri* (p. 17) *proximus eſt mons ſerpentum* (جبل الحيات), *quod nomen ea quoque terra, in qua iſte ſe attollit, gerit.* Cauſam huius nomi-

o) Commentar. p. 122.

p) Sub voce Gebal Comar.

nominis Edriſi narrat, relata referens q); ſcribit enim يزعم (ferunt). — *Perhibent nimirum huius tractus incolae ſerpentes hic reperiri maximos, qui ſolo aſpectu interficiant.* Huc forte vocanda ſunt verba Gregorii Habeſſeni, quae interprete Ludolfo ita ſe habent: "Serpens datur apud nos, „brachii longitudine, et craſſitie, colore puni„ceo, ſed ſubfuſco, ſub fruticibus aut herbis „latens; illuc ſi acceſſerit homo vel brutum, „forti halitu tam peſtilens ac foede olens virus „exſpirat, vt animali breui pereundum ſit, niſi „mature remedium afferatur." *Porro in hoc monte et in hac terra haberi ſcorpiones colore nigros, auium magnitudinem habentes,* (Herbelot. auſſi gros que des moineaux), *letiferos* r).

3) *Lacus* (p. 16). *Nili fontes decem e monte Lunae delapſi conſtituunt duos Lacus, 6 ſtationibus inter ſe diſſitos, in quorum quemque quini ſe immergunt: tum excurrunt ex quolibet horum lacuum tria flumina, quae, vbi communicatis aquis coincidunt et lacum quendam efficiunt maximum,* quem Abulfeda, procul dubio autoritate Edriſii ductus, Cura (Tzana?) compellat s). Ptolemaeus hunc lacum ignorauit. Secundum autorem noſtrum quaerendus eſt *ſupra lineam aequinoctialem, ita tamen vt eam attingat. Refertus eſt piſcibus capite auium inſtar roſtris praedito, aliisque monſtris marinis. Ad ripam eius exſtructa eſt vrbs*

q) HERBELOTUS quoque l. c. quum, quae noſter hic habet, exſcribit, incipit: La tradition peut être fabuleuſe du pays eſt &c.

r) BRUCIUS (Epitom. T. I. pag. 449) de ſcorpionibus colore nigris loquitur: Einige unſerer Leute wurden geſtochen; es hatte *aber weiter keine üble Folgen*, als einen kleinen Geſchwulſt &c.

s) D'ANVILLE in Memoir. &c. T. XXVI. p. 61. L'Abbé *Renaudot*, ait, ſelon des extraits manuſcrits d'Abulfeda a ecrit *Couir* en parlant de ce lac; dans la traduction d'Abulfeda, faite depuis par l'Abbé *Aſcàri* on lit *Çura*.

vrbs Tumi, de qua in fine deſcriptionis Abeſſiniae loquendi locus erit. — *Nilus a Lunae monte vsque ad Latum hunc fluit per interuallum 10 ſtationum.*

) *Fluuius.* Quum quae de Nilo, falſe quidem, narrauit Edriſius, ſupra iam indicauerimus, reſtat, vt fluuii, *cuius ripae vrbes Ganbita, Nagiaga, Marcata appoſitae ſunt* (aliter enim eum depingere nequimus, quandoquidem Edriſius nomen eius obticuit, vel, ſi mauis, neſciuit) mentionem faciamus. *Fluuius iſte* (p. 19) *fontes habet ſuos vltra lineam aequinoctialem, meridiem verſus, in vltimis terrae cultae finibus, et, Abeſſiniam ſecans, prouoluitur occidentem inter ac ſeptentrionem prope Nubiam in Nili brachium, quod circumcirca vrbem Ialak t) ambit. Eſt fluuius magnus, latus, copioſus aqua, tarde fluens.* Non defuerunt Edriſii tempore (p. 19) iam, *qui ob gemellam cum Nilo naturam* (*incrementum enim et decrementum patitur, ſicuti Nilus*) *eum pro Nilo ipſo haberent*, contra hos auctoritate inprimis *Ptolemaei Peluſii et Haſani filii Almonder innixus, contrarium* contendit Edriſius. Procul dubio deſcribitur flumen *Tacaze* (Strabonis et Ptolemaei Ἀϛαβὸρας p. 541) de quo obiter Gregorius Habeſſinus apud Ludolfum *u*) ita tradit: "Priusquam autem perueniat (Nilus) ad illud (regnum Sennar) reperit duos magnos fluuios qui effunduntur in illum, *venientes ab oriente*, vnus vocatur *Tacaze* etc." De la Croix *v*) Tacaze fluuium in Nilum ſeſe exonerare, quidem tradit; Dapperus *w*) vero iuxta vrbem Ialak con-

 fluxum

t) Ita procul dubio legendum. In libro eſt نيملاق *Nimlak* ſect. 5. pag. 2. lin. 2.

u) Hiſtor. Libr. I. cap. 8. §. 41. coll. §. 103.

v) T. III. pag. 263.

w) Dapper qui p. 672 fluuii huius curſum a ſcaturigine vsque ad oſtium proſequitur, ait: Er entſpringt aus drey Brunnen &c. . . . und ergieſſet ſich auf das letzte bey der Stadt *Jalak* in den Niel.

fluxum fieri teſtatur. Cf. omnino D'Anville Mem. l. c. pag. 51 et autores quos Kurzmann ad h. l. (II, 9) excitauit.

5) *Terrae bona x)*: *hordeum*, *dora*, *lac*, *legumina*, *oryza*, *piſces*, *aurum y)*. vid. vrbes Marcata, Nagiaga, et vrbes maritim. *Lignum deficit vrbis Nagiagae incolis.* Bene congruit quod Paulus Venetus z) de victu incolarum *Abaſiae* tradidit.

6) *Agricultura. Incolae Nagiagae exercent agriculturam; ſerunt hordeum et dora.* Attamen Ludolfus a) aliter edoctus fuiſſe videtur ita ſcribens: *hordeum* vel gramen ſimpliciter equorum ibi pabulum eſt (vti et, teſtante Niebuhr, in Arabia); quadrupedum cauſa nihil quidquam ſerunt ac metunt etc.

7) *Mercatura. Ad Zaleg* (p. 19. 20) *appellunt naues, mare rubrum ſulcantes mercesque apportantes, quas in Abeſſinia diuendunt ac pro eis aurum et ſeruos* (الرقيق vid. infra p. 91) *reportant.* — Qui mercaturam in hoc regno exercent teſtante Ludolfo Arabes ſunt b), qui

x) De fertilitate ſoli terrae huius fuſe agit JOB. LUDOLFUS Hiſtor. Libr. I. cap. 9, et in BRUCII opere paſſim terra, omnis generis frugum ferax, celebratur. Fertilitatem eius teſtantur etiam verba Geographi Arabis BAKUI l. c. 394. Il y a dans ce pays beaucoup de deſerts et peu d'eau: il produit du mouza, du raiſin, des grenades; on y trouve des Eléphans, des girafes (ſupra p. 25) et des boeufs, dont on ſe ſert au lieu de chameâux pour trainer les chariots. Il y a auſſi dans ce pays des hienes et des boeufs ſauvages.

y) Vnde aurum recipiunt Abeſſeni ex BRUCIO diſces, vid. Verſ. germ. T. II. p. 9. Teſte JOBO LUDOLFO I, 6 aurum et purum et politum in fluminibus reperitur ac autore NIEBUHR auro Abyſſiniae Arabes vtuntur.

z) Libr. III. cap. 45. p. 161. Viuunt, ait, *carne*, *lacte* et *riſo*, oleo vero vtuntur de ſoſima facto.

a) Hiſtor. Libr. I. 9.

b) Hiſtor. Libr. IV. cap. 7. Arabes, ait, qui emporia maris rubri incolunt, maxime Muhammedani per totum regnum ſparſi, mercaturam in hoc regno exercent (et paucis interiectis, pergit): Poſt hos Armenii, cultu diuino Habeſſinis fere conformes: et mercandi per orbem terrarum periti, primas tenent

qui emporia maris rubri incolunt et Armenii. Quibus dictis quisque ſibi poſſet perſuadere, Habeſſinos ſolum mercaturam paſſiuam, quam vocant, vel ſi mauis, permutationem (vt diximus) exercere, id quod etiam Ludolfus *c*) queſtus eſt. Sed ſi pag. 24 (in fine) operis Edriſiani confers, longe aliter res ſe habere videtur. Ibi recenſet mercatores, qui portum Zabid frequentant, et in numero eorum occurrunt etiam Habeſſini. *Habeſſini*, ait, *huc deferunt merces ſuas* (*ſeruos* رقيقهم); *exportant vero varia aromatis genera Indiae, ac vtenſilia, vaſa ſinica et id genus ſimilia.* Nautae Habeſſeni occurrunt etiam p. 22 vbi inſulam Cambelam *d*) deſcribit. *Ad eam ſcilicet confugiunt a via aberrantes Iemenitae et nautae Habeſſini e*). — Fere contenderem et Edriſium et Ludolfum (vterque pro ſuo tempore) vera adnotaſſe. Alia forte mercatura (actiua) floruit tempore Edriſii, alia (paſſiua) Jobi Ludolfi.

) *Vrbes.* — Initio quartae partis Climatis primi, ad terram Habaſch pertinere ait vrbes *Marcata et Nagiaga* ſed in medio fere partis quintae (p. 20)

 eas

c) Hiſtor. l. c. Hi (Arabes et Armenii), ait, merces varias important, aurum vero omne exportant, vt mirum non ſit tanta Aethiopes laborare paupertate. Nihil enim neque auri, neque argenti introrſum vehitur, ſed mercibus Indicis tantum permutatio fit. — Querimoniis finitis merces quae importantur et exportantur recenſet.

d) *Sita eſt haec inſula e regione arcis Arabiae felicis Hacam nomine, arboribus eſt conſita, montibus aſperrimis inſtructa, in qua varii generis animalia viuunt &c.*

e) Loquitur quidem pag. 22 et 24 (hoc nimirum quis obiicere poſſet) de mercatoribus et nautis Habeſſinis, ita tamen compellare poſſet Arabes atque Armenios retro vehentes et رقيقهم ſeruos *ſuos* (*quas ſcilicet emerant*) exponentes. — Dubitem; nec Marmolii verba leuiter reiicere velim quae Tom. III. pag. 143 ita ſe habent: Elle (Mombaſe) eſt habitée d'Arabes Mahometans, qui ont un roy à qui *les Abyſſins* et les Indiens s'addreſſent pour le commerce.

eas deſcribit; ceteraſque huius terrae vrbes continet eadem pars quinta *f*).

1) *Ganbita* جنبيتة (Herbelot. *Giambita* et *Gianbitah* et ſub voce *Habaſch*, *Gionbitah*) *vrbs terrae huius maxima ac admodum incolis culta, ſita in ſolitudine ab aliis aedificiis* vel potius *locis cultis remota. Quae ad ipſum pertinent aedificia et campi adiacent flumini quod, Habaſch ſecans, in Nilum ſeſe effundit* (vid. ſupra pag. 85). *Incolae* (pag. 20 vbi, quae iam dicta ſunt repetens, addit) *aquas puteorum bibunt.*

Ganbita, autore *Iobo Ludolfo g*) non vrbs, ſed forſan nomen caſtrorum regiorum fuit. — Abdelmoal et Abulfeda *h*) metropolin ac ſedem regiam compellant *Germi* جرمي pro quo Golius mauult legi جومي *Axumam* ſub hoc nomine latere ratus; ſed vide Ludolfum l. c. cf. tamen Bruce III, 122.

2)

f) Saepe diuque miranti, quae tandem cauſa eſſet, vt in operibus geographicis nomina harum vrbium, vnam vel alteram ſi exceperis, nusquam inuenirem, adeo, vt ne ex ſoni ſimilitudine quidem enucleare quidquam poſſem, ſubuenit Job. Ludolfus (*Comment.* p. 22) ita querens: "Verum ita de Habeſſinis diſſerit (Edriſius) „vt vix ſciri poſſit, quid velit. Quippe plurima peregrina locorum „atque vrbium nomina adfert, quae nec apud veteres, nec ho„diernos ſcriptores reperiuntur."

g) l. c. Tantum, ait, appellatio maximae vrbis, quam ille جنبيتة vocat nobis legenda et exponenda videtur Jan-Bet, *Regis domus* vel *ſedes*, quia forte tunc temporis Vrbs illa vel caſtra regia ſic vocabantur. Axumae, tam antiquae et adhuc durantis nullam (quod mireris) facit mentionem. Stabiles autem ſedes reges Aethiopiae deſerta Axuma non habuere. Quae res exteros fefellit, *vt pro Vrbe memorarent, loca caſtrorum temporaria.* Ludolfi coniecturae fauere videtur nota Bruch III, 309 de diuiſione militum domeſticorum, vbi inter alia haec: Dieſe Truppen werden in vier Compagnien abgetheilt, wovon jede unter einem Schalaka (Oberſten) ſteht. . . . So ein Korps nennen ſie *Bet*, welches ein Haus oder Zimmer bedeutet, weil jedes nach dem Nahmen eines der königlichen Zimmer benennt iſt &c. Ingenuo autem fateor me neſcire num is vſus huius vocabuli iam Edriſii tempore adfuerit.

h) Abdelmoal apud Herbelotum ſub voce Habáſch; Abulfeda p. 33. cf. Golius not. ad Alfr. p. 89 et Ludolf. Comment. p. 94.

2) *Nagiaga* نجاجه (Herbelot. *Nagiagah*) (p. 19. 20) *vrbs parua, eidem cum Ganbita fluuio adiacet, cuius ciues agriculturam exercent et fructus productos, dora i) et hordeum aptant, reponunt, iisque veſcuntur. Hanc vrbem inter et Marcatam intercedit ſex dierum ſpatium, ſi eo per fluuium deſcendis; decem vero et quod excedit, ſi per cliuoſum locum aſcendas. Cymbae quibus vtuntur paruae ſunt; carent enim ligno. Citra has vrbes in parte meridionali nec habitatio, nec quicquam notatu dignum reperitur. Inter vrbem Nagiaga et Ganbita interuallum eſt octo ſtationum k).*

3) *Marcata* مركطه *vrbs parua, at populoſa,* (pag. 19. 20. paſſim) *ſine moenibus, ſita ad eiusdem fluminis magni ripam. Ciues eius veſcuntur hordeo, piſcibus et lacticiniis, quibus abundant. Huc ſe conferunt mercatores vrbis Zaleg. Diſtat* (p. 19) *Marcata ab vrbe Ialak* 30 *ſtationibus; a Nagiaga* (p. 20) 6 *diebus; et a Ganbita* 8 *ſtationibus.* Apud Macrizium p. 2 occurrit مرادي *Maradi,* quae et *Amhar* apud eundem audit. Si conueniret, eſſet forte prouincia Amhara, ab Edriſio, vt vrbs deſcripta. Ergone Ganbita, Nagiaga et Marcata prouinciarum nomina? Interrogo, non definio.

i) Niebuhr pag. 985: egregie noſtrum locorum illuſtrat, vid. ſupra p. 26. not. *s*. Brucius (Epitom. T. I. 452) opportune habet: Gegen Abend ſchickte er . . . . 30 *Laibe Brodte, aus Dora* gebacken &c. Pulchre conſentit etiam Sicard (Nouv. Mem. T. II. p. 143.) On fait du pain de cette graine pour les paiſans.

k) Crediderim fere legendum eſſe نجاسي, ita vt idem hic error deprehendatur, qui paulo ante adfuit. *Nagaſi* rex erat, cuius ſedes vrbs *Sabrat* fuit. Quae coniectura, ſi probabilis videatur, cfr Macrizi p. 2. (Brucius, T. I. verſ. p. 528. 562. 568 &c.)

Vrbes *maritimas*, quae in hac terra reperiuntur commemorat Edriſius p. 19 et 20. *Situs earum eſt in confinio terrae Barbarae.* Sunt: *Zaleg* l), *Mankuna*, *Akent* et *Bakte*. *Veſcuntur ciues harum vrbium piſcibus, lacticiniis et leguminibus, quae deferunt ex oppidis ſuis; ad ripam ante dicti fluminis magni ſitis m).* Haec ſere ſunt, quae in vniuerſum ab Edriſio dicuntur; nunc eodem duce ad ſingularium vrbium deſcriptionem deſcendamus. Agmen ducat

1) *Zaleg* زلغ (p. 19, 20) (Abulfeda, Macrizi et Ibn al Vardi زيلع, Marmol. *Zeyla*, Dapper *Zeila*).

Sita eſt haec vrbs iuxta mare rubrum [p. 20 . . . *ad litus maris ſalſi n) quod iungitur mari rubro*]. *Vrbs eſt anguſtis limitibus, incolis tamen abundans et magnus hic confluit hominum concurſus. Maxima enim pars nauium, mare rubrum ſulcantium, hic appellunt, ibique merces ſuas exponunt, quas deinde in Habaſchiae regionibus diuendunt atque ex iis aurum et*

ſeruos

l) Deſcriptionem regionis *Zailae* amplam exhibet Macrizi p. 9 ſqq.; eam in ſeptem regna diuidi ait, ſcilicet *Auſat* (اوفات), *Davaru* (دوارو), *Arababni* (اربيني), *Hadia* (هديه), *Scharcha* (شرخا), *Bali* (بالي), et *Dara* (داره); quae Noſter omnia ſilentio praetermittit. De ſitu vrbis Zeilae habet بافي جزيرة بحر (peninſulam puta). Cf. Ehrmann ad Lobo II, 273 ſqq.

m) التي يجلبونها من قراهم التي على ضفة النهر المذكور

n) *Periculoſum eſt*, teſte Edriſio, *ad hunc locum iter maritimum; ob breuia quibus mare ad Babelmandab vsque eſt refertum. Qua ex cauſa* (pergit) *nautae vel hunc locum vitant, vel ſi cymbis, paruis adeo ſulcare audent, vento abripiuntur et poenas naufragio ſoluunt.* Idem etiam p. 20 et 21 denuo occurrit. — Pulchre conſentit Procopius in *Perſicis* libr. I. p. 32. Ἐν σκότῳ γὰρ (ait) ναυτίλλεσθαι ἐν ταύτῃ δὲ τῇ θαλάσσῃ ἀδύνατόν ἐστι ἐπεὶ βράχεα [illegible] ἐπὶ πλεῖστον συμβαίνει εἶναι. Ceterum cf. autores ſupra p. 9 laudati. Quibus add. Brucius Tom. I. verſ. p. 487 ſq.

ſeruos o) reportant. — Reſtat vt diſtantias locorum adnotemus. *A Zaleg ad oras maritimas Iemen* (Arab. felic.) *tres habentur curſus iuſti; porro ad vrbem Monkuna a Zaleg eſt iter 5 dierum ſcilicet per terram; iter maritimum breuius.* Ita quidem Edriſius. Vrbs Zaleg زلغ apud ceteros autores non occurrit, ſed زيلع Zeila, apud Abulfed. *p*), Ibn al Vard. *q*), Marmol. *r*), Dapper. *s*) aliosque, quorum deſcriptiones, cum ea, quam Edriſius de Zaleg exhibuit admodum congruunt, vt facile videas vnam eſſe eandemque vrbem *t*). Si زلع ſcriptum eſſet, legere poſſes quomodo forſan in quodam Mſto Ibn al Vardii, de Guignes inuenit; addit enim in nota adiecta *ou* Zala. Num ita ſcripſe-

o) Sionita reddit merces et argentum &c. In impreſſo eſt الرقيق vocabulum, quod per *ſeruos* reddere mallem. Seruos ex Habaſch educi Ibn al Vardi l. c. teſtatur: "On eſtime," ſcribens, "beaucoup les eunuques de ces pays et les femmes eſclaves ſont très-belles." Abulfeda qui noſtrum vrbe ditare poteſt ſcribit p. 35. وهديه بلدة للحبشة جنوبي وبات ومنها يجلب الخدام ويخصونهم في قريبة قريبة من هديه, i. e. *Hadiah* vrbs Habaſchenica in meridie *Vafat* vnde ad nos afferuntur Eunuchi quos in oppido prope Hadiah caſtrant. Adde Dapper. p. 651. Hasselquist p. 123. Pococke I, 189.

p) pag. 37.

q) *Notices &c.* l. c. pag. 39.

r) Tom. III. pag. 155.

s) l. c.

t) Ibn al Vardi زيلع pays, air, au midy de l'Ethiopie; ſes habitans *ſont nombreux &c.* Abulfeda: Zaila, ait *Ibn Said*, eſt vrbs Hab. Moslemis habitata ad angulum aliquem maris &c. (وهي على ركيب من البحر) porro: .. eſt emporium Hab. verſus Arabiam felicem (تحواص اليمن); porro: aliquis qui eam vidit appellat vrbem paruam (مدينة صغيرة) &c. &c. Marmolius ſitum vrbis, quam pro Avarita Ptolem. habet, quoque comprobat; nec diſſentit Dapper. p. 53 ſq. Zeila, inter alia habet, wird für einen der beſten Oerter dieſes Strandes gehalten, . . *darin alles von Menſchen kribbelt und wibbelt.*

ſcripſerit Edriſius? ſubdubito, quandoquidem, quoties nomen huius vrbis occurrit toties زلع ſcribitur. Num autem زيلع vel زلع reſcribendum ſit, decidere non audeo. — Silentio tandem non praetermittenda ſunt praefationis (pag. 4) verba, iuxta quae *vrbs* زلع *Zaleg ad Bogae tractum* pertinet (vid. ſupra p. 9). Non bene capio, fateor, paragraphum hunc ex praefatione Edriſii deſumtum, quare iis, quae modo adſcripſi, nihil addere audeo *u*).

Sed reuertamur.

2) *Mankuna* (pag. 20. 21) منقونة *vrbs maritima, meridiem verſus ſita, 4 dierum itinere terreſtri ab Akent vrbe;* diſtans. (vid. *Zaleg.*)

3) *E regione* (pag. 21) *Mankunae ſita eſt in deſerto oppidum* (بلدة) *v*) *quod vocatur Kalgiun* قلجون (Herbelot. paraphraſtes; *Calgiun* effert); *ab inuicem 12 ſtationibus per deſertum diſtant.*

4) *Akent w*) اقنت (mendoſe, credo; ſect. 5. p. 2. lin. 6. اقلت) *vrbs, ſita prope litus meridiem verſus. Appellunt quidem ad eam naues, ſed paruae tantum nec admodum onuſtae, quia mare ibi nautis non fauet et breuibus ac puluinis nauigationem impedit magis quam promouet. Ceterum vrbs iſta parua eſt, nec admodum homini-*

u) EDRISIUM ſequitur MACRIZI l. c. prouinciam Zaila pro Terrae Habaſchiae prouincia quoque habens. Sententiae Arabum noſtrorum (ABULFEDAM enim aliosque a parte horum ſtare video) ſubſcribere noluit EHRMANN ad LOBO Tom. II. p. 268 not. vbi ita loquitur: Makrizi ſcheint dem habeſſiniſchen Reiche eine gröſſere Ausdehnung zu geben, als es je gehabt hat, weil er auch Zeila dazu rechnet.

v) SIONITA reddit: *regio quaedam.*

w) SIONITA vertit, quoties occurrit *Ecgent.* HERBELOTIUS quoque ſub voce *Habaſch Akent* ſcrib. Plura idem ſub hac voce dabit.

hominibus frequens et maximam partem vaſtata. Ab hac vrbe ad

Bakte بياقطي (p. 20. 21) *vrbem maritimam, iter* 5. *dierum.* Nihil de hac vrbe nobis Edriſius narrauit, niſi eius diſtantiam a

Batta (p. 20. 21) بطا *vrbe, interuallo ſcilicet* 8 *dierum. Batta autem proxime contermina oppidis Barbaris, quorum primum Gua non longe ab illa diſtat.* Le Blanc (II, p. 111) memorat vrbem *Baza;* forſan conuenit. Forte conferenda eſt vrbs Barbara Marmolii Tom. III. p. 156, quam pro Malaca Ptolemaei habet. Situs tamen (18 lieues de Zeyla vers le ſeptentrion) quadrare non videtur. Aliam audeo comparationem, cum vrbe ſcil. regni Adel, *Met* (vid. Mapp. Haſii) vocata (apud Brucium I, 489 *Mete*; apud Lobo, verſ. germ. p. 103, Meth, audit). B. nimirum et M. ſaepius permutantur.

Tumi طومي x) *vrbs. populoſa* (p. 16) *ad ingentem lacum* (vid. ſupra pag. 85) *ſita; ſeritur* y) *in ea oryza. Ad ripam huius lacus eſt ſtatua, quae manus pectori impoſitas habet et Maſna* (مصنع) *vocatur. Statua haec quondam fuit homo ſceleſtus, qui facinorum cauſa ita fuit transformatus.* Ibn al Vardi idem tradit. z).

XVI.

x) Ibn al Vardi طرمي (Tarmi) habet; eadem eſt cum Tumi vrbe; ſed forſan intricata ſcriptura Mſſ. bene legi non potuit. Incertum fuiſſe ſaltem de Guignes vel ex eo conſtat, quod verſioni *Tharmi* addit *ou Tarba.*

y) Sect. 4. Clim. I. p. 2. lin. 16. pro يزرع leg. تزرع

z) l. c. Tharmi (Tumi), ait, grande ville ſituée ſur un lac formé par les eaux du Nil. Sur le bord il y a une ſtatue de pierre, que *l'on ſuppoſe* être celle d'un homme, qui à cauſe de ſa méchancete a été ainſi petrifie. — Herbelotus ſub voce *Masnah* idem ex Edriſio reddit.

XVI. *Mons Mandeb.* a)

Iam vicinii cauſa in cenſuram veniat

Mons Mandeb جبل المندب *Diſtat ab inſula Cambela duorum curſuum interuallo; circumcinctus eſt mari; altior eius pars meridiem ſpectat, protenditur vero ſeptentrionem verſus parua inclinatione ad occidentem. Longitudo eius eſt 12 fere miliarium. Qua parte Habaſch reſpicit, plenus eſt puluinis ac inſulis vsque ad Zaleg, Akent et Bakte, ita vt in maris illa parte nemo vela dare poſſit b). Naues, ferreis clauis compactas in hunc montem ita defigi, vt auelli nequeant, autor eſt Almonder,* (Edriſio ad h. l. excitatus). *Vix tamen euitari poteſt, quin naues mare rubrum ſulcantes illum praeteruenıant, cum mare ibi tam anguſtum ſit vt a Continenti Arabiae felicis quis facile poſſit conſpici. In hoc monte eſſe antrum* addit, *quod ſi quis ingrediatur, pereat, ſiue a feris deuoratus, ſiue in Abyſſum praecipitatus*, vti ſibi fingit Noſter. *Lapidibus et coemento* vero iam Edriſii tempore *fuit obrutum.* —

Montem Mandeb eſſe promontorium illud quo mare rubrum aperiatur quaſi, et a quo fretum Bab el mandeb denominatum ſit, quisquis facile videt. Omnes orientis geographos montem hunc magnetis lapidibus refertum perhibere (h. e. nugari) Herbelotus

a) De ſitu et latitudine freti *Bab el mandeb* ex NIEBUHRII Itinerario T. I. p. 448 haec adſcribere iuuat: Die Polhöhe dieſer berühmten Meerenge kann man auf 12°. 38′ ſetzen. „*Babelmandeb* ſcheint da, wo es am ſchmälſten iſt, ohngefähr 5 deutſche Meilen breit zu ſeyn.

b) Vid. Collect. Itin. Lipſ. T. I. p. 193 vbi haec: Der Eingang iſt 6 Meilen breit und voll kleiner Eylanden und Felſen, ſo daſs man auf die Gedanken fallen möchte, der Eingang wäre mit Fleiß verlegt worden &c.

lotus auctor eſt. Apud Ptolemaeum, ni fallor, fretum Bab el mandeb, *Mondi* inſula vocatur.

Plura dabunt: Herbelotus *c*), Marmol. *d*), de la Croix *e*), Brucius *f*).

XVII. *Terra Barbara* ارض بربرة.

1) *Iuxta mare omanicum* (p. 21) *ſita eſt terra Barbara* (Ptolemaei regio Barbarica, l. IV. c. 8.); *proſpectat* (p. 22) *a ſeptentrione terram Iemen* (Arab. felic.), *a qua ſinu magno, cuius latitudo plus minus 600 milliarium eſt* (*prout ſcilicet maris orae vel per deſertum extenduntur vel promontoriis reſtringuntur*), *diuellitur;* (eſt ſinus Avalites Ptolemaei ſ. Barbaricus) *tum* (ibid.) *contermina eſt terrae Zengitanae.* — Ibn al Vardi *g*) et Abdelmoal *h*) iisdem fere verbis vtentes a parte Edriſii ſtant.

2) *Victus.* *Teſtudines marinae,* [*quae vocantur apud illos baſa* (البسه)], *potiſſimum incolis cibum ſuppeditant.* (p. 21.) (Vncinis incluſa, Sionita in verſione praetermiſit.) Herbelotus ſuſpicatur inde hic fuiſſe Ichtyophagorum (Ἰχθυοφαγοί Ptol. p. 205) ſedes; cf. Strabo p. 495.

3) *Mons*

c) Sub voce *Mendeb* et *Bab al Mandeb.*

d) Tom. III. pag. 162.

e) Tom. IV. pag. 156.

f) Edit. germ. P. I. p. 154. Mappa Brucii ad T. I. verſ. germ. offert *Cap Mandeb.* Cf. Kurzmann II, 9.

g) Ibn al Vardi Notices T. II. 40. بربرا Ce pays, ait, ſitué ſur le bord de la mer, vis-a-vis l'Jemen confine à la Nubie.

h) Abdelmoal (Geographus Perſa) apud Herbelotum ſub voce *Berbera* ponit hanc terram entre la ligne Equinoctiale et le premier Climat; les pays des Zenges (Zanguebar) et la Côte de Cafrerie en ſont fort proches.

3) *Mons* vel promontorium *Chakuni* خاقونى *i*); *exſurgit ab vrbe Terma ſeptem capitibus quae ſub aqua* 44 (40 Ibn al Vard.) *miliaria in mare protenduntur k*).

4) *Vrbes. Tribus vrbibus* (p. 21) hanc terram incoli initio ſextae ſectionis Climatis primi refert, *Karkuna*, *Marca* et *Nagia:* plures tamen adeſſe non eſt dubium. In fine enim quintae ſectionis *vrbem Battam conterminam eſſe terrae Barbarae*, perhibet, additque *cuius prima* (*vrbs*) *eſt Gua*. Ex Herbeloto quoque patet non tam ſtricte accipi debere, Edriſii verba *l*). Iam ad vrbes deſcribendas procedamus.

1) *Karkuna* قرقونة *vrbs maritima, cui mons imminet in meridiem ſeſe extendens. Diſtat ab vrbe Gua duarum dierum itinere maritimo m*); vid. *Terma*.

2) *Gua* جوة (p. 21) *non longe diſtat a Batta vrbe Habaſſenica, adeo vt prima ſit inter vrbes Barbariae Habaſch verſus.* Herbelotus effert *Giouch*, *Giouah* et ſub *Carcuvah Givah*. Marmolius nihil praeter nomen *Choa* habet *n*).

3) *Terma*

i) Ibn al Vardi l. c. habet *Canouni*. Certo idem eſt ac Chakuni; facile tibi explicabis quomodo ex خ fieri poteſt ق et vice verſa. Ceterum ad verbum cum Edriſio congruit.

k) Herbelotus hunc locum Edrisii ita παραφραζει: Khacouni, nom d'une montagne de la Barbarie Ethiopique. Cette montagne a ſept croupes, qui s'avancent ſur la mer & *une autre* vers la terre qui s'étend jusques à une province fort peuplée, qui port le nom de *Hauiat*. Cave decipi verbis *une autre*; non octo enim ſed tantum ſeptem capitum mentionem facit Edrisius.

l) Herbeloti verba: Edriſi compte entre les villes de la Barbarie Aethiopie *Alengia*, Karkuna, Maraka et *Tarma*. Quae apud Herbelotum *Alengia* audit vrbs, ea ex noſtra pronuntiationis ratione Nagia compellatur: nomen nimirum exaratum eſt النجا; atqui ال pro articulo h. l. ſumere noluit Herbelotus; idem tamen ſub *Marakah* ſcribit *Nagia* et ſub voce *Nagia* de vrbe noſtra agit.

m) Sub voce Berbera Herbel. *Karkuna* quidem ſcribit; caue autem ne fruſtra vocem hanc euoluas; potius quaeras *Carcui*

n) Vid. Herbel. ſ. v. *Giouch* et Marmol. T. III. p. 157.

3) *Terma* ترمه (p. 21) (*Tarmah* Herbel.) *itinere maritimo* 5 *diebus a Karkuna diſtat.*

4) *Ad montis Chakuni* خاقوني (p. 21) *caput quoddam ſunt regiones paruae* (بلاد صغار) *oppida conſtituentes* (كاري)* *quae nuncupantur:*

Havia الهاوية; Ibn al Vardi l. c. de vrbe parua *Haovia* loquitur *o*). Vtri maior fides habenda ſit, neſcio.

5) *Marka* (p. 21. 22) مركه, *vrbs maritima; a promontorio Chakuni ad vrbem hanc conficies iter trium breuium curſuum p); at terreſtri itinere ſeptem dies conſumſeris. Ad duas ſtationes a Marca eſt flumen eodem, quo Nilus, fluxu decurrens, cuius ripae dora conſeruntur.* Eſt forſan hic fluuius idem, qui aluit vrbem *Makdeſchu*, quam Abulfeda pag. 31 delineat; fluuius, inquam, idem, quem v. c. mappa Haſii F. *Magadoxo* appellat. Kurzmann II. p. 26 coniicit eſſe forſan flumen Jubo ad Maraçates vrbem: ſed nimis diſtare videtur vrbs haec quam quod commode poſſit cum noſtra *Marca* comparari.

6) *Nagia* النجا *vrbs maritima, diſtat a Marca ſeſquidiei itinere maritimo, terreſtri via autem 4 diebus. Nagia eſt vltima terrae Barbarae* (p. 22.) *q*).

XVIII.

o) Verba eius ita ſe habent: Sur un de ces ſommets, il y a une petite ville qu'on nomme *Haouiah*. Crediderim fere eſſe هدية regnum *Hadiah*; vid. Macrizi pag. 12 et ſupra pag. 91. not. o. Abulfed. p. 35. Facile omnino و et د inter ſe permutantur.

p) Herbel. ſub voce *Marakah* interpretatur per 90 milles.

q) Nec Abulfeda, vrbem بربرا (Barbara) nomine terrae Barbarae, vt ipſe teſtatur capitalem, deſcribens, Terram Barbaram ignorabat.

XVIII. *Terra Cafrorum* بلاد الكفرة.

Quae pag. 22 operis Edriſiani, quas modo deſcripſimus, vrbes ſubſequuntur, quarum incolae Cafri ſunt, ad terram Barbaram eas etiam referre poſſes; delectum tamen, ſi recte video, adhibet autor noſter terrae Barbarae et terrae Cafrorum, vti etiam terrae Zengitanae et regionum praecedentium. De *Nagia* enim contendit, eſſe اخر ارض بربر, *vltimum locum* terrae Barbarae; de vrbe *Berva vltimam eſſe vrbem* Cafrorum (اخر بلاد الكفرة); pariter *Daguta* vrbem compellat *finem terrae Sofalae* et *Baies*, *terminum terrae Zengitanae.* Autore Edriſio igitur videtur diſtinguendum eſſe inter has regiones; licet alias omnes hae regiones ſub generaliori Cafrorum nomine venire conſueuerint. — Barbariam et Cafrorum terram non diſtinxiſſe videtur Ibn al Vardi *r*).

Vnde nomen hoc incolis huius tractus ſit impoſitum vocabulum Cafer ipſum indicat, eos homines denotans, qui Moslemorum religionem non colunt; pag. 27 enim *homines iſtos lapides quosdam piſcium adipe vnctos colere* tradit.

Vrbes itaque, quas ad terram Cafrorum pertinere exiſtimo ſunt:

1) *Kar-*

r) Les habitans de Berbera, ait l. c. p. 40, mangent les grenovilles et vont en mer à la peche. Idem innuit Edriſius deſcriptis vrbibus *Carnua* et *Bezuna*, quarum incolas Cafros eſſe contendit. HERBELOTUS ſub voce *Cafarah* peculiarem regionem eſſe aſſerit, ſcribens: "*Cafarah* ou *Caferah*, pays ſitué ſur le rivage oriental „et meridional de l'ocean Ethiopique, que nous appellons ordi„nairement la côte de Caferie — ou le Zanguebar." Nunc vero addit: "Les Arabes l'appellent auſſi *Berberah*, nom, qui approche „plus de celuy que les anciens Géographes lui ont donné: car ils „appellent cette mer *mare Barbaricum*, et le Golfe, que la mer y „fait, *ſinus Barbaricus.*" Probe. Saepiſſime autem ita ſcribit, vt ad mentem eius intelligendum diuiniore ſagacitate opus ſit. Vid. quaeſo, voces *Bazuna*, *Carnua*, *Nadoubah* et inprimis voces *Zeng* et *Melindah*.

1) *Karnua* (p. 22) قرنوة *vrbs parua maritima, diſtans a Nagia itinere* 8 *dierum s*). Vid. Bezunah.

2) *Bezunah* بزونه (p. 22) 6 *dierum itinere a Karnua diſtat. Oppidum eſt magnum et incolis ſatis frequens t*). *Incolae huius et Karnuae vrbis veſcuntur ranis, ſerpentibus aliisque id genus nauſeam creantibus, a quibus* (addit Edriſius) *hominis natura abhorret u*). — *Ambarum item vrbium cultores ſunt Cafri et conterminae ſunt ambae terrae Zengitanae prope litus maris ſalſi* (omanici); *verguntque a ſeptentrione ad Arabiam felicem.*

3) *Berua* (vel Braua) بروة *ad mare* (pag. 27) *indicum appoſita, vltima eſt vrbs terrae Cafrorum* i. e. (interprete Edriſio) *qui nullam tenent religionem* (الذين يعتقدون شيا) *ſed lapides erigunt, adipe piſcium vnctos, eosque colunt v*). Vernacula lingua hos homines *Fetiſch-Anbeter* compellat vid Gatterer l. c. pag. 55. Non eſt dubium, quin haec vrbs ſit *Braua*, prouincia hodie. Marmolius et le Blanc fuſe *w*) de vrbe *Braua* tradunt.

G 2 4) *Ne-*

s) HERBELOTUS ſub voce *Carnuah* ſitam eſſe ait: "entre les provinces Berbera et de Zenge ſur la côte de Zanguebar;" at ſub voce *Bazunah* ſcribit — *Carnuah* qui appartient au pays de Berbera.

t) HERBEL. ſub voce *Bazunah* habet: Ville batié ſur la mer Jemanique. Elle eſt ſituée entre les pays de Berberah et de Zenge dont le premier eſt à ſon ſeptentr. et le ſecond à ſon Midi. Nous appellons aujourd'hui les pays de Berbera et de Zenge la côte des Cafres et le Zanguebar.

u) Ita fere *Pp. Societatis* in Epiſt. annuis *Schankalos*, depingunt; quos eosdem Ludolfus Troglodytas Veterum eſſe, autumat. Cf. J. LUDOLFI *Comment.* p. 199.

v) HERBELOTUS ſub voce Berva ville, ait, la plus meridionale du pays habité par les peuples que les Arabes appellent *Kiaferah* et nous autres, les *Cafres.* C'eſt la côte de Cafrerie ou de Zanguebar.

w) Tom. III. p. 154. LE BLANC P. II. p. 98, qui eam quoad ſitum et ambitum, cum Samacara Arabiae vrbe confert, pergit: Elle eſt eſleuée, ſur une montagne, au pied de la quelle paſſe un beau fleuve, que les Arabes apellent *Arab* et les Abiſſins *Morabo*. Adde his DAPPERUM p. 652.

4) *Neduba* ندوبة *urbs maritima, tridui itinere maritimo a Berua diſtans, et tribus diebus ac noctibus, item maritimo itinere a Melinda, Zengitanae terrae, urbe.* — Num vrbs haec ad ditionem Cafrorum pertineat nec ne, ſuſpenſus haereo. Herbelotus ſ. v. v. *Berua* et *Nadoubah*, affirmat quidem, et ll. cc. terram Cafrorum a Zengitana terra diſtinctam eſſe tradit; ſed vid. quae paulo antè de eius fide dicta ſunt.

XIX. *Terra Zengitana* بلاد الزنج.

1) *Situs. Confinis* (p. 28) *eſt Sofalae auri* Ibn al Vardi ſitum eius vna cum limitibus accuratius conſtituit *x*).

2) *Terrae foetus. Urbes Melindae* (p. 27) *et Monbaſae* (p. 28) *ferri fodinas colunt.* In deſcriptione Monbaſae vrbis *canes rubri*, *tigres*, *pardi*, *hyaenae* (ذاب), occurrunt.

Ibn al Vardi ne verbo quidem ferri mentionem facit. Marmolius *y*), de his vrbibus multis verbis agens, nihil item de ferro refert. Solus Bakui *z*) eſt qui Edriſio quodammodo conſentit, inquiens, "malgre leurs richeſſes, ils ne portent que *des ornemens de fer.*" Num equos, mulos et camelos terra haec alat, ex Edriſii ſilentio euincere nollem; ſed Ibn al Vardi *a*) deeſſe eos affirmat et hoc in cauſa ponit, cur Nigri bubus vecti pugnent.

3) *Mer-*

x) l. c. p. 40. Eſt ſitué, ait, vis-à-vis de l'Inde dont il eſt ſeparé par la grande mer. Leur pays, qui eſt très grand et très peuplé s'etend *jusqu' à Sophala d'or et à celui de Ouacouac.* Idem p. 54. leur pays, ait, eſt le plus grand que les Noirs occupent; il tient d'un côté à l'Abyſſinie. Masudi l. c. T. I. p. 54. L'étendue du pays des Zinges, ait, au couchant et de Manaa à l'orient, ſeize cents paraſanges ſur deux cents-cinquantes.

y) Tom. III. pag. 142 ſqq. de vrbe *Melinde* et p. 146 ſqq. de vrbe *Monbaſa* exponit.

z) *Notices &c.* Tom. II. pag. 395.

a) l. c. pag. 40. vid. paullo poſt, not. g.

3) *Mercatura* (pag. 27). *Ferrum diuendunt Melindae ciues, non autem rude, ſed elaboratum;* hanc ob cauſam pulchre addit Edriſius, *hinc illis non ſolum mercaturam venire illuſtriorem, ſed magis lucri accreſcere.* Autore Ibn al Vardio *b*) cum Omanitis in mutuo rerum commercio verſantur; et Herbeloto teſte plus ferro lucrantur quam auri ramentis.

4) *Fluuii. Vrbs Melinda appoſita eſt flumini cuius aqua dulcis eſt.* Nomen eius Epitomator forte omiſit; eſt forte *Quilimanſi* flumen, quod autore Dapper (p. 639) ad 1000 paſſus ab vrbe fluit; oritur ſub nomine *Obyr* in Habeſſinia. Plura vid. Marmol. III, pag. 103. vid. *Monboſa.*

5) De incolarum moribus, conſuetudinibus et quae ſunt eius generis ſimilia, ſi ex Arabibus edoceri velis, Edriſium fruſtra euolues; Bakui (l. c.) vero harum rerum cupidis ſatisfaciet; nec pauca ſunt quae Herbelotus ſub voce *Zeng'* ex variis ſcriptorum operibus congeſſit. Legi quoque meretur Maſudi (l. c.) quippe qui iam ſciuit non ſolum in Africa, ſed etiam in India eſſe Zengos etc.

6) *Mons Agerad* جبل اجرد *Promontorium eſt altum ac ſublime inter vrbes Baies et Tahna, aſſurgens. Summo impetu* (p 28) *mare montis latera, dudum iam exeſa, alluit. Nautae ſumma cum circumſpectione illud declinare ſtudent, quippe quod naues ad ſe attrahat c*):

 Forte

b) l. c. pag. 40. Les Zindges n'ont point de vaiſſeaux, les habitans d'Oman vont chez eux acheter des Enfans pour les rendre ailleurs. La commerce, qui on y fait, conſiſte en dents d'Elephants, en peaux de Tigres et en ſoie & en *ouade*, qu'ils tirent des iles qui ſont dans leurs voiſinage. (ouada forte aquae ſuaveolentes?)

c) HERBELOTUS ſub voce *Agiurd* ita hoc explicat: "Ce cap ait, eſt „fort dangereux a cauſe des goufres qui attirent les vaiſſeaux, „s'ils ne s'en eloignent." Sed in his, vt mihi quidem videtur, mentem EDRISII diſſimulat; is ſcilicet, vna cum caeteris Arabibus, de montibus lapide magnete refertis, cogitans, nugatur.

Forte eſt mons Agerad Cap Zanguebar, quod omnes mappae exhibent.

7) *Vrbes:*

1) *Melinde* ملندة (p. 27) *vrbs eſt ingens, haud longe a mari diſtans* [*e regione* (p. 22) *inſulae Sokotrae*] *ad ripam fluminis, cuius aqua dulcis eſt, ſita.* (vid. paullo ante nro. 4.) Quantum lucri ex ferrifodina faciat, ſupra iam ex Edriſio adnotauimus. *Ferunt incolas incantare animalia noxia, ne, niſi tui velint, cuiquam noceant.* Herbeloto autore multos ſerpentes et noxia animalia venenoſa, vrbs haec habet. Sed forte Edriſii ſunt verba, paullo tamen immutata.

2) *Monbaſa* منبسة, *vrbs parua* (p. 27), *maritima, ſita* (*e regione inſulae Sokotrae* p. 22) *ad flumen magnum* (Arabia) *d*) *ad duas inde dies adhuc nauigerum, cuius tamen ripa habitationibus deſtituta eſt. Incolarum induſtriam ferri fodina exercet. Venantur porro tigrides, et canes eorum rubri tanto robore pollent, vt facile hyaenis, pardis ceteriſque feris ſuperiores dicendi ſint.* Herbeloto ſi fides habenda, mercatoribus vendunt vrbis huius incolae ferarum tergora.

Vaſco de Gama ad vrbem hanc appuliſſe anno 1477 etc. ex Marmolio l. c. diſces.

3) *Baies* بايس *vrbs populoſa, in confinio Sofalae ſita, vltima eſt terrae Zengitanae. A Monbaſa diſtat*

d) Gatterer l. c. p. 665. Mombaſſa, ait, auf der Flusſinſel des Rio Arabia. Forte Edriſii flumen apud Marmolium (III, p. 146) ſub Canalis nomine venit. Verba eius haec: Elle (vrbs M.) eſt à couvert dans un recoin à l'entrée du Canal . . . le Canal eſt ſi large qu'on y peut naviger à pleines voiles, & y tourner pour prendre le vent &c. Forte vonvenit *Zubch* fluuius, de quo Interpres Lobo germanicus T. II. p. 27 ſcribit. Vid. eiusd. Lobo verſ. gall. p. 270 vel Kurzmann II, 26.

diſtat 6 dierum itinere, maritimo vero, curſus cum dimidio. Ab Anſuga, inſula Raneh, curſus interuallo e) vid. Herbelot ſub voce *Baïs.*

4) Procul dubio huc referenda eſt vrbs

Tahna تهنا *a Baies, itinere terreſtri, ſecundum litus inſtituto, 8 diebus, maritimo vero curſu cum dimidio diſtat. Baies et Tahna magnus interiacet ſinus, qui, quo minus via recta ac expedita proficiſcantur, vel nauibus vehantur, itineratoribus impedimento eſt f).* De promontorio *Agerad,* has inter vrbes ſito, ſupra iam egimus.

XX. *Terra Vakvak* ارض الواقواق.

1) In *ſitu* huius terrae non diſſentiunt ab Edriſio Arabes, quos inſpicere contigit: conterminam ſcilicet eſſe *terrae Sofalae* vno ore contendunt.

2) *Incolas eſſe nigri coloris* monet Edriſius.

3) *Vrbes.* Solus eſt autor noſter qui de vrbibus huius terrae loquitur; alii enim non niſi terrae mentionem faciunt. Sunt vero hae:

Dadu ددو

Janana جنانة

Dagdaga دغدغة *oppidum magnum, in vicinio harum vrbium ſitum.*

4) Ita Edriſius initio nonae ſectionis Climatis primi pag. 34. Neque vero praetermittenda ſunt quae idem in praefatione operi ſuo praemiſſa p. 3 obiter

 quaſi

e) Eſt quidem Clim. I. Sect. 7. pag. 3. lin. 1. البانس, *Banes* ſed procul dubio legendum البايس.

f) Situm huius vrbis HERBELOTUS ſub voce *Tabnah* ita finit. Située, ait, ſur la côte de Sofala aldheheb (auri) et ſur le rivage de l'ocean Ethiopique, que les Arabes appellent Bahr el Berber (mare barbaricum).

quaſi attigit. *Longitudinem maris indici*, inquit, *vti ab iis accepimus, qui mare hoc ſulcant et ab vna regione in aliam nauibus vehuntur, a Kolzom ad Vakvak* (من القلزم الى الواقواق) *eſſe 4500 paraſangarum.* Vix dubitari licet Edriſium de inſulis Vakvak, non autem de terra in Continenti ſita ita ſcripſiſſe; ſiquidem pag. 36 *mare piceum ex parte meridionali protendi ad vsque inſulas Vakvak*, diſerte tradit.

5) De *natione* Vakvak verba faciens Maſudi *g*) in dubitationem adducere poſſet ea, quae de *terra huius nominis* ex Edriſio attulimus. Ambigere poſſes, an non potius Vakvak nomen ſit incolarum Sofalae aldeheb vel terrae Zengitanae in nomine Makua forſan ſuperſtes? Nec tamen Arabum ſcriptis attento animo lectis, longius dubii haerebimus. Edriſii verba claſſica ſunt, يتصل بارض سفالة ارض وقواق: *contermina eſt terrae Sofalae terra Vakvak.* Vertere etiam poſſes *coniuncta eſt, cum terra* etc., ſed diſplicet verſio haec; aliis enim locis vbi يتصل occurrit ita vertere nefas. In hoc potius attendamus, Edriſium *vrbes* huius Terrae deſcribere, ac vti vocabulo ارض, tam vbi

g) Vid. l. c. Tom. I. pag. 15. Masudi parle d'une *nation* appellée *Ouacouac* qui étoit très-puiſſante; le roi portoit le titre de *Phalimi* ou *Aphlimi*; il étoit le roi des Zinges, *et il avoit une armée de trois cent mille cavaliers. Il n'y a dans ce pays, qui a ſept cents paraſanges d'etendue, ni elephans, ni mulets, ni chameaux;* il confine à celui de Sophala, où ſe rendent les vaiſſeaux d'Oman et de Siraph. Ibn al Vardi p. 40 idem ipſum *de Zengorum Rege* affirmat. Verba eius: Ses habitans (*de Zengorum Rege*, vti iam diximus, ſermo eſt), qui ſont les plus braves d'entre les Negres, font la guerre ſur des boeufs, parce qu'ils n'ont ni chevaux, ni chameaux, ni mulets. Leur roi peut mettre ſur pied une armee de troits cents mille homme. — Ex vno eodemque fonte procul dubio ambo hauſerunt; Masudi deeſſe contendit *elephantes*; Ibn al Vardi *equos*; hic ergo vti potuit vocabulo *cavaliers*, ille vero diligentior vtitur voce *hommes*. Inde colligi licet, Masudium vel plura commiſcuiſſe, vel eius interpretem de Guignes, nimis compendioſe reddidiſſe Masudii verba.

vbi de Sofala, quam vbi de Vakvak ſermo eſt, adeo vt, niſi per *terram* vel *regionem* verteres hoc vocabulum, in errorem delabereris, quum alias idem vocabulum aliter reddi nequeat. Vix credam exemplis opus eſſe; tamen ne fruſtra dixiſſe videar, en accipe ex Alfragani Elem. Aſtronom. p. 35 lin. penult. cuius verba ارض اليمن Golius ſcite vertit: *regio Iemen* et pag. ſq. ارض تهامة et porro ارض نجد i. e. vertente Golio: Regio *Negada et Reg. Tehama*. Edriſius etiam noſter ſaepiſſime vtitur hac phraſi; et ſexcenties in aliis libris occurrit. — Cum Edriſio faciunt et Ibn al Vardius ac idem ipſe Maſudi, cuius verba gallice verſa (il n'y a dans ce pays &c. et paulo poſt il confine a celui de Sofala &c.) nullam niſi hanc interpretationem permittunt: *Terram Vakvak confinem eſſe terrae Sofalae*, modo Maſudius de Vakvak, non autem de terra Zengitana loquatur id, quod ex hoc fragmento non admodum patere videtur. Quomodocunque res ſe habeat, Ibn al Vardii verba luce clariſſima omnia colluſtrant, qui *h)* incolas Sofalae in confinio *terrae* Vakvak habitare confirmat et alio loco, diſertius adhuc, terram Zengitanam *ad Sofalam auri vsque et Vakvak* ſe extendere contendit *i)*.

 Situs

h) l. c. Tom. II. pag. 40. Ils (incolae Sofalae) ſont voiſins du *pays* de *Onacouac*.

i) l. c. Leur pays (de terra Zengitana loquitur) . . . s'étend jusqu' a Sophala d'or et *a celui* de *Ouacouac*. HERBELOTUS vv. *Dadou*, *Dagdagah* et *Iananah* a noſtra parte ſtare voluit; verba eius integra apponere licet: V. Dadou ita habet: *Dadou* ou *Dedou*, Ville *d'un pays* de l'Afrique interieure que les Arabes appellent Vacouak; *elle* eſt contigue au pays nommé Sefalat al tebr. qui eſt une grande plaine où l'on trouve l'or en poudre. V. *Dagdagah*: Grande bourgade *du pays de Kacuák* ſituée en Afrique dans la partie Occidentale du premiere Climat. V. *Jananah*, Ville *d'un pays* d'Afrique, que les Arabes appellent Vacovák. Idem hoc repetit v. *Vacuac*.

Situs terrae Vakvak ſecundum Arabes, vt vidimus, in confinio Sofalae eſt. Iam vero ipſe Edriſius noſter admodum perplexis laqueis nos induit, *Bales* vltimam vrbem *Zengorum* et alio loco *Sofalam* conterminam eſſe *terrae Zengitanae* tradens, adeo vt tabulae recuſent locum, cui terram tam vaſtam, qualem Maſudi l. c. deſcribit, 700 paraſangarum extenſionis ei concedens, imponamus. Mihi quidem Maſudius, ſi locum ex eo integrum nobiscum communicauit de Guignes vel erraſſe, vel plura commiſcuiſſe videtur; (vid. paulo ante not. g). Animi ſententiam declarabo et errorem meum, ſi qui eſt, lectoribus corrigendum tradam; regionem Vakvak nimirum, paruam eſſe, nec magni momenti habendam *k*), mihi apparere, ac ſitam Sofalam inter et Zengitanam terram, ab ambabus autem diſtinctam, id quod et Edriſius et imprimis Ibn al Vardius poſtulare videntur; ita vt vni vel alteri harum regionum fuerit impoſita nec tamen ad eas pertinuit, vel ſub themate earum fuit, ſicuti et hodie multas prouincias cognitas habemus, aliorum regnorum ſolo impoſitas, et nihiloſecius tamen ſuo iure gaudentes. Quod autore Maſudio rex Vakvak Zengis praeſuerit, id admodum varie explicabis. Extitit forte quis ex familiis Vakvakienſibus olim, qui ob fortitudinem et animum clarus ad huius maieſtatis faſtigium proouectus eſt, et id genus ſimilia. Quem laudat Maſudi exercitus itaque non ſolum ex incolis Vakvak eſſet conſcriptus, ſed, fortaſſis miſcella turba ex Zengis et Vakvakienſibus.

Herbe-

k) Contradicere videtur vocabuli ارض vſus, ABULFEDAE ſaltem receptus, qui, teſte KOEHLERO (Tab. Syr. p. 171. not. 13), iſto vocabulo regiones aliquando maioris momenti, qualis v. c. Terra eſt Damaſcena, hoc ipſo vocabulo a ceteris Syriae nomis diſtincta deſignare conſueuit. Verum apud Edriſium, promiſcue de qualibet regione vſurpari deprehendiſſe mihi videor.

Herbelotus nihil praeter ea, quae ex Edriſio deſumſit nobiscum communicauit; veluti vbi de ſitu huius terrae ſub voce *Vacuac* verba facit errore quodam deceptus, prouinciam hanc abeſſe ab inſula *Lanchialos* duorum dierum itinere *l*). Edriſius enim *Inſulam Vakvak* ab inſula *Lanchialos* ſpatiō 2 dierum diſtare, ad nos retulit.

Patet ex hoc loco Geographum noſtrum de vna tantum inſula Vakvak, in *confinio regionis Vakvak*, ſermonem feciſſe. Pag. 36 autem et 37 de pluribus hoc nomine inſignitis loquitur inſulis. *Mare piceum refert* p. 36 *protenditur ex parte meridionali ad inſulas Vakvak vsque* et p. 37 *vltra inſulas Vakvak in confinio inſularum Maugae et Saheb poſitis, quid ſit, ignorari* monet. *Sinis* conterminas eſſe has inſulas ex Edriſio, Bakui atque Ebn Tophaili epiſtola apparet. Quae de illis inuenimus quoque adſcribere iuuat, licet huc non pertinere videantur. Bakui l. c. pag. 399 ita refert: "Les iles d'Ouakuak (واقواق) font ſituées „dans la mer de la Chine, dans le Voiſinage des iles „de Zanedge. On dit qu'elles font, au nombre de „ſeize cents (!); et pour s'y rendre, on ſe dirige „en obſervant les ètoiles; on y trouve un arbre ex„traordinaire, aupres duquel on entend une voix „qui

l) Herbeloti verba haec: Cette Province (ergo non de natione intellexit Edrisii verba, nec potuit) n'eſt eloigne de l'isle nomée Langialous, que de deux journèe de chemin ſelon Edriſi. Non bene vertit Herbelotus Edrisii يومان (2 dies) per deux journées *de chemin*. Iter terreſtre procul dubio in animo Noſter non habuit; ſiquidem eodem verſu inſulam كله Cala ab inſula لنكيالوس Lanchialos خمسة ايام 5 dierum (interuallo) abeſſe, tradit. Nec omnino occurrit per totam hanc periodum certum menſurae genus; quale v. c. eſſet مجري (Curſus); in ſequentibus enim quarundam inſularum diſtantiam paraſangarum menſura emetitur. Peninſulas enim vix innuit.

„qui ſemble dire *ouak ouak m*). Il y a dans ce pays „une ſi grande quantité d'or, que les habitans en „font des chaines pour leurs chiens, et des colliers „pour leurs ſinges." Videſis quam incerti ſint Arabes quamque varient! Idem ipſum ſcilicet, quod de auri copia narrat Bakui, refert etiam Edriſius noſter; non autem vbi de inſulis *Vakvak* loquitur, ſed vbi inſulas *Sailac* deſcribit. Audiamus verba eius verſus finem decimae Climatis primi ſectionis ومن هذه الجزيره يسار الي جزاير السيلا وهي كثيرة متقاربه بعضا من بعض وفيها مدينة تسمي انكره من دخلها من المسافرين استو طنها ولم يرد الخروج عنها لطيب تراها وكثره خيرها والذهب بها كثير جدا حتي ان اهلها يتخذون سلاسل كلابهم واطواق قرودهم من الذهب i. e. *Ab hac inſula* (Saha) *velari fieri poſſunt ad inſulas Sailae vocatas, quae multae ſunt et ſibi finitimae; eſtque in iis vrbs Ancera nomine, quam, qui intrat viator, incolit eam, nec eam in ſequentibus deſerit, ob ſoli bonitatem, opum abundantiam ac auri copiam, quae tanta eſt, vt habitatores eius canes aurea catena alligent et in colla ſimiorum collaria auro confecta appendeant.*

Ex Ebn Tophaili epiſtola tandem *n*) patet pro terra fabuloſa (Feenland) habuiſſe Arabes Vakvak. Audi quaeſo fabulam: ذكر سلفنا الصالح رضي الله عنهم ان جزيرة من جزاير الهند التي تحت خط الاسوا وهي الجزيرة التي يتولد بها الانسان من غير ام ولا اب وبها شجر يثمر نسا وهي التي ذكر المسعودي انها جواري الوقواق i. e.

m) وق Camusius explicat per vocem auis صُرَد, i. e. collurionis, ſiue lanii minoris. vid. Gol. Lex. col. 2709. Idem Camus l. c. وقواق nomen regionis ſupra Sinas eſſe perhibet.

n) Vid. Philoſ. autodidact. ſiue Epiſtol. Abi Jaafar, Ebn Tophail de Hai Ebn Yokdhan ed. Ed. Pocock (Oxon. 1671.) pag. 26. vel verſionem. Eichhornii germanicam.

i. e. *Retulerunt pii Maiores noſtri inter Inſulas Indiae vnam eſſe ſub linea aequinoctiali ſitam, in qua absque matre aut patre naſcuntur homines, et in ea arborem eſſe, quae fructus loco foeminas producit, atque eae ſunt quas vocat Maſudi puellas Vakvakienſes &c.* Sed hactenus de terra hac fabuloſa.

XXI. *Terra Sofala* o) *auri.*

1) *Nomen.* Pag. 28 ſcribitur سفاله الذهب; pag. 30 سفاله ſine voc. الذهب; ibid. exaratum occurrit سفاله التبر Ibn al Vardi pronuntiat سفله الذهب (ſine Elif poſt Fe) Bakui de vrbe Sofala verba faciens effert سفاله. Abulfeda denique: سفالة الزنج et in fine deſcriptionis huius vrbis diſtinguere ſe hanc Sofalam ſuo nomine a Sofala Indica, addit p).

Edriſii *Sofala aldeheb* diuerſam eſſe credas a *Sofala althebr;* comparatis autem inter ſe locis, vbi de Sofala agitur, pro vna eademque terra habendam eſſe vtramque exiſtimes. Pag. 28 nimium *vrbem Baies terminare terram Zengitanam, illique eſſe confinem terram Sofalae auri* (aldeheb) perhibet. Pag. 30 i. e. initio ſectionis octauae contendit *comprehendere iſtam ſectionem reliquam terrae Sofalae portionem;* antea vero p. 28 nulla alia Sofala adfuit, quam *Sofala aldeheb.* Iam memorat vrbes huius terrae

o) سفاله pp. eſt nomen appellatiuum, partem locumue inferiorem (Niederland) notans. De qua ſignificatione etiam Hebraeis trita vid. Joſ. 10, 40. et Jud. 1, 9. vbi partes הָהָר וְהַנֶּגֶב וְהַשְּׁפֵלָה ſibi inuicem opponuntur. Cf. Reland. Palaeſtin. p. 372. Plura vid. Herbel. ſ. v. *Sofala &c.*

p) Praeter Indicam occurrit quoque Sofala in Palaeſtina. vid. 1 Macc. 12, 38. et Michaelis adnott. ad verſ. germ. huius libri p. 275. W. A. Bachiene *hiſtor. und geogr. Beſchreibung von Paläſtina* B. I. T. I. §. 159. p. 353.

terrae (Sof. aldeh.); quibus deinceps deſcriptis *omnium praeſtantiſſimum aurum* (التبر) *in vniuerſa Sofalae regione ibi reperiri* ſubiungit ad aurum deſignandum, non vocabulo *aldeheb*, ſed voce *althebr* vſus. Tum emetitur more ſueto locorum diſtantias; et quae hic obuiam veniunt loca (Saiuna, Bucha, Gaſta) inter ſe vicinitatis vinculo ita iuncta eſſe videntur vt ad vnam eandemque terram pertinere cenſeas. Pag. 34 denique *vrbem Dagutam terminum eſſe* affirmat *Sofalae al Thebr.* Daguta vero, vrbs Sofalae althebr a *Gaſta* (vrbe Sofalae procul dubio; vid. paulo poſt) itinere maritimo 3 dierum ac noctium ſpatio tantum diſtat. Quibus argumentis perponderatis auctisque obſeruatione in *terra aldeheb* (auri facti) *prouenire althebr* (aur. nativ.) non duas Sofalae terras ſed vnam tantum aſſumi debere mihi quidem perſuaſum eſt. Addere his argumentis etiam poſſes, ſitum terrae Vakyak Sofalae terrae conterminum et Abulfedae ſcriptionem, qui non adiecta voce Thebr ſed vocabulo الزنج noſtram Sofalam a Sofala Indica diſtinxiſſe videtur. Ceterum Terram Thebr (بلاد التبر) i. e. Terram Vankara et Sofal. Thebr caue confundas. Ex quibus omnibus tricis forſan te expedies, ſi pro vna quidem eademque terra haberes Sofalam aldebeb et Sofal. althebr, ita tamen inter ſe diſtinctas, vt Sofala aldeheb ſit huius terrae pars ſeptentrionalis, Sofala althebr autem meridionalis. Sofalae aldeheb itaque cum Edriſio accenſendae eſſent vrbes Dandema et Hantema, Sofalae althebr autem, quas idem in ſequentibus memorat vrbes Saiuna, Bucha, Gāſta, Daguta. Ei regioni certe, cui nomen Sofala impoſuit, Edriſius ipſe adſcribere illas videtur, *conterminas* eſſe (pag. 30) *terrae Sofalae* (يتصل بارض سفالة)

3 *vrbes*

3 *vrbes q*), *quorum vna appellatur Saiuna*, tradens. Et initio ſectionis nonae (p. 34): *Ad maris Indici latus meridionale eſſe partem terrae Sofalae ſuperius* (p. 30) *memoratae, nec non vrbes atque oppida, de quorum numero Gaſta*, diſerte ſcribit. Sequuntur quidem (p. 30) verba, quae huic ſententiae adverſari videntur: â *Saiuna*, inquit *ad vrbem Dandemat*, *de terra Sofala*, vel: *vrbem Sofalae* etc. Cur enim, inquies, ſi Saiuna pariter ad Sofalae ditionem pertinet, addiderit verba: *de terra Sofalae?* Sed eiusmodi exempla ſaepius occurrunt, ſaepiusque deſideratur accuratior dictio. Eorum tandem, qui ad Sofalae terram cum vrbibus ſupra memoratis Saiunam vrbem quoque referre volunt ſententiam, Geographus Perſa *r*) et Maſudi l. c. propugnare videntur, in Sofala equos ali poſſe negantes, id quod Edriſius noſter in deſcriptione vrbis Saiuna obſeruat. —

2) *Situs. Confinis* (p. 28) *eſt terra haec regioni Zengitanae* (orientem verſus, addit Ibn al Vardi) *Vakvakae*, (p. 34) *et pars eius* (Sofala al thebr?) *ſita eſt ad latus meridionale maris Indici* (p. 34).

3) *Terra bona. Sofala auri* (Deheb) procul dubio nominata eſt, quod (p. 30) in tota hac terra producitur aurum (التبر) *tantae praeſtantiae vt nulli ſit facile comparandum.* Qua in re Ibn al Vardi, Bakui, Abulfeda aliique amice cum Edriſio conveniunt

q) Dapper vrbes, quas Edriſius memorat omnes, ſine vlla dubitatione Sofalae terrae adſcripſit. Verba eius p. 635. Man findet allda, wie Linſchoten meldet (auſſer Sofala), wenig andere Städte; wiewohl die Afrikaniſchen Landbeſchreiber (i. e. Geographus Nubienſis) nach der See zu noch zwo andere Städte ſetzen, welche als Dörfer gebauet, nehmlich Hantema und Dandema mit noch etlichen Höfen als Sajona, Bocha und Galta (Daguta, quae in ſequenti nona ſectione deſcribitur, ſilentio praetermiſſa eſt a Dappero), welche da herum am Seeufer liegen.

r) Apud Herbelot. ſ. v. *Sofala al Dhebeb.*

veniunt *ſ*). Sed in hoc autores laudati non acquieſcunt. Quod nimirum Abulfeda laudat ferrum, id eſſe tantae praecellentiae addit Ibn al Vardi, vt Indi ad id emendum conuolent. Idem quoque obſeruat ab incolis huius terrae cuprum auro anteferri.

4) Ambitum huius terrae, Edriſius quidem non definit; ſed ex deſcriptione (in duabus enim primi Climatis ſectionibus de illa agendum ei fuit) colligi poteſt, eum ſatis amplum fuiſſe. Terram vaſtam compellat Ibn al Vardi — — Ceterum non defuerunt qui terram hanc pro Salomonis Ophiro haberent; vid. Dapper pag. 638 ſqq. Nouiſſime hoc etiam euincere ſategit Brucius (Tom. I. verſ. p. 473 ſqq.); ſed, niſi me omnia fallunt, oleum et operam perdidit.

5) *Vrbes. Duas continere hanc terram* refert (p. 30) inter *quas et oppida parua iacent, et habitationes gentis, Arabum morem referentis t*). Vrbium harum parcam nobis reliquit deſcriptionem. Vna earum eſt

Dandema دندمة. (Vid. *Saiuna.*)

Hantema حنطمة altera; *utraque autem ſita ad oras maris ſalſi* (Indici). *Sunt paruae urbes oppidorum inſtar populoſorum, ab inuicem interuallo duorum curſuum, vel terreſtri itinere 7 dierum diſſitae.*

Dande-

ſ) Ibn al Vardi l. c. p. 40. il a auſſi beaucoup d'or, qu'on ramaſſe ſur la terre. Bakui l. c. p. 401. Sofala, c'eſt une des villes, qui, dans le pays des Zinges, eſt connue a cauſe de ſes mines d'or; l'or de ce pays eſt tres recherché par les marchands. Abulfeda p. 32. Masudi *Notices* T. I. p. 15. le pays de Sophala eſt très riche en or. Marmolius T. III. p. 144 ſigillatim (ſect. 31) de auro terrae Sofalae exponit. Adde Dapper. p. 636 ſqq. et Brucium T. I. verſ. p. 477 ſqq.

t) ودواوير رحالة كالعرب Sionita vertit: nec non gens vagabunda (forte: nomadica) vt Arabes.

Dandema metropolin terrae Soſalae eſſe denuo repetit.

Saiuna صيونه *u) vrbs non ita magna* (p. 30) *cuius incolae ſunt Indi* (الهند) *Zengi* &c. *v*). *Sita eſt ad littus maris vel* (vt paulo poſt habet) *ad oſtium magni fluuii, quem naues, ad vrbem tendentes, ingrediuntur. Reſidet in vrbe hac princeps terrae, cui exercitus, equorum penuria, pedeſtris tantum eſt. Ab vrbe Dandema diſtat itinere maritimo occidentem verſus tribus curſibus, terreſtri vero* 20 *ſtationibus; ambas enim interiacet ſinus w) magnus, in meridiem procurrens rectamque viam impediens.* Nomen huius vrbis in Sena, (caſtello quodam Luſitanorum) ſuperſtes eſſe videtur. Fluuius de quo hic ſermo, eſt ſine controuerſia quem hodie Zambize vocamus. *Diſtat porro vrbs Saiuna ab vrbe*

Bucha بوخه (non: بوحه *Buha*) (p. 30) *ſpatio trium curſuum x*). *Bucha ab vrbe Gaſla diſſita eſt itinere maritimo curſus interuallo, terreſtri autem* 4 *dierum. Ocha* Marmolii *y*) aegre cum Edriſ. Bucha comparatur. —

Gaſla

u) HERBELOTUS ſ. v. *Sajounah*, forſan incolarum cauſa ad terram Zengitanam vrbem hanc refert, et in meridie vrbis Sofalae ſitam eſſe perhibet.

v) à cauſe du commerce, addit HERBELOT.

w) In libro eſt غبا, SIONITA vertit per *Sinus*. Probe. Fortaſſe leg. خور vocabulum, quod infra denuo occurrit.

x) HERBELOTUS ſub voce *Bokhah*, ville, inquit, ſur la côte qui porte le nom de Sofalah et regarde l'ocean ethiopique, c'eſt la plus meridionale de toute la côté.

y) T. III. p. 151. Ocha, ait, eſt une ville a 17 lieuës de Melinde vers l'orient (adde: cum flexione ad ſeptentrion.) ſur la coſte de la mer de Brava &c.

Gaſta خسطة *vrbs parua* (p. 34) *ingenti ſinui adiacens* (خور) *quem naues ingrediuntur, diſtat ab vrbe Daguta itinere maritimo trium dierum ac noctium et ab inſula Komr* (قمر) *diei nauigatione z*). (vid. *Bucha.*)

Daguta دغوطة (p. 34) *extrema* (vel *vltima*) *eſt vrbs Sofalae Thebr* (auri natiui) *ad ſinum* (خور) *maximum appoſita a*). (vid. *Gaſta.*)

XXII. *Inſulae maris Omanici.*

1) *Inſulae Raneh* رانج (p. 28. 29). *Sitae ſunt e regione terrae Zengitanae maritimae. Plures ſunt ac magnitudine inſignes. Incolae earum ſemper fuſci ſunt coloris, imo cuncta, quae ab illis ſeruntur, vti dora, ſacchari arundines,* (Saccharum officinarum, Linn.) *arbores Caſur* الكافور (i. e. Camphorae) *b*) *colorem nigrum*

z) Herbelotus ſub voce *Dagoutha* errore quodam deceptus ita ſcribit: elle (*Dagoutha* vrbs) ſituée à 90 milles de la ville de *Giaſtah* et à 30 milles ſeulement de l'isle de Comar. Aliam deſcribit Edriſius inſulam Komr, quam autem non ad Africam, ſed ad Aſiam referre videtur. Ni fallor, inſulam *Sumatram* in animo habet.

a) Herbelotus خور h. l. male per *oſtium fluminis* reddit. Pergit idem: C'eſt (Dagoutha) la derniere du pays et la plus proche de l'embouchure du grand fleuve *nommé le Nil de l'occident; c'eſt le Niger, que nous appellons aujourdhui le Senega.* Vnde hoc habeat, equidem neſcio, nec video quomodo ita ſcribere potuerit vir doctiſſimus.

b) Pag. 35 plura de arboribus Caſur refert Edriſius. Deſcriptionem earum Lectoribus ſubtrahere nefas duco, ergo huc reuocaui. *In Inſula Cala* كله, *ait, ſunt arbores Caſur* (Camphorae) *optimae. Eiusmodi arbor non infimae eſt magnitudinis, ſiquidem homines centum, imo plures, ſub vmbra vnius arboris facile poſſunt conquieſcere. Salicibus eſt perſimilis. Lignum habet album ac leue. Camphora vero hac methodo elicitur: Arboris ad cacumen foramen terebrando faciunt, vnde ſtatim liquor effluit, quo multa vaſa poſſunt impleri. Vti fluxus conſtiterit, aliud, circa arborem mediam confoditur, e quo particulae camphorae, gummi videlicet huius arboris, defluunt, ita tamen, vt inter ipſum defluxum concreſcant. Arbor itaque pro tempore*

nigrum ducunt. Secundum Abdelmoalem *c*) hoc nomen omnibus inſulis in mari Omanico ſitis, e quorum montibus ignis erumpit, commune eſt *d*). Vna ex his inſulis vocatur

Seranda سرنده (p. 28). *Ambitum eius iuxta flexuoſos ſinus ferunt eſſe* 1200 *miliarium. Expiſcantur hic margaritas e); terra producit aromata pretioſa; mercatores eam adeunt.* Ita quidem Edriſius.

Quaenam vero haec inſula ſit, ambigitur. Sunt, qui cum Serandib pro vna eademque inſula habeant. (vid. Herbelotus ſub voce *Serandah.*) Sunt et alii qui Serandib compellari ab Arabibus inſulam S. Laurentii affirment *f*). Male quidem. Serandib eſt inſula Ceylan, id quod vocabulum ipſum prodit. *Div* enim *inſula* apud Indos audit, et *Seran* eſt per transmutationem litteralem pro *Selan g*). Herbelotus (l. c.) in eo eſt, vt Serandam Edriſii pro Madagaſcar habeat, tamen conſi-

 derato

tempore inutilis facta, relinquitur, et methodus eadem ad aliam transfertur. Et p. 36. *Camphora praeſtantiſſima reperitur in montibus inſulae Soborinae* (سبرمه) *ſitae in mari Sinenſi.* Plura de hac arbore dabit HERBELOT. ſub voce *Cafur.*

c) Apud HERBELOTUM ſub voce *Ranah.*

d) HERBELOTUS (l. c.) de inſula Ranah nomine, vt opinor, autore Geographo Perſa, ſigillatim exponit; Edriſius quidem eam non deſcribit. vid. l. c.

e) Clim. I. Sect. 7. pag. 2. lin. 21. male للجرهم pro للجوهم.

f) Cf. DE LA CROIX Tom. IV. p. 279. L'ile de Madagaſcar, ait, eſt appellée . . . par les Perſans et les Arabes *Sarandib.* Ita iam ante eum DAPPERUS ſcripſit, l. c. vbi de inſulis agit. Idem fere et ROCHON affirmauit; ſed ſcite refutatur in ſchedis litterariis Gottingenſibus ad annum 1791. vbi p. 2022 ita legimus: In der Beſchreibung von Madagaſcar fällt die Behauptung auf, daſs die Perſer und Araber ſeit undenklichen Zeiten ſie unter dem Namen Sarandib ſollen genannt haben, da bekanntlich dieſs die Benennung iſt, womit ſie die Inſel Ceylan (Selan) bezeichnen.

g) Fuſius de hac inſula commentatus eſt HYDE ad PERITSOL p. 25. not. 1.

derato margaritarum piſcatu et aromatum cultu in Ceylan acquieſcere videtur *h*). Verum Herbeloti opinionem facile conuelles: Bona enim quae terra quaedam gignit, etiam in altera prouenire poſſunt, licet non ea abundantia. Margaritas quidem nemo autorum, quos euoluere contigit, inter terrae bona recenſet, ſed alii lapides pretioſi *i*) ibi non deſiderantur *k*). Neque etiam vox الجوهر, ſolum margaritas deſignat, ſed "nomen genericum eſt omnium lapidum pretioſorum, qui e mineris effodiuntur" id quod ex Ravio didici *l*). Quod aromata attinet, S. Laurentii inſula illis abundat. "Sunt praeterea (refert Paulus Venetus) *m*) in hac Inſula multa nemora Sandalorum rubeorum quorum gratia multae ibi fiunt mercantiae." Longe maiorem catalogum arborum, aromatum etc. exhibet de la Croix. l. c. p. 370-413. Laudant alii autores plura terrae bona, quorum cauſa nobile commercium ibi agitur; Edriſii autem de-

h) Verba eius haec ſunt: "Elle a douze cent mille de tour, ce que „convieudroit aſſez à l'isle de Madagaſcar. Ainſi l'isle de *Se-„randab ne ſeroit pas la même, que celle de Serandib*, quoique cet „auteur (Edriſius) diſe qu' elle porte pluſieurs eſpeces de plantes „aromatiques et que l'on y fait la Peche des Perles," ce qui „convient mieux néanmoins à l'Isle de Serandib, qu' à celle de „Madagaſcar." Repugnat imprimis ambitus, inſulae Ceylan minime conueniens.

i) Arabes forſan fugit, margaritas nequaquam eſſe in numero lapidum pretioſorum habendas: quomodocunque res ſe habeat; vocabulum جوهر notat gemmam in genere, margaritam in ſpecie.

k) DE LA CROIX T. IV. p. 363 ita habet: Pour ce, qui regarde les pierres precieuſes, on y en trouve des pluſieurs ſortes dans les rivières et dans les ruiſſeaux, comme ſont du Criſtal, des Topaces, des Granates, des Ametiſtes, des Safirs, des Hiacintes &c. DAPPER p. 22 idem ſcribit. Recentiores non diſſentiunt.

l) Ita nimirum codex Florentinus, Teifaſchil opus de gemmis et lapidibus pretioſis complectens vocabulum الجوهر interpretatur. Vid. SEBALD FULCO RAVIUS in ſpecim. arab. p. 46.

m) Libr. III. cap. 39. p. 156.

deſcriptio nimis eſt preſſa, quam vt iuſtae comparationi locum faciat. De mercatorum magno confluxu nemo dubitat; vid. Paulus Venetus l. c.. Tandem de ambitu vaſto quoque inter omnes conſtat. Vnum tantum alterumue autorem excitaſſe, ſufficiat. Abdelmoal (l. c.) ampliſſimam omnium inſularum, ſub nomine Raneh comprehenſarum compellat. "Inſula *Madagaſcar*" ait Paulus Venetus l. c. "inter maiores et ditiores mundi computatur inſulas. Continere dicitur in gyro 4000 miliarium." — Autore Linſchoten longitudo eius a meridie verſus ſeptentrionem ad 220, latitudo vero ad 70 ambitus denique ad 600 miliaria germanica accedit. Referente Franciſco Cauche et Flacourt in circuitu continet 800, in longitudine 260 in latitudine tandem quibusdam in locis 100 miliaria gallica *n*).

2) Inſula *Akgia* الاقجية (non: القجبية) *ad inſulas Raneh quoque referenda; quam inter et Baiës, vrbem Zengitanae terrae maritimam, vnius curſus ſpatium intercedit* pro qua menſura, Herbelotus ſ. v. Acgia minus commode vereque 10 miliaria (lieues) ſubſtituit. (pag. 28 et 29.) *Circuitus eius continet* 400 *miliaria., Vrbs in qua degunt huius inſulae inhabitatores vocatur ab incolis Raneh Anfuga* انغوجه. *Sunt vero incolae miſcella turba; tamen iis praeualuerunt* tempore Edriſii *Mohammedani* o). *Vſitatior*

n) Vid. DE LA CROIX. T. IV. p. 281. FLACOURT hiſtoire de la grande isle de Madagaſcar p. Et MASUDI (l. c. p. 15) de inſula quadam loquitur quam DE GUIGNES St. Laurentii inſulam eſſe coniicit. Verbis MASUDII ſcilicet: à un jour ou deux de navigations du pays des Zinges eſt une île habitée par les Muſulmans, addit autor laudatus: on la nome *Phanbalou* ou *Caniclou*; ſeroit-ce l'île de Madagaſcar, où les Muſulmans ſont établis depuis longtemps? Ego certe neſcio.

o) HERBELOTUS l. c. ita habet: Les habitans de cette isle ſont prèsque tous étrangers et Muſulmans. Nimis conciſe!

tior p) victus incolarum eſt Muza (Muſa Paradiſiaca Linn.). *Muzae vero ſpecies quintuplex apud illos reperitur:* 1) *Muza alkend* القند الموز; 2) *Muza alfili* الفيلي; *interdum eius generis Muza vnica reperitur pondere* 12 *vnciarum;* 3) *Muza al omani* العماني; 4) *Muza al murini* المريني; 5) *Muza al ſacri* السكري.

Iobo Ludolfo *q*) diſplicet, ſi vocabula *alkend* etc. tanquam nomina propria ponuntur, mauult ille pro epithetis adiectiuis haberi, nam, "*alkend* القند, inquit, eſt liquor arundinis ſacchari; *alfili* الفيلي, *Elephas* eſt, forte a magnitudine et pondere ſic dicta, quaſi diceres *Elephantina;* سكر eſt *Saccharum;* at السكري *ſecuri* nomen proprium eſt viri, quae procul dubio rationem aliquam appellationis habent." Non arridet Ludolfi ſententia, quippe quae ſit nimis ſubtilis.

Deſcriptionem fructus huius apud Edriſium non inuenis; ſolus eſt hic locus de variis eius ſpeciebus, vt puto claſſicus. Duas tamen ſpecies iam Plinius habet *r*), ſi *Pala* arbor, quod nonnulli contendunt, per Muſam interpretari licet. — Plura de planta hac et eius fructu quem pro דודאים Hebraeorum habet, ex Radzvilii, Rauchwolfii etc. itinerariis congeſſit Ludolfus *s*). Caeterum num

Akgia

p) HERBELOTUS l. c. breuiter ita habet: il n'y croît point de froment (id quod ex ſuis addidit); et la nourriture de ſes habitans eſt le mais (?) eſpece de bled d'Inde." Sub voce *Mouza* ita refert: Mouza: Figue et Figuier des Indes (!)

q) *Commentar.* p. 143. Obiter monebo LUDOLFUM erraſſe ſi de victu Zengitanorum accipi vult, quod EDRISIUS de incolis Anſugae vrbis verba faciens ſcribit. Scil. والموز عندهم reddit LUDOLFUS *apud eos* (*Zengitanos*); id bis eodem loco euenit viro docto.

r) Vid. Libr. XII. cap. 6. pag. 563.

s) In *Commentar.* p. 139 ſqq. cf. LEO p. 771 et Peregrinations de S. JEAN PALERNE p. 43. Secundum IBN AL VARD. ad ramuſculos quos

Akgia, id quod ex confinio vrbis Baies coniicere poſſes, ſit hodiena inſula Zanzibar compellata, decidere non audeo.

3) *Haud longo interuallo* (p. 29) *ab inſula Akgia alia parua extat inſula t)* cuius nomen vero Edriſius vel neſciuit, vel omiſit. *Mons ibi conſpicitur altus, cuius faſtigium vero nemo conſcendere audet quoniam omnia igne conſumit. Interdiu enim emittit fumum exoſum; noctu vero ignem horribilem. Ad eius radicem vero erumpunt fontes quorum alii frigida et dulci, alii ſalſa et calida aqua ſcatent.*

5) *Inſula Carmua*, كرموة; (Sionita, ac ſi legiſſet كرنوة, vertit *Carnua*, *Kermuah* Herbelot) (p. 29). *Haud longo interuallo ab inſulis Raneh diſſita eſt inſula Carmua, cuius incolae coloris nigri ſunt ac Bumiin* (بوميين) *u) vocantur. Diſtat ab oris maritimis*

H 4 *terrae*

quos Adam ex Paradiſo ſecum extulit Muſa planta pertinet vid. Aurivillii Diſſ. pag. 46 ſq. Eſt autem arbor magna; quam ob rem neſcio cur inter Paradiſi delicias eam reponant, niſi forte quia vmbrifera eſt et fructus eius dulcis &c. Verba ſunt Maracci ad Sur. 56. et 32. Hinc quoque *Poma Adami* audit; vid. Sionita ad Calcem Geographiae Nubienſis cap. X. pag. 32. Casiri teſtante (T. I. p. 331) ab Hiſpanis cum in Inſulis Fortunatis tum in vtraque America *Platano* vocitatur. Cf. etiam Souza p. 130 cuius verba: موزة eſpecie d'Arvore, ſemelhante a bananeira, e da huns fructos mais pequenos que as bananas do Brazil. Cria-ſe na Ilha de Chipre, Paleſtina e Egypto (imo et aliis in Africae regionibus multis). Bluteau in Lexico Luſitanico arborem hanc vlterius deſcribit et nomina, quorum in Luſitania plura habet, adſcribere non neglexit (id quod ex eodem Souza ſcio).

t) Herbelotus ſub voce *Acgiah* de hac quoque inſula ſuccinctam ex Edriſio exhibet deſcriptionem. Iam alia occaſione (vid. Anhang zu Jam. Bruce Reiſen, Rinteln 1791. p. 125) hanc inſulam cum Brucii Jibbel Dauhan (quam vero peritius *Jibbel Duchan*, ſcripſiſſet, procul enim dubio eſt جبل الدخان) conſenſu Edriſianae ac Brucii deſcriptionis ductus, forte eſſe conferendam monui.

u) Herbeloti coniectura ſub voce *Bomiouin*, nimis ſubtilis videtur. Verba eius; Bomiin, Race de Negres, qui habite l'Isle de Kermuah. *Le nom de nos Boëmiens pourroit bien être tiré de ces peuples.* — Vid. Grellmann Hiſtoriſcher Verſuch über die Zigeuner edit. 2. p. 19.

terrae Zengitanae nauigatione diei ac noctis v); ab inſula autem Raneh, Anſuga w) dicta, nauigatione diei.

6) Inſula *Sokotra* سقطري (p. 23) a nonnullis quidem Africae inſulis accenſetur, ſed ſecundum autorem noſtrum ad Arabiam felicem pertinet, vbi eam quoque Büſchingius deſcripſit x).

7) *Inſula Korud* (ſimiarum) القرود (p. 29). *Diſtat inſula ſimiarum ab inſula Carmua tribus curſibus; duobus autem breuibus a continente Habaſchiae. Eſt inſula haud mediocris magnitudinis, ſyluarum ac denſiſſimorum vepretorum plena. Terra producit varia frugum genera. Incolas* Edriſii tempore *non habuit, niſi ſimias, qui abſolute ibi dominabantur.* Obſeruat quidem *in dies creſcere earum numerum; nec tamen eſſe nimiopere timendum genus;* addit ſcilicet falſe *inhabitatores inſulae Sokotrae eas arte ſuperare illasque venari. Diſtat inſula haec a Sokotra duorum curſuum interuallo y).* Ibn al Vardio autore Simiarum inſula in mari *Sin* ſita eſt.

8) *Inſula Kotroba* قطربة *ſita eſt ad latus ſeptentrionale* (Herbelot. au midy; calami lapſus videtur) *inſulae Korud; culta eſt a Chriſtianis z).*

v) Errauit *Herbelotus*, qui ſub voce *Kermuah* ita habet . . . éloignée de la coſte de Zing' ou Zanguebar d'une journée de navigation c. à. d. environ de 30 mille. — Ab inſula Anfuga (vel Akgia) nimirum vnius diei nauigatione tantum diſtat.

w) *Anfuga* vrbs eſt inſulae *Akgia* (ſupra). Num pro انفوجه legendum ſit اكجية non liquet. Forſan vrbis nomen pro inſula poſita eſt.

x) *Deſcriptio Aſiae* pag. 610. *edit 3.* p. 704.

y) Herbelotus ſub voce *Coroud* habet *60 milles.* Ibn al Vardi l. c. pag. 56.

z) Elle, addit Herbelotus (ſub voce *Cotrobah*), n'eſt éloignée des côtes d'Ethiopie que d'environ ſoixante milles. — Situs huius et inſularum paulò ante deſcriptarum e delineatione Edriſii manifeſtus eſt; verum ea, quae de illis tradit Edriſius recentiorum teſtium autoritate confirmare nequimus. Haec addam, mappas ſcil. recentiores, has inſulas offerentes, ad Edriſianam accommodatas eſſe delineationem.

SECTIO II.

Praemonenda.

§. 1.

Regionum, vrbium arciumque ab Abulfeda ſub Tabula Magreb comprehenſarum, deſcriptionem, maximam partem in tribus prioribus ſectionibus tertii et prima Climatis quarti (i. e. a pag. 72-95 et a pag. 148-151) perſequitur Edriſius, ac in illis delineandis diligentiſſimus eſt, multo diligentior certe Abulfeda ceteriſque quos vidi Arabibus a), licet, vti ſupra iam (p. 2.) obſeruatum eſt, haud longe a littore recedat. Loca enim nonnulla tam in mappis quam in Africae tabulis quas Leo, Marmolius aliique exararunt, media in terra ſita, occurrunt, quae fruſtra in Edriſio quaeras; maritimorum locorum autem exactiſſimam nobiscum communicauit delineationem, quae mirum in modum, quae in aliorum auctorum deſcriptionibus deprehenduntur, lacunas explet. Sed cognitionem portuum ceterorumque locorum maritimorum non poſſe penitus illuſtrari exiſtimo (Arabum ſcripta enim nihil nos adiuuare videntur, niſi ad exiſtentiam locorum, quae ex Edriſio nouimus, confirmandam), donec autor aliquis, vt iam ex parte a Shawio, incomparabili ſcriptore, factum eſt, Edriſii opus manibus gerens (vt diximus) littus illud perluſtrauerit. Menſura enim Edriſiana fretus,

 locis

a) Qua ratione autem omnino factum, vt Arabes in hac ſeptentrionalis Africae parte, tam diuites ſint, imo et fidi, id hiſtoriae documentis ſatis declaratur. Secundis armis enim inde ab initio fere Islamismi (ab anno Chriſti 639. forte, v. ABULFED. Annal. Mosl. T. I. p. 249), in his regionibus vſi ſunt — et hoc ſaltem eſt bellorum emolumentum, ſi quod vnquam — vt terram incognitam, cognitam reddant.

locis ipſis autem non praeſens, non poteſt non decipi interdum, ſi cum locis quae alii exhibent ſcriptores comparationem inſtituat.

Quem in deſcribendis Nigritarum terris, duce ipſo Edriſio, ſequi filum et ordinem poteramus, vt ſcilicet cuiuis terrae, quae ad illam pertinent loca ſubiungeremus, eundem in deſcribendo tractu hoc ſequi non datur. Non enim in regna vel prouincias omnino diuiſit opus ſuum autor noſter *b*). Syſtema ergo geographicum, quod vocant, noſtro more exaratum nemo hic exſpectet. Neque tamen in eius deſcriptione res ita ſunt confuſae, vt omnino in ſyſtema cogi nullo modo poſſent; ſed qui in auxilium vocatis recentiorum geographorum commentariis Edriſium ſyſtemati accommodaret, nae iſte amplius Geographiam Edriſianam haberet. Incedamus igitur via qua ille praeiuit, qua perfecta non ſine voluptate intelligemus eo peruentum eſſe vt vel hodiernam ſeptentrionalis Africae diuiſionem (ab Arabibus ſine dubio mutuatam) facile perſpectam habeamus, modo addantur principum nomina, quorum ditioni hae regiones ſubiectae ſunt.

Ordo itaque quem Edriſius tenuit, hic eſt.

Pag. 72 et 73 ita ſcribit: *Sectio haec* (prima, Climatis tertii) *comprehendit*

A) *de regione Saharae Nul* (in libro quidem eſt نول *Ful;* ſed procul dubio mendoſe) *Lamtae, Tazecaget, Agarnu.*

B) *De regionibus Sus alakſa vrbem Tarudant, Tebuierin* (infra *Teiuiuin*) *et Tamamet* (addit: *atque hae ſunt de regione Sus*).

C)

b) Vid. ſupra Proleg.

C) *De terra Barbarorum Segelmeſa, Dara, Daï, Tadela, Kalat Mahedi, Navala c), Fas, Mecnaſa, Sala omnesque portus qui ſunt iuxta mare maximum; porro vrbes Telemſan, Katan, Kari, Sagrave, Magila, Akarſiſ, Karnate, Vagera, Melilla, Vahran, Tahart et Aſchir.*

D) *De terra occidentis medii* (*Magrab al auſat*) *continet: Tenes, Berſchec, inſulas Bani Mazgana, Tadeles, Begiaia, Gigel, Meliana, Kalaa, Meſila, Gadir, Makra, Nekaus, Tobna, Koſantina, Bahes* (Sionita *Bankes*), *Baaia* (forte *Bagaia*), *Tiſaſch, Dar Madin, Tarma*, (ita reddo Sionitam ſecutus; litera prima enim punctis diacriticis caret,) *Dar Malul, Melila* (forte *Mila.* Sionita plane omiſit).

His vrbibus primariis quaſi, interiecta ſunt multa oppida et arces, quas methodo ſequenti deſcribit. Abſoluta quauis vrbe memorabili, itinera inſti-

c) Ita nimirum ego verterem. In libro eſt وقلعة مهدي من نوالة Sionita vertit *Calat Mohdi de terra Navalae.* Ante omnia interrogo, num *Navalae* recte ſit translatum. Vnde enim conſtat literam primam, quae caret punctis diacriticis, eſſe ن *Nun*; (in ſequentibus enim hoc vocabulum non occurrit). Tum de ſuo addidit Sionita vocabulum *terrae*. Ex Sionitae verſione itaque, quemadmodum antea adfuit terra Barbara, Sus, ita quoque habetur terra Navalae. Secus videtur. Edrisius nimirum, quotiescunque l. c. nouam terram aut regionem aggreditur, ſemper vtitur vocabulo فيه (vid. ſupra p. 40). Fidem verbis faciamus. Eadem pagina (eſt autem tertia inde ab initio Climatis ſecundi) lin. 9. وفيه من بلاد السوس porro lin. 11. وفيه من بلاد البربر ita etiam lin. 16. Quare coniecerim pro من legendum eſſe و. Noli obiicere ſignum diſtinctionis inter Kalat Mahedi et locum . . , *avalae* deeſſe; ſaepius enim deficit, vti eadem pag. lin. 15 vbi duae vrbes كرناطة et اقرسيف ſigno ſolito hoc ۞ non ab inuicem dirimuntur; ſicuti contra ſaepius inepto loco ponitur. Porro, inquies, ab Edriſio hic locus in ſequentibus non deſcribitur! Quid enim? nec ſi terra eſt, vel regio, occurrit; praeterea huius rei non vnicum hoc eſt exemplum. Prima ſtatim pagina inter vrbes, quas ad terram Mekzarae pertinere ait, occurrit quoque *Muira*, nec deinde deſcribitur et ſic innumera alia. —

inſtituit (ſi ita dicere fas eſt) et locorum diſtantias emetitur, obuiaque magno numero loca compellat, de quibus autem incertus relinqueris, cui ditioni accenſeas, vtrum ad vrbem de qua ſermo eſt, quaſi (vt noſtrum geographiae politicae ſtatum in ſubſidium vocemus) oppida ſubiecta pertinent, nec ne. Interdum, ſed rariſſime, terrae dominum in medium profert, ſaepius vero ita vagatur, vt a terra Barbara e. g. in longe aliam excurrat.

Quam proinde narrandi rationem, ſi attente conſidero, haud procul abſum, quin mihi perſuadeam, conſulto eum ita ſcripſiſſe, et quam in praefatione (ita compellauerim locum, quem paullo ante ex illo propoſuimus) indicat diuiſionem, non eſſe reuera diuiſionem aut filum quod ſequi vellet, ſed eum potius ordinem, quem, niſi in Climata opus diuiſiſſet, forſan exoptaſſet. Pag. enim 85 ſubſequuntur loca maritima, quorum plurima pars in emetiendis locorum diſtantiis antea iam adfuit. Tum ſequenti pagina magnus vrbium, oppidorum et arcium numerus recenſetur *d*). Sed bone Deus! quorſum referenda! Forſan pertinent omnia iſta loca inde a pag. 86 pariter ad Magrab al auſat (occidentem medium) ſicuti etiam iſta, quae pag. 92 ſqq. occurrunt. Ait quidem ſectionem tertiam (p. 92) eſſe *terram deſertam;* poſſes itaque ad eam partem, quam Noſtri Sahra compellant, referre, neque etiam quae in iſta ſectione deſcribuntur loca, aduerſantur, Barka ſcilicet,

d) Si verſionem SIONITAE audirem, nouam ſectionem excuderem *loca mediterranea* complectentem. Vnde haec verba *loca mediterranea* habeat non video. Num vocabulum جبل ita verteris? بلاد جبل apud ABULFEDAM loca media ſignat; num autem جبل abſolute poſitum hac ſignificatione gaudeat, incertus ſum. — *Afrikiam* potius compellatem nouam hanc ſectionem, ſi quae pag. 73 et 86 occurrunt loca reſpiciam. ABULFEDA has regiones quae inde a p. 86 occurrunt *Africae* nomine celebrat. Vid. infra ad Sect. II. part. V. prolegomena.

ſcilicet, *Zavila*, Augila etc. ſed non vtitur vocabulo صحرا vti ſupra (Lit. A.) ſed vocabulo خلا, ita vt dubitare liceat, num eandem prouinciam intellexerit.

Quinam igitur nobis in deſcribenda Septentrionalis Africae parte potiſſimum adducendus ſit ordo, diu multumque haeſitauimus. Abulfeda quidem pulchram eandemque geminam, in notis marginalibus ad Tab. Magreb proponit diuiſionem, neutra autem vbique tuta nobis foret. Noſtris geographis vſitatam diuiſionem ſequi inſtituti ratio vetuit; nec de methodo, quam ſupra eum fuiſſe ſecuturum coniecimus ſatis conſtat — nihil ergo ſupereſt, niſi vt diuiſionem, quam ipſe Edriſius dederit, qualemcunque etiam, ſequamur.

Agendum itaque nobis erit

I. *De Sahara.* In deſcriptione tertiae ſectionis Climatis ſecundi occurrunt regiones *Cavar*, *Fezzan*, (non *Faran*) et *Vadan*; quibus hic etiam locum ſuum aſſignamus, quippe ſitus climatis ſecundi et locorum eo comprehenſorum non repugnat. Edriſius vero nihil quicquam monet, quo in loco de illis ſermo eſſe debeat. — *Vareclanitorum* populus, cujus obiter vbique mentionem facit, in hac terra ſedem ſuam habuit, adeoque etiam huc referendus erit.

Ceterum ſi quibus regiones *Barka*, *Augila* etc. huc referendae videntur, non repugnabo, monitos ſaltem eos volo, ex Edriſio non clarum eſſe, quonam ſint referendae.

Prouincias *Cucu* et *Tagua* denique nonnulli quoque in delineatione huius regionis deſcribendas ſibi ſumſerunt; has ego (licet Edriſius nihil certi dederit) ad Nigritarum terras redegi. Situs enim primi

primi Climatis hoc ſuaſit, itemque locus quem Edriſius illis in ſua deſcriptione tribuit.

II. *De regione Sus alakſa.* (Sus extremi.)

III. *De terra Barbara.*

IV. *De occidente medio.*

V. *De Africa* (*Afrikia*)?

§. 2.

Quae ſingulis prouinciis in deſcripta Nigritarum terra praemiſimus generaliora nimirum de terrae bonis, fluminibus et his ſimilia, in deſcriptione huius ſectionis ſimiliter non ſine incommodo in anteceſſum offerentur. Edriſius ſcilicet noſter ipſe nihil praemiſit. Quidquid igitur praeluderemus id ex vrbium deſcriptione anticipandum eſſet. Itaque hoc monuiſſe ſufficiat, optandum eſſe vt nominum arciumue minorem numerum, obſeruationum vero circa terrae naturam, incolarum mores, conſuetudines et quae ſunt eius generis largiorem nobis propinaſſet quisquis tandem ſit, qui in epitomen Edriſii opus redegit. Populorum enim, qui terram hanc vaſtam incolunt notitiam pleniorem aegre deſideramus; nihil enim, ſi ſtirpem Sanhagae exceperis, praeter nomen occurrit. — Idem de fluminibus monendum videtur. Occurrunt quidem non raro flumina (neque tamen fere alia niſi quae apud nos *Küſtenflüſſe* audiunt), ſed quae de illis exhibet maximam partem ieiuna ſunt atque exigua. —

His praelibatis ad deſcribendam hanc vaſtam terram bono cum Deo nos accingamus.

SECT. II.

SECT. II. PARS I.

Terra Sâhara بلاد الصحرا.

1) *Familia Lamtuna et Senhaga.* — Pag. 73 de illis Edriſius haec fere tradit:

Lamtuna (لمتونة), *familia quaedam oriunda e Senhaga* (صنهاجة). *Senhaga et Lamta* (لمطة) *fratres erant eodem patre matreque prognati. Pater, Lamta nomine, filius fuit Ozaa* (حزاع), *e poſteris Homer* (*Hamiaritis*, vel vti Graeci et Latini loquuntur, *Homeritis* حمير); *matris vero nomen erat Tarecai Al Arga* (تاركاي العرجا *Tazecai*) *e*) *eiusque pater vocabatur Zenate* (زناتي).

Havar (هوار) *quoque fratres habuit Senhag et Lamt* (صنهاج ولمط), *eadem ex matre. Pater eius fuit Maſur ben Matſni, ben Calaa, ben Aiman, ben Saide, ben Homer* (مسور مثني كلاع ايمن سعيدا). *Nomen Havar ille hac occaſione nactus eſt:*

Arabum tribus nationes barbaras, quas bello ſuperabant, quotidiana conſuetudine et longo vſu ad ſuam linguam vertebant, ita vt vnum idemque populi genus conſtituerent. Iam in regione Hagiaz (حجاز Arab. petr.) *degebat cum gente ſua Arabum quidam princeps* (Emir), *Maſur nomine. Is camelam deſideratam dum quaerit ac recuperare ſtudet f*), *tranſit Nilum Aegypti et perluſtrat regiones Magreb. Quum perueniſſet ad montes Tripolis ex*

e) Infra ſemper ſcriptum تاركاي *Tarecai.* SIONITA explicat *Al Arga* per *Claudam.* Male quidem; in ſequentibus enim tanquam mulier admodum formoſa et membrorum proportione excellens deſcribitur. Alarga itaque pro nomine proprio accipi debet.

f) Quibus lectis, cui non in mentem veniat Sauli, aſinas parentis deſideratas multum diuque quaerentis hiſtoria 1 Sam. IX. enarrata. Res ergo (hoc enim ex EDRISIO ſaltem colligi poteſt) Orientis moribus non abſona.

ex pueris quaerens, vbinam terrae eſſet? reſponſum tulit, in terra Afrikia. Tum ille: ſane Tahauarna (تهورنا *deſipuimus*) *clamitauit, et hinc appellatus eſt Havar.* —

Idem Maſur adiit quosdam e familia Zenate ac foedus cum illis iure iurando iniit, viditque in illorum terra Tarecai, matrem Senhagae et Lamtae, corporis forma et amplitudine itemque facundia praeſtantem. Quam cum comperiſſet Maſur viduam cum duobus filiis, Senhaga et Lamt, e Lamt maiori deſcendentibus, viuere, in matrimonium petiit, duxitque et filium ex ea genuit, nomine Matſni. Maſur vero cum obiiſſet filium Matſni cum duobus fratribus Lamt atque Senhag apud matrem Tarecai et apud auunculos de familia Zenate reliquit. Ex his denique numeroſa proles orta. — *E familiis nimirum Lamta ſunt: Maſuſa, Vaſchan et Temalabe g).* — *E familiis Senhag vero: Banu Manſur, Iemane, Gedale, Tamtuna, (Lamtuna?) Banu Abrahim, Banu Taſchſin, Banu Mohamed h).*

Vrbes

g) مسوفه وشان تمالبه

h) بنو منصور يمنة جداله طمتونة وبنو ابراهيم وبنو تاشفين وبنو محمد

Senhagitarum tribus, ſi vnum vel alterum addere licet, in multis Barbariae locis ac regionibus diſperſa fuit. *Caſr Abdel Carim* vrbem, teſte EDRISIO, incolebant Senhagitae. Cf. LEO pag. 15 qui idem fere habet. Hinc putem verba EDRISII: has familias habere *duas tantum vrbes Nul et Azakne*, non tam ſtricte eſſe accipienda. LEONE ac MARMOLIO teſtibus, Senhaga vna ex tribubus fuit a quibus (in hoc gloriantur ſcilicet iſti populi) primo Barbaria ac Numidia, ſub auſpiciis regis, nomine *Africi*, exculta fuerit; et ad hanc vsque diem tribus Senhaga ampliſſima eſt. LEO pag. 14 ita refert: Qui ſubfuſci ſunt coloris in quinque populos partiti ſunt, *Sunhagios*, *Muſmudas*, *Zenetos*, *Hoaros* et *Gumeros*. De his iisdem tradit MARMOLIUS Tom. I. p. 69. Les auteurs Africains les plus celebres aſſeurent, que les premiers habitans de la Barbarie et de la Numidie, qu' on nomme aujourd'hui *Barbares* (nos Berbern, Bärbärn) furent cinq colonies ou tribus de

Vrbes his familiis duae tantum ſunt, Nul Lamta et Azakne, (de quibus paullo poſt).

Quàm familiae Senhagae et Lamtae ſpecialem hiſtoriam, tam fuſe ab Edriſio commemoratam, ad verbum eo conſilio potiſſimum repetii, quoniam me non legere memini alium autorem tam diſerte ſuper hac ſcripſiſſe; tum quia ignarus ſum qua potiſſimum ratione permotus de ea tam copioſe expoſuerit. Interea nolim ſubtiliter in eam rem inquiri. Multae enim cauſae excogitari poſſunt cur hoc factum fuerit. Forſan et aliarum familiarum ſpecialia attingit, quorum tamen Epitomator nobis nil niſi nomina reliquit; forſan in libris, quos ad manus habuit Edriſius, plura de ceteris non inuenit, et quae huius generis ſimilia effingi poſſunt. —

Iam

de Sabeens, qui vinrent avec Melec Iſrique (Rex Africus) roy de l'Arabie heureuſe, et qui gardent encore leur nom, et s'appellent *Zinbagiens*, *Muçamudins*, *Zenetes*, *Gomores*, *Heares*; d'ou ſont ſorties *ſix cens lignées* de Béréberes et les plus grand de tout l'Afrique leur doivent leur origine. Quibus praemiſſis ſigillatim de vnoquoque populo, eius domicilio et habitatione, exponunt. — Zenetos maximam partem rura Temesne incolere LEO teſtatur p. 15. EDRISIUS idem refert p. 77. Tamen ſi Maſur ad montes Tripolis perueniens quosdam e *Zenate* adiit, neceſſe eſt, vt non tantum in Temesne habitationes ſuas habuerint. Ceterum fuit haec tribus et ob potentiam et fortitudinem longe celeberrima. Cf. CARDONNE Tom. II. pag. 216. Stamm *Zenata* — der unter den Arabern für einen der mächtigſten und tapferſten gehalten wurde. cf. Tom. I. p. 126. — *Masmadas* Arabicis characteribus SOUZA p. 134 ita expreſſit مصموداون; neſcio vnde deſumſerit hanc orthographiam, Edriſianae مصمودة (vid. infra) proferentis omnino contrariam. Sine dubio autem Masmudas in animo habet autor laudatus, de quibus hic ſermo nobis eſt; ſcribit enim: He povo de Africa, que occupava a parte mais Occidental daquella Regiaõ, que comprehende ac quatro Provincias; a ſaber, Hea, Sus, e Maroccos; cujo Rei era Muça. (fontes ſuos iam ita excitat:) vid. L'Afrique de Marmol T. I. p. 69. (ergo ad locum, a nobis iam adſcriptum, prouocat) *Em 1147, os Monros, que ſe chamavaõ Muçamudes entráraõ em Heſpanha.* Monarch. Luſit. (autore Brandaõ) T. III. p. 51. —

Iam vrbes ſupra memoratas Edriſius deſcribit:
1) *Nul* (نول) Lamtae *i*). [*Nun*, *Gudnun*, *Wadnun* (ودي نون procul dubio), 27° 40′ lat. ſept. aliorum autorum vrbs eadem.]. *Diſtat 3 diaetis a mari* (autore Ben Ally apud Cuhn II, 295, diaetis 2 diſtat) *et 3 ſtationibus a Segelmeſa* (p 73); *vrbs eſt magna et multis incolis culta, ſita iuxta fluuium, qui ad eam ex parte orientali decurrit.* — Nomen fluminis huius, *ad quod* teſte Edriſio *populi Lamtunae et Lamt ſedes habent,* non inueni. Sed procul dubio ei cum vrbe idem nomen *k*). — *Fabricantur in vrbe hac ſcuta lamtica l*) (coriacia) *tanta arte confecta, vt nullis niſi optimis comparanda ſint.* De vrbe Nul Abulfeda nihil monet, ſed vrbem Lamta (لَمْطَة p. 11) deſcribit, quae eo autore 3 diaetis a mari

i) Timim. Mſt: quoque Nul ad terram Lamta pertinere refert. Effert quidem نوك *Nuc*, ſed legend. نول Verba eius: وفي بلاد لمطة مدينة اخري هي حاضرتهم ايضا نُوكْ لَمْطَةْ

k) Hoestius huic coniecturae fauere videtur; ita nimirum habet: وادي نون iſt die Gränze des Königreichs Marocco gegen Mittag.

l) Num vocabulum لمطة appellatiuum vel proprium ſit, ex Edrisio non conſtat. Bakui verò l. c. p. 405; qui de vrbe Cacrema idem narrat, quod Edrisius de Nul Lamta; rationem quoque exponit cur iſta ſcuta compellentur *Lamtica.* Dignus eſt locus qui adſcribatur. كاكرمة ait, ville du Mogreb au midi, elle eſt voiſine du pays des Soudans. On y fabrique des armes entr' autres des lances et des boucliers; il y a un animal, qu' on nomme *Lamth* de l'eſpece des gazelles (dhiba) de la peau du quel on fait ces boucliers appellés par cette raiſon *lamathiens.* Vrbem hanc *Cacrema* neſcio, quin ad hanc ditionem pertineat, non eſt dubium; ſitus enim oppido declarat. — Abulfed. *Tab. Magr.* p. 18 idem animal deſcribit; Reiskius id ignorabat quippe qui nomen eius in Lexicis non inuenerit. Leo pulchram hanc feram p. 750 ſq. et Marmolius T. I. p. 52 deſcribunt; *Lant* vel *Dant* compellant. Leo in fine deſcriptionis addit: Huius tergore clypei fortiſſimi conficiuntur, quos nulla ratione, praeterquam ſphaerulae ictû trajicere licet, verum raro admodum diſtrahuntur.

a mari diſtat et fluuium habet e *Lamta* monte (Atlas) oriundum.

Qui de Nul, vel Vled de Non (h. e. بلاد نون) regione maritima loquuntur, Leo, Marmolius et qui hos ſequuntur de la Croix etc. vrbem Nul ſilentio praetermittunt *m*).

2) *Azca* ازكي *n*) (Leonis et Marmolii etc. *Teſſet*) (p. 74) *ad ditionem Maſufa Lamtae pertinet* (p. 8 *vrbs in regione Lamta Saharae*). *Appellatur a Barbaris Azakne* (ازقنه) *lingua vero Genuenſi Kukadam* قوقدم; *diſtat a Segelmeſa* 13; *a Sala et Tocrur* 25; *a Nul* 7 *ſtationibus. Primus eadem eſt inter portus Saharae* o). *Vrbs non eſt magna at admodum culta.* — Autoritatem ſuam Edriſio addunt Leo et Marmolius quorum vterque vrbem paruam eſſe contendit. De incolarum numero vero diligentius exponunt *p*).

Incolae eius amiciuntur veſtibus lanoſis quae apud illos Kadâuer (القداور) *audiunt. Nonnulli qui per hanc vrbem migrarunt, narrant, mulieres innuptas, quando ad annum quadrageſimum aetatis peruenerunt, quaeſtui exponere pudicitiam, vili pretio, nullum recuſantes.* — Longe alia de huius vrbis feminis narrant Leo et Marmolius eas ſcilicet eſſe, quae

 ludis

m) Leo pag. 632. Marmol. T. III. p. 5. *Repoſitorium* T. I. p. 419. Lempriere p. 87.

n) Ita quoque ſcribit Ibn al Vardi l. c. p. 23. et ad *Sus alakſa* hanc vrbem refert. Addit idem: c'eſt l'endroit ou l'on commence à monter ſur les rochers.

o) Ita etiam Sionita vertit. Sed merito dubitatur de probitate huius verſionis; in libro eſt مسرا. Videntur ſimilia exſpectari debere his quae ex Ibn al Vardio modo adſcripſimus.

p) Leo p. 600. Familias numerat 400. ¶ Marmol. Tom. III. pag. 6. C'eſt une petite ville, elle a quelques cinq cens feux.

ludis literariis praeſint *q*). *Qui ad vrbes Sala, Tocrur et Gaña tendit* (monet Noſter), *huic neceſſario per praedictam vrbem transeundum. Viatores hinc ad Salam tendentes* (p. 8) *deferunt ſecum aquas ad* 2. 4. 5 *imo et 6 dies.* Ibidem etiam Edriſius expreſſis verbis dicit Azka eſſe *ex regionibus Lamtunae Saharae* اللمتونة الصحرا. Ergo ad paragraphum ſequentem referenda eſſet vrbis huius delineatio; nec tamen, huc quum poſuerim, meam auctoritatem, fui ſecutus, ſed iuſſu Edriſii factum. Vix autem a me impetrare poſſum, vt hos duos paragraphos in vnum conflarem. — Plura dabunt Leo et Marmolius.

2) *Deſertum Lamtuna.* Quem nunc habemus Edriſii liber caret paragrapho illo ad quem Abulfeda in Tabula Magrab p. 15 prouocat; quique integer ita ſonat ومن كتاب الشريف محمد الادريسي قال وعند طريق الغرب الاقصي مع المحيط صحر المثونه (*r* وعلي جانب الصحرا من المدن درعه ولمطي وجزوله (i. e. In libro Scherifi Mohammed Edriſi ſic legitur:) *apud oram occidentis extimae ad mare magnum* (atlantic.) *eſt deſertum Lamtuna; cuius in latere ſunt inter alias vrbes Dara, Lamta, Gazvala.*

Vrbes Dara quidem et Lamta Edriſii liber memorat; vrbem vero Gazvala, nusquam omnino offendi. Timim inſt. de terra Gazvala *s*) loquitur, cuius vrbem Coſta laudat; paucis vero interiectis vrbem

q) Leo l. c. Marmol. l. c.

r) المثونه Al Matuna; procul dubio, vitioſum, et legendum vel اللمتونه vel اللمتونه; ث pro ت forte vitium typographicum.

s) Effert quidem حزولة *Hozula*, ſed procul dubio legendum جزوله *Gozula*.

vrbem quoque Gozula nomine, deſcribit: وفي بلاد حزولة مدينة هي حاضرتهم تسمي الكست et paulo poſt مدينة حزولة ومدينة لمطة *vrbs Gozula et vrbs Lamta* etc.

Populum huius deſerti ipſe Edriſius pag. 18 quodammodo deſcribit. *Perpetuo* (ait de Albanin populo vid. ſupra p. 76) *vagantur, nec vnquam eodem conſiſtunt in loco, non ſecus ac gens Lamtunae Saharae in extremi occidentis partibus. — Sedem ſuam populus Lamtuna habuit iuxta flumen Nul.* (p. 74.)

Vrbes Sahrae Lamtunae i. e. *Deſerti Lamtunae, ſunt Tazecaget* تازكغت *et*

Agarnu اغرنو vid. *Azka.*

Fragmina haec inuenimus; verum non eſt dubium, quin Edriſius de deſerto hoc eiusque incolis fuſius egerit.

3) *Vareclanitae* اهل وارکلان. Saepius occurrunt in opere Edriſiano Vareclanitae, peculiari autem loco de illis non expoſuit. Loca, in quibus eorum mentio fit, ſunt haec:

Pag. 8. Vrbem *Tocrur, mercibus affluentem frequentant populi occidentis extremi, ibique mercantur.* — Procul dubio ſunt Vareclanitae.

Pag. 9. *Gens Vareclan Saharae e regionibus Segelmeſae et Zab dactylos importat in terras Nigritarum.*

Pag. 10. *Occidentis penitioris populi* (Vareclanitae, procul dubio) *de maſſa illa auri natiui celebri, quae ſolio Regis Ganenſis aptata eſt, certiores fecerunt* Edriſium.

Pag. 12. *Mercatores Vareclan emunt Thebr* (aurum natiuum) *a Vancarae incolis et in ſuas regiones reportant.*

I 3 *Pag.* 14.

Pag. 14. Vareclanitae veriora docuerunt de ligno ſerpentino quam quae audiuerat Edriſius.

Pag. 39. legimus, *Audagoſt, diſtare ab vrbibus Vareclan* 31 *ſtationibus.* — Quibus locis inter ſe collatis, hoc fere exit: Vareclanitae, ſedes ſuas habebant in deſerto (quod lepide Sahra noſtri compellant; Sahra enim deſertum audit). Fuerunt ii qui traiiciebant in terras Nigrorum, fructus Nigris inſinuantes ac aurum purum inde reportantes. Regiones ergo in quas excurrebant ſunt Tocrur, Gana et Vancara; tum Segelmeſa et Zab.

De vrbibus eorum etc. vero nihil ad nos retulit Edriſius; omnes pariter autores, quos inſpeximus, populum hunc tacere videntur. Circumſpicienti tamen, an non Leonis Africae deſcriptio ciuitatem aliquam memoraret, quae cum Vareclanitis Edriſii poſſit comparari, mihi ſe offert primo regiuncula *Farcala t*), quae, ſi ſitum, ac pagorum commemorationem, ſpectemus, conuenire videtur. Iam vero, quae contrarium ſuadere videntur, rationes, duae potiſſimum, obueniunt, altera leuis, ſcriptionis diuerſitatem arguens, grauior altera, partim ab epitheto, quod mendiciſſimos facit regionis huius incolas, autore Edriſio plurimum mercantes, partim a ſilentio omnis mercimonii deſumta. Aliam deſcribit idem Leo vrbem, et quae de illa profert potius quadrare videntur. Pagina ſcil. 620 de vrbe *Guargala* verba faciens, inter alia haec habet: "Eſt ciuitas anti„quiſſima, a Numidis in Numidiae deſerto munitiſſi„mis muris cincta . . . . dactylorum vbertas maxima, „Caſtella aliquot ſub ſe habet, pagos propemodum „innu-

t) Leo pag. 614. "*Farcala*, Regiuncula quoque ad fluuiolum ſita, dactylis etiam aliisque fructibus abundat. Frumenti vero maxima hic eſt penuria. Tria hic caſtra, pagi vero quinque reperiuntur, Diſtat ab Atlante meridiem verſus 100 a Segelmeſſa 60 fere miliaribus. Incolae ſunt mendiciſſimi; Arabum imperio parent."

„innumeros. Huius incolae, quoniam Agades regno „adiacent, ditiſſimi ſunt. Ingens hic Conſtantinen„ſium ac Tunetanorum mercatorum affluentia, qui „merces ex Barbaria aduectas apud Nigritas ven„dunt etc." Hoc ipſum vltimum autem eſt, quod Edriſii aſſertis non fauet; et me adhuc ambigere, num vlla ex his conueniat, libentiſſime profiteor.

4) *Terra Vadan* ارض ودان. *Terra Vadan dicuntur inſulae palmarum occidentem inter et orientem mare verſus latiſſime protenſae.* Haec paucula ac minus clare expreſſa, refert Edriſius initio Climatis II. ſectionis 3. etc. Nec Abulfeda plura *u*).

Num Edriſius de hac terra praeter ea, quae modo adſcripſimus, nihil notauerit, aut an in ſectione ſecunda, quae, neſcio quo caſu, in impreſſo deficit, plura de illa habuerit, non liquet. [Omnino, plura adnotauit; Cod. Par. enim ſequentia ex Opere Edriſiano exhibet: ومن بسرت الي ودان خمس مراحل وودان هذه ناحيه في جنوبي سرت ومما قصران وبينهما رميه سهم والقصر الذي يلي البحر خالٍ والذي يلي البرقه مسكون ولها ابار كثيره يزرعون بها الذره وبقربها غابات وبها تنوت كثير وتين ونخيل i. e. *A Sort ad Vadan 5 ſtationum iter; ſita autem eſt Vadan in auſtrali parte* (vrbis) *Sort. Duae ibidem viſuntur arces, ſagittae iactu ab inuicem diſſitae, quarum vna, quae ſcilicet mare proſpicit, deſerta, altera vero, quae Barka proſpectat, habitata. Abundat eadem ciſternis; ſeritur ibi dorra. In eius vicinia ſunt luci, in quibus arbores mori, ficus, et dactylorum quamplurimae.* Quae iam addit, Codex lauda-

u) p. 7. In oriente Gadames, ait Saidi filius eſt Vadan وفي جزاير نخل ومياه, i. e. Nomen id eſt inſulis palmeta et fontes habentibus &c.

laudatus, huc pertinere non videntur. Sunt autem haec: قال ومن ارض كرار يجلب الشب والوحله i. e. *Porro: de terra Carar educitur alumen et lutum.* Pro كرار *Carar* forte legendum كوار *Cavar.* Forte tamen vertendum: *De terra Cavar recipit* (Vadan) *alumen et lutum.*] Id adhuc monendum eſſe videtur tertiam ſectionem omnino confuſe eſſe perſcriptam et admodum conciſe. Pergit Edriſius: *ad ſeptentrionalem huius vrbis partem ſita eſt vrbs Zavila.* Forſan fuit vrbs quoque Vadan nomine quam in animo tenuit. Videtur; Bakui *v*) enim de vrbe *Vadan* ودان loquitur in meridie Africae ſita. — Hodie *Vadan*, referente Niebuhr *w*), ſub themate Fäſan eſt.

5) *Terra Fezzan.*

1) *Nomen.* Scribitur in fine primae partis Climatis ſecundi فران, *Faran;* ſed initio tertiae ſectionis eiusdem Climatis فزان *Fazan.* Sionita vtrobique *Pharan* et *Faran* reddidit; vtrumque procul dubio, perperam. At lectionem incertam eſſe, vel ex Abulfeda patet; qui nunc فران *Faran,* nunc قران *Karan* ſcriptum offert. Sed Reiskius in Cod. Pariſienſi فزان *Fazan* eſſe exaratum aſſeuerat *x*). Re omnino curatius conſiderata, ac ſitu Terrae, quem Climatis natura prodit, perſpecto, vrbiumque denique denominatione ratione habita, contendo, lectionem poſteriorem فزان priori eſſe praeferendam. Leo effert *Fezzen* Agathemer nil habet

v) l. c. pag. 463.

w) Vid. l. c. p. 998. Wäddan pronuntiat. *Wedan* effert EINSIEDEL apud CUHN l. c. III, 434. et *Wadam*, LUCAS apud eundem II, p. 200. Hi omnes vt *vrbem* laudant.

x) Vid. quae diximus in EICHHORN Bibl. l. c. p. 546.

habet praeter nomen *Phazania;* Niebuhr *Fäſan* eſfert. Lucas apud Cuhn *Fezzan* et Einſiedel *Fezan y*).

2) *Situs.* De ſitu huius Terrae Edriſius p. 39 in fine paucula haec habet: *Terra Faran* (leg. *Fezzan*) *confinis eſt Terrae Zagarae* (leg. *Zagavae*). Abulfeda in confinio *Vadan* eſſe adnotauit *z*). Recentiores in definiendis limitibus ſane diligentiores *a*).

3) *Incolae.* Regionis huius incolae tempore Abulfedae (Edriſius enim incolas tacet) regi Canamenſi paruerunt. Hodie, quae plura de incolis, eorum moribus, veſtitu, induſtria etc. adnotata legimus Anglorum quorundam curae ac indeſeſſo de Geographia Africae bene merendi ſtudio debemus.

4) *Vrbes,* quas memorat Edriſius, ſunt *Germa* et *Toſava.*

a) *Germa* جرمه (Lucas apud Cuhn *Iermah*). *Sita eſt ad fiumen,* [Cinyphum ex ſententia D'Anvillii

I 5 l. ſuprá

y) Leo p. 628. Agathemer II, 5. Niebuhr l. c. p. 991. Cuhn l. c. II, 200 ſq. et III, 434.

z) Abulfeda p. 7 vbi haec: وفي شرقيها بلاد فران (l. فزان) وهي ايضا جزاير نخل ومياه ولها مدن وعماير طاعة ملك الكانم i. e. ab earum (inſularum Vadan) oriente ſunt inſulae aliae Faran (l. ex correctione Cod. Par. *Fazan*) dictae, pariter palmis abundantes et aquis irriguae; habent vrbes et alia aedificia &c. parent regi Canam.

a) Audi Leonem l. c. Fezzen, ait, Regio ampliſſima munitiſſimis caſtris pagisque frequentiſſimis copioſiſſima, inhabitatores ditiſſimos habet, *regno Agades, Libyae deſerto nec non Aegypto adiacet: diſtat a Cairo ſexaginta fere itinere dierum &c.* Niebuhr l. c. haec habet: *Fäſan,* ein groſser Handelsplatz 40 Tagereiſen von Tripolis, gleichſam die Gränze zwiſchen den Weiſſen und Schwarzen. — Omnium diligentiſſime ſciſcitatus eſt Lucas l. c. p. 200: Fezzan liegt ſüdlich von Meſurata, und ſein kleines und enges Gebiet mitten in der ungeheuren Wüſte, wie eine Inſel im Ocean (vid. paullo ante Abulfedam). Pag. 203. Das Gebiet von Fezzan iſt weſtlich von der Hauptſtadt nicht ſehr ausgebreitet &c. Einsiedel l. c. III, 434. Auf der Mittagsſeite von Tripolis liegt das Land *Fezan,* welches gegen Abend an das Gadameſiſche grenzet.

l. ſupra c. qui pro Ptolemaei Γαρἁμη (p. 199) habet]. Affine quidem eſt nomen metropolis Habeſſiniae, جرمى *Germi* ab Abulfedá aliisque vocatum, ſed plane diuerſum ab vrbé noſtra, ſiue Clima ſpectes, ſiue fines regni Habeſſiniae. Cf. Golius ad Alfrag. pag. 90. *b*)

b) *Toſava* توساوة autore D'Anvillio, qui pro Ptolemaei Σαβαι habet, ad idem flumen ſita. Lucas apud Cuhn effert *Teſſouwa c*).

6) *Terra Cavar* ارض كوار.

Pauca ſunt et ieiuna, quae de hac terra apud driſium leguntur; quin et vrbium enumeratio praeter locorum diſtantiam nihil fere continet. Vrbes ſcilicet hae ſunt:

Temalma (p. 13) تملمة (Herbelot. *Tamlamah*) *vrbs parua* (p. 14) *quidem et moenibus deſtituta, admodum tamen populoſa. Diſtat ab vrbe Cucu orientem verſus* 14; *ab vrbe Matſan* 12 *ſtationibus.*

Ancalas انكلاس, *vrbs ampliſſima regionis Cavar*, occurrit p. 40. Clim. II. ſect. 3.

Num vrbes, quas nunc apponam, ad terram Cavar pertineant, nec ne, incertus haereo: videtur tamen. Ditionem enim huius terrae amplam et maiorem portionem terrae Cavar tantum in hac ſectione

b) Quae LUCAS l. c. p. 202 habet haec ſunt: *Südlich* von Zuela und in gleicher Entfernung von der Hauptſtadt (quam Mourzouk; Einſiedel Morzuk vocat) liegt die Stadt *Jermah*, die, wie dieſe, groſse Herden von Schafen und Ziegen beſitzet &c.

c) Haec offert LUCAS l. c. *Teſſouwa* eine beträchtliche Stadt, liegt in gleicher Entfernung *öſtlich* von der Hauptſtadt; ſie ſcheint aber keine beſondre Aufmerkſamkeit zu verdienen (nihilominus tamen vrbem celebriorem compellat!). Nahe dabey flieſst ein Strom, den der Scherif als ſehr tief und reiſſend angab. Plura idem de ceteris huius prouinciae vrbibus; de terrae bonis &c. tradit.

ſectione ſitam eſſe ipſe p. 40 teſtatur. — Vrbes vero, quas recenſet hae ſunt:

Mederam Iſa مضرام عيسي (p. 40) *diſtat a Zavila itinere 2 dierum, et ab Ancalas, per fluminis alueum d), 40 miliarium interuallo.* — Secundum D'Anvillium eſt vrbs haec βέδειρον Ptolem. pag. 199. Obiter vrbem vel regnum? *Medera* memorat Leo *e*), vbi de confiniis Nigritiae verba facit; fortaſſis eadem cum Mederam Iſa Edriſii.

Izer ايزر *vrbs parua* (p. 40) *diſtat ab Ancalas duorum dierum itinere. Non longe ab hac vrbe, occidentem verſus, eſt grande ac profundum ſtagnum, longitudinis 12 miliarium, trium latitudinis, in quo reperiuntur piſces magni, piſci Alburi f) perſimiles.* Autore D'Anvillio (l. c.) hocce ſtagnum vnus e fontibus Cinyphi Ptolemaei eſt.

Balmala بلملة *Diſtat ab vrbe Izer diei itinere.*

Edriſii Cavar eſt forſan Kuar, ad ditionem Fäſan hodie pertinens *g*). Vid. paullo ante *Vadan.*

7) De ciuitate Audagoſt, quam forte et huc reuocare poſſis, quia teſte Edriſio in صحرا deſerto ſita eſt, ſupra egimus p. 40. De Regione Zab, de Sala, Augila etc. infra Sect. II. Part. V. ſermo nobis erit.

SECT. II.

d) Vid. D'ANVILLE loco ſupra citato.

e) LEO p. 12. "Habent et haec regna (Nigrit.) alia multa ad meridiem confinia, vt ſunt Bitos, Tenuamia, Dauma, Medera et Gorania.

f) *Buri*, Mugil Cephalus frequens in mari mediterraneo, nec non in Nilo. Vid. HASSELQUIST, qui eum diligentiſſime deſcripſit, pag. 428.

g) Vid. NIEBUHR l. c. p. 998: Zu dem Gebiete *Fäſan* gehören *Bülma* (Balmala?), *Kuar*, Wäddan (Vadan), Süale (Zala?).

SECT. II. PARS II.

Regio Sus alakſa سوس الاقصى.

[hod. Suſa prov. regn. Maroc.]

Terram Sus nomen الاقصى nactam eſſe a ſitu *in extremo* Occidente, res nemini non nota *h*). *Comprehendit* (p. 75) *finibus ſuis oppida permulta itemque aedificia admodum frequentia i*). *Solum eius fertile fruges varias varii generis producit et ad maturitatem perducit k*). Sed quaenam illae ſint, non refert; extat autem quod ex aliis ſcriptoribus de terrae natura proferri poteſt *l*). In introductione, qua ad hanc terram deſcribendam viam ſibi parauit Edriſius (p. 72) vrbes eius recenſet *Tarudant, Teiuiuin* et *Tamamet m*); ſed praeter nomen nihil fere de iis praedicat.

Tarudant. Nomen varie ſcribitur. Ter ſcriptum eſt قارودنت (Karudant) Cl. III. ſect. I. p. 3. lin. 10. تارودانت ita quoque ſcribit Ibn al Vardi (p. 23. l. c.). Abulfeda تارودنت Hoeſtii mappa تردانت; Leo, *Tarodantum;* Marmol et Lempriere *Tarudant;* Gramaye *Taradant*.

Vrbs

h) Cf. Herbelotus ſ. v. *Sous alakſa*. Ibn al Vardi l. c. pag. 23. Leo p. 129. . . . poſita *in extrema totius Africae parte*. Vid. et Marmol. T. II. p. 138. Gramaye p. 138.

i) Non diſſentiunt Ibn al Vardi l. c. Leo l. c. Marmol. l. c. &c.

k) Pro مدملاصمه quin legi debeat مكتمله vix dubito. Clim. III. Sect. I. p. 6. lin. 2.

l) Ibn al Vardi l. c. Il eſt très-fertile, on y trouve *plus belles, les plus hautes et les plus groſſes cannes de ſucres*, qui ſoient au monde et il s'en fait un grande commerce &c. Tempore Edrisii non ita fuit; cf. Marmol. T. II. p. 28 et 29.

m) Ibn al Vardio l. c. alia placet diſtinctio. Secundum illum pertinent ad *Sus alakſa* vrbes *Tarudant*, caſtellum nomine *Tamilat*, *Aeka*, *Refada* رفادة vel *Rekada* رقادة vrbs magna munitaque, *Segelmeſa* et vrbes *Agmat*.

Vrbs, Suſae remotioris, e qua, Teiuiuin verſus, iter ducit vnius diei per palmeta per hortos, vineas arboretaque. Vid. paullo poſt *n*).

Plerique autores vrbem Tarudant et Sus pro vna eademque habent *o*). Sic quoque ſenſiſſe videri poteſt Edriſi primum legenti verba: "*Ab vrbe Sus ad Agmat*" et paulo poſt: via quae ducit a *Tarudant Sus ad Agmat*, quae tamen vel hanc interpretationem admittunt *p*), vt Tarudant ad Sus pertinere innuatur. Quod ſi paulo ante locum, quem integrum exſcribam ومن ارض درعه الي سوس الاقصي اربعة ايام, ومدينته هي تارودنت et praecipue vocabulum هي conſideres, parum abſit credo, quin Geographi Perſae ſententiam ei tribuas; ſed quae paucis interiectis ſequuntur verba وبين مدينتي السوس اعني تارودنت وتيويين يوم &c. &c. i. e. et inter duas vrbes *Sus Tarudant* et *Teiuivin* eſt vnius diei iter etc. contrarium ſuadent. Me quidem iudice a neutra parte ſtat. Plura de hac vrbe ſi ſcire cupis, Edriſio ſilente, adeas Abulfedam, qui de ſitu eius flumineque etc. diſſerit. Adde Leonem, Marmolium, Gramaye etc. *q*).

Vrbes

n) Multum hic facit locus Hoestii p. 71. Der fruchtbaren Lage wegen nennen es die Mauren ein irrdiſches Paradies. Ex eodem quoque diſcimus, vrbem hanc, olim et amplam et munitam, hodie eſſe minimi momenti. Cf. tamen Lempriere p. 87 ſq.

o) Herbelotus ſub voce *Taroudant* habet: Taroudant nom propre de la ville, *qui porté ordinairement celuy de Sous al acſa* et ſub voce *Sous al acſa* habet: Le Géographe Perſien dit dans la deſcription du *ſecond Climat*, que cette ville (Sus) porte auſſi le nom de *Taroudent* &c.

p) Timim. Mſt. de vrbe Tarudant ita refert "Sus alakſa multa comprehendit oppida ومنها مدينة تارودانت وهي حاضرة البها سوس, يجتمع اهلة i. e. et inter haec eſt vrbs Tarudant, quae eſt vrbs Suſae. Multus ibi conuenit populus.

q) Leo p. 136. Marmol. p. 32. Tom. II. Dapper p. 187. Hoest. p. 71. Lempriere p. 87 ſq. &c. &c.

Vrbes, quas terrae Sus Edriſium accenſere ſupra diximus, ſunt:

Teiuiuin (vel *Tebuierin*) (pag. 75) تيويين ſupra autem تبويرين; quaenam ſit lectio praeferenda, haud exputo, nec magis qua ratione ductus Sionita priorem lectionem praeoptauerit? Eſtne *Teiieutum* Leonis? *r*) Scilicet autore Edriſio diſtat hic locus diei vnius itinere ab vrbe Tarudant, ac teſte Leone Tarodantum ab oppido Teiieuto Orientem verſus 35 mil. abeſt. Forte ſcripſit Edriſius تيوتوين vel تيوتين *Teiutuin* l. *Teiutin.*

Tamamet تامامت (p. 75) nil niſi nomen inuenimus. Suſpicari poſſes caſtellum quod Ibn al Vardi تاملت Tamalet vocat, eſſe Edriſii Tamamet, ita vt in alterutro ſeu Edriſii ſeu Ibn al Vardii exemplo corruptum fuerit nomen. Attamen mihi probabilius videtur Tamilat illud dici caſtellum, quod Edriſius *Tanimal* compellat, de quo paullo poſt verba erunt facienda. Vrbs Tigumedeta, autore Cardonne in Dras Prouincia ſita eſt; ſed dubito an haec cum Edriſii Tamamet poſſit comparari. Card. T. II. p. 229.

Sus (p. 75) vrbem apponam nec ne, ſuſpenſus haereo. Scilicet Edriſius quidem ait: *ab vrbe Sus ad vrbem Agmat 6 haberi ſtationes per loca a familiis Maſamedicis culta.* Tum vero addit, (vti ſupra iam demonſtratum eſt) *viam a Karudant Sus ad Agmat Varicae per radices montis Daran inſtitui ſolere.* Sus tanquam metropolis terrae Barbarorum, occurrit apud Cardonne Tom. I. p. 30.

Daran درن (pag. 75) ſcribitur aliquando ſed procul dubio male دون *Davan.*

Abul-

r) p. 133. LEONIS *Teiieutum* oppidulum eſt in planitie amoena ac fertili ſitum.

Abulfeda من et pag. 12. جبل لمطة *mons Lamta* (vid. ſupra) — hod. Atlas.

Mons eſt maximus, nec illi haud facile alius par altitudine, magna vbertate, longitudine ac frequentia domiciliorum. Initium ſuum ſumit a mari ambienti (oceano) *in extremitate Sus; inde tendit recta orientem verſus, vsque vbi ſe iungit monti Noſuſae, et nomen quoque Noſuſae acquirit* (vid. infra *Noſuſa*). *Miſcetur poſthac montibus Tripolis; dehinc in planitiem vergit et deficit omnino.* vid. infra *Mokra.* — In ſitu montis Daran omnes, quos vidimus, autores conſentiunt; et quod altitudinem attinet, quoque confirmatur Edriſius qui eum in numero altiſſimorum montium habet, teſtimonio autorum aliorum inprimis Leonis *s*), qui eum conſcendens *ob niuis copiam* in vitae periculum incidit. Attamen monendi ſunt, ne nimis altum eum eſſe ſibi perſuadeant Lectores id, quod etiam ex Schawii *t*) deſcriptione cognoſcent.

Quam porro laudat Edriſius, montis foecunditatem, ea ex loco quidem, quem ex Shawio modo excitauimus, confirmari videtur; quamquam Leo *u*) montem Atlantem ait, frigidiſſimum eſſe et ſterilem, et minimam ferre frugum portionem, omnique ex parte nemoroſum. Sed ſi forte Edriſii verba interpreteris ac ſi cauſa tantum eſſet hic mons vbertatis magnae propter maximum fluuiorum ex illo ſcaturientium numerum, defendi ſane poſſet. Sed non opus, arbitror, ſubtili interpretatione. Hoeſtius *v*) enim, ſe audiiſſe contrarium, teſtatur; ita vt quod de faſtigio ſummo montis valet, non etiam ad loca media

s) Leo p. 69. cf. Hoestius p. 78. Lempriere p. 99.

t) p. 8. coll. Lempriere p. 99.

u) pag. 68.

v) cf. Ibn al Vardius . . . ſituées (vrbes Agmat), ait, au pied d'une chaine de montagues très-hautes couvertes d'arbres &c.

media pertineat. Nec omnino vero de vno aliquo loco loquitur Edriſius.

In ſummitate eius, pergit Geographus noſter *paſſim viſuntur arces et caſtella plus quam* 70; *inter quae eminet arx*

Tanimal تانمال *ante omnes in toto orbe terrarum inſignis, eique paucae ſunt comparandae ſtructura ac firmitate; eſt enim inaceſſa.* Edriſius finem laudis invenire nequit de nouo ergo incipit. *Exſtructa eſt haec arx*, ita pergit, *in faſtigio montis et natura loci adeo munita eſt et inexpugnabilis, vt quatuor tantum viri illam inhabitantes aditum ad eam facile perhibeant. Acceſſus enim ad illam non patet niſi anguſtus w), is vero, inquam, difficilis et aſper locus ad modum ſcalae formatus. Iumentum vero nusquam absque omnis generis moleſtia per hanc viam aſcendet.* (p. 75.)

Huc, vt opinor pertinent, verba Ibn al Vardii l. c. p. 23: "On conſtruit, dans ces montagnes," (de monte Daran, et montibus quorum ille quaſi eſt pater, eum loqui, non eſt dubium) "un grand nombre de fortereſſes faciles à défendre, entr' autres celle, qui port le nom de *Tamilat* تاملت (ou *Tanmalat* addit de Guignes)."

Idem Ibn al Vardius nos de autore et ſitu omnino huius arcis certiores facit, addens: batie par Mohammed, fils de Tomrut, roy de pays; — Fuit ille primus Dynaſtiae Almohadenſis, quam anno Heg. 514. fundauit x). Quamobrem haec arx in vicinia vrbis Tarudant quaerenda eſt. Eſtne forſan eadem quam Leo *Gargueſſem* vocat? y)

SECT. II.

w) Non liquet an impreſſum ſit ضيف vel ضيق contextus poſtulat ضيق

x) Vid. HERBELOT ſub voce Mohammed Abdallah, ou Ben Abd. fils de Tomrut.

y) LEO pag. 137.

SECT. II. PARS III.

Terra Barbara z).

In hac parte vrbium ac oppidorum magna frequentia. Agmen ducat vrbs

Segelmeſa سجلماسه (p. 74) [ita quoque pronuntiarunt Ibn al Vardi et Abulfeda. Bakui سجلماسة mappa Hoeſtii سجلماسا; Leo *Segelmeſſa*; De la Croix (Tom. II. pag. 303) *Sugulmeſſe.* Bakui dat ei long. 37-5. lat. 31-30. Herbelot 37 long. 31-30 lat.]

De conditore vrbis huius ac ſitu eius accuratiora ſi edoceri cupis, adeas Bakui, Abulfedam, Leonem, Gramaye etc. *a*). Quae Edriſius de vrbe hac tradit, hae ſunt: *Segelmeſa eſt vrbs magna, incolis frequentiſſima et viatorum euntium atque redeuntium quaſi centrum.*

Sine dubio mercaturam haec verba ſpectant, quam ibi haud leuis momenti fuiſſe ex innumeris locis ſatis conſtat. (vid. ſupra pag. 49 ſq. et Leonem Africanum.) *b*)

Laudat

z) Quae ſecundum catalogum p. 123 ad terram hanc pertinent vrbes hae ſunt: *Segelmeſa*, *Dara*, *Dai*, *Tadela*, *Kalat Mahedi*, *Navala* (ſupra pag. 123), *Fas*, *Mecnaſa*, *Sala*, ac omnes portus mari maximo adiacentes; porro *Telemſan*, *Katan* (قطن in tabula non occurrit), *Keri* (قري in ſequentibus non deſcribitur), *Sagrave*, *Magilla*, *Akarſif* (اقرسيف obiter occurrit in tabula), *Carnata*, *Vagera* (وجرة omiſſus hic locus in ipſa tabula), *Melilla*, *Vabran*, *Tabart* et *Aſchir* (اشير vid. infra).

a) Bakui l. c. pag. 400. Abulfeda p. 16. Leo p. 611. Gramaye p. 187 ſqq.

b) l. c. Huc procul dubio Bakui verba pertinent: Les habitans ſont très-riches, parceque cette ville eſt le paſſage pour aller au pays de l'or. Noli, quaeſo, praeterire, quae de Guignes ex ſcripto-

 ribus

Laudat porro Edriſius *magnum numerum villarum, hortorum amoenitatem, palmetorum pulchritudinem laetaque prata.* —

Confirmantur quae Edriſius h. l. docuit a ceteris Arabibus, quos inſpicere mihi licuit. Apud Abulfedam Ibn Said commemorat palmas aliasque arbores; Geographus Perſa item loca haec amoena cum ſolo fertiliſſimo celebrat. Nec diſſentit Ibn al Vardius *c*). *Arcem quidem* (pergit Edr.) *in hac vrbe cernere non datur; pro ea vero admirabere copiam domiciliorum aedium aliorumque aedificiorum d*); *quae exſtructa vides iuxta flumen magnum defluens ex parte orientali Saharae, quod temporibus aeſtiuis Nili inſtar creſcit, eodemque beneficio incolas mactat, quo Nilus Aegyptios, iisdemque quippe, quibus ille ſeminibus foetum meſſem foecundat.* — Nomen fluminis huius apud Arabum nullum inueni, eſt vero idem quod Leo *Zis* vocat. De praeſtanti eius natura ac virtute, omnes pariter autores ſilent *e*). Apud Achmed Ibn Haſſan Zis (زيز), fluuius Tafileti تافيلالت, vocatur *f*).

Deinde more ſuo diſtantias locorum perſequitur Edriſius, quas ſi colligam, nemini, ſpero, nimius videbor. *Ab vrbe Segelmeſa ad vrbem Nul* 13 *habemus ſtationes; ad Agmat Varicae* 8, *ad vrbem Dara* 3; *ad*

ribus Arabicis collegit, quaeque BRUNSIUS nobiscum communicauit in *Repoſitor.* Tom. I. p. 436 ſq. LEO quoque opportune ita habet: Incolae ditiſſimi; maxime apud Nigritas negotiati ſunt. Cf. quoque quae ſupra dicta ſunt p. 50. not. *b*.

c) IBN SAID l. c. GEOGR. PERSA apud HERBELOTUM ſub voce *Segelmeſſah.* cf. BAKUI l. c. IBN AL VARDI l. c. p. 24.

d) Egregie firmatur EDRISIUS. IBN AL VARDI l. c. on y voit, ait, pluſieurs beaux edifices et elle eſt ſi grande, qu' on ne peut la traverſer dans une demi journée. LEO l. c. Domorum quoque atque aedificiorum &c. elegantiam laudat. Adde GRAMAYE l. c.

e) l. c. et p. 740. cf. MARMOL. III, 79. DAPPER, 309.

f) Vid. PAULUS Memorab. II, 51.

ad (pag. 8) *inſulam Vlil fere* 40 (*inceſſu Carauanae*); *totidem ad vrbes Nigrorum Sala et Tocrur.* Haec Edriſius *g*). — Quae ex aliis orientis ſcriptoribus congeſſit Herbelotus ad hanc vrbem pertinentia, ea lector ipſe euoluat ſ. v. *Adareſſa.* Hoc ſolum ex illo monere liceat, vrbem hanc quondam fuiſſe primariam Edriſitarum. Plura item cupienti ſuppeditabunt Bakui l. c. Leo l. c. Gramaye l. c. aliique.

Sequiori aeuo celebritatem ſuam Segelmeſa amiſit Qua de re audi Leonem l. c. Reſtauratam tamen fuiſſe, at ſero, ſcilicet anno 1548, Gramaye l. c. teſtatur. Nouiſſima aetate incognitam fere eam eſſe, adeo, vt quae de illa narrentur, incerta ſint, Hoeſtius *h*) autor eſt *i*).

Dara

g) Addere liceat quae Tim. Mſt. habet: وقبلي مدينة تلمسان في الصحرا مدينة سجلمسة منها الي تلمسان عشر مراحل وهذه المدينة اعني سجلماسة متوسطة في الصحرا مسافة ما بينها وبين تلمسان وفاس ومراكش علي حد سوا فمن حيث قصدت اليها من احد هذه البلاد كان ذلك مسافة عشر مراحل Verba quae hunc ſenſum produnt: E regione Telemſan media in Sahara ſita eſt Segelmeſa, adeo vt inter Telemſan et Fas et Marakaſch et vrbem hanc aequalis ſemper deprehendatur diſtantia, 10 nimirum ſtationes complectens (!).

h) l. c. pag. 70.

i) Huc referenda ſunt, quae in opere Edrisii p. 106 in fine fere ſectionis tertiae tertii Climatis leguntur. *Exponamus* ait Geographus noſter, *viam, quae a Meſr*, مصر, *ad Babneſam*, البهنسا, *ducit; tum ad Segelmeſam, ita vt eam per ſtationes emetiamur. Iuuat iter, quod Marabutae*, المرابطون, *anno quingenteſimo trigeſimo fecerunt, praeoptaſſe.*

Egredienti itaque e Meſr ad Babneſam iter 7 dierum conſumendum. A Babneſa ad Gab Manad, جب مناد, *habebis ſtationem vnam; tum ad diuerſorium quoddam* منزلة *ſtationem vnam; tum ſtationem vnam per loca inaquoſa; tum ad Ain*

OF THE BOMBAY BRANCH

Dara درعة (p. 75) [hod. ad Marocc.] Abulfeda درعة Hoeſt درع *Dra;* Leo *Dara k*).

Dara terra, eiusdemque nominis vrbs. Eius deſcriptionem tribus verbis abſoluit Edriſius, nec de ditione quidem ad quam pertineat certi aliquid adferens, videtur tamen ad Segelmeſam, propter verba paulo poſt laudanda, cui etiam ab aliis, teſte Abulfeda

Aiń Kais, عين قيس, *ſtationem item vnam; tum ad*
Aiat, عيات, *ſtationem vnam; tum ad*
Amtalos, امطالس, *montem, ſtationem vnam; tum ad*
Kosnat, قسنات, *iterum habebis ſtationem vnam; ad*
Koſtará flumen, قسطرة, *ſtationem vnam; ad*
Sarvai, سرواي, *montem, ſtationem vnam; ad*
Atidit, اتيديت, *deſertum 3 habebis ſtationes. Aquae penuria premeris hoc itinere; ad*
Schabara, شبارة, *lacum, cuius aqua potui apta, ſtationem vnam; ad*
Nati, باتي, *montem, ſtationem item vnam.* (*Sionita* vertit *Nati*; litera prima caret punctis diacrit.); *ad*
Samela, ساملا, *ſtationis vnius internallum; ad*
Sirva, سيروا, *in monte collocatam; ſtationem vnam; ad*
Metalavat, متلاوت, *deſertum, ſex ſtationum ſpatium complectens, vbi aqua deficit; tum ad*
Nekau, نقاو, *ſtationem habebis vnam; tum ad*
Saluban, سلوبان, *montem; ſtationem item vnam; tum ad*
Vegad, وجاد, *montem; ſtationem vnam; tum ad*
Nadarma (vel Nadróma), ندرمة; *tum ad*
Kazul, قزول, *montem, ſtationem vnam; tum ad*
Andamar, اندمر, *montem, 3 ſtationes per loca deſerta ac inaquoſa; ad*
Selcaja, سلكايا, *2 ſtationes; ad*
Tamaſet, تامست, *ſtationem habebis vnam; ad*
Segelmeſa tandem item vnam ſtationem. —

Haec autem via difficilis eſt ita, vt raro eam quis ingrediatur, licet ductore perito, comitante omnes difficultates facile poſſint ſuperari.

k) De hac prouincia vid. Leo p. 602 ſq. Marmol. T. III. p. 9 ſq. Hoest p. 70.

ſeda, accenſetur inſigne territorium Darae; ab aliis vero ad Sus *l*).[*] Edriſius noſter, *regiones Sus* oppida multa continere ſcribit. *Dara, vrbs muris et foſſis deſtituta; multa oppida ditione continet vicinaque aedificia et arua, culta a mixtis barbarorum turbis, ſita denique ad flumen Segelmeſae inde per ea decurrens.* — *A terra Dara ad* (terram) *Sus alakſi iter 4 dierum m*).

Fluuii huius nomen etiam Abulfeda ſilentio praetermittit; quod de eo habet, hoc eſt, aquas eius in iſtis locis aridis ac deſertis euaneſcere *n*). Edriſius eundem eſſe innuit, qui ab vrbe Segelmeſa ad vrbem hanc Dara excurrit; qui vrbem Segelmeſam alluit, eſt Leone teſtante *Zis* fluuius. Curſus vero huius fluuii eiusmodi eſt, vt vix Dara regionem attingat; praeterea non euaneſcit in deſerto ſed concluditur in lacum. Num alius fluuius, minor forſan, quam qui in mappis ceterisque tabulis deſcribi poſſet, ad Dara excurrit? an errore deceptus Edriſius vrbis Segelmeſae nomen poſuit? (vid. paullo ante not. m) Flumen quod prouinciam Dara alluit, teſte Leone, *Dara* etiam audit.

Agmat (p. 75 et 76) *o*) [hod. ſub dit. Scherifi Maroc. ad prov. Maroc.] (Abulfeda اغمات Leo *Agmettum*. Marmol. *Agmet*).

 Duas

l) pag. 12.

m) Huius vrbis deſcriptionem Cod. Par. ABULFEDAE Magrab complectens, quoque exhibet; ſed exemplar impreſſum diligentius eſt accuratiusque. Lectiones variantes hae ſunt; EDRISI: بحوطها C. P. بحوط. Verba EDRISII inter قري et وي C. P. omnittit; praeteriit etiam poſt بجلماسة vocabula النازل اليهم; aſt ante السوس addit: بلاد. Lectio بجلماسة, quam adfectam iam in prima libelli huius editione declaraui, MICHAELI etiam ſuſpecta. Vid. paullo poſt et quae dixi, in EICHHORN Bibl. l. c. p. 573.

n) pag. 15.

o) De *Prouincia Agmat* loquitur CARDONNE T. III. p. 151. cf. quoque HERBEL. ſ. h. v.

Duas habet Edriſius vrbes hoc nomine inſignitas at agnomine, ab incolis depromto, inter ſe ſatis diſtinctas et in vicinio mutuo ad montis Daran radices exſtructas, quarum vna vocatur *Agmat Varica* اغمات وريكه altera *Agmat Ailan* ايلان. Ibn al Vardius autoritatem ſuam Edriſio addit *p*); Abulfeda autem duas huius nominis fuiſſe in dubium vocauit vncinis, damnationis ſigno, vti perhibet Reiskius, includens verba ſequentia: "Tradunt quidam eſſe geminam vrbem octo milliaribus diſtantem, quibus fluuiolus communis ſit,, vnam appellari Ailan et alteram Agmat Woreikah. Vtramque abundare hortis et palmetis." Licet Abulfeda *q*) eos damnare videatur, qui geminam eſſe Agmat contendant et quanquam autores recentiores, quantum memini, Agmat Ailan vrbem non memorent, tamen exiſtentiam vix ideo poſſe negari exiſtimo. Probabilis fit haec ſententia ex Edriſii ipſius dicto, iuxta quod ex parte meridionali Marakeſch habitant nationes Ailan Barbarae (p. 76). Neque vereor ne quis mihi obiiciat ex gentis nomine Edriſium huius quoque nominis vrbem deriuaſſe ac quaſi effinxiſſe.

Iam deſcribamus Edriſio duce primam huius nominis vrbem.

Exſtructa eſt, ait, *ad montis Daran radicem ſeptentrionalem in planitie ampla eaquè ſuauiſſima.* Arabes et Marmolius conſpirant cum Edriſio; Leo contra diſſentire videtur in montis cuiusdam qui ab Atlante fere principium habeat, dorſo aedificatam eſſe vrbem hanc tradens *r*).

Solum,

p) *Notices &c.* II. 24: اغمات il y a deux villes de ce nom l'une nommée Agmat اريكة (pro و Edriſii hic eſt ا) *Arica*, l'autre Agmat ايلان, *Ailan*.

q) pag. 15.

r) Ibn al Vardi l. c. pag. 24. Lobab apud Abulfed. pag. 15. Leo p. 162. Marmol. T. II. p. 66.

Solum, pergit Noſter, *eſt fertiliſſimum* (Gramaye, p. 131) *imprimis oleribus ac uvis feraciſſimum. Circum eam viſcere licet palmeta muro ſepta, hortos olearios frugiferisque arboribus conſitos nemoraque denſiſſima. Situs, inquam, eſt amoeniſſimus totius orbis terrarum, regio circumiecta pulchra et ſuauis, ſolum nullis niſi optimis comparandum, aquae multae ac ſuaues, aeris temperies feliciſſima.* Olim i. e. tempore Edriſii dignam hac laude Agmat fuiſſe omnes, quos inſpeximus, teſtantur autores *s*).

Sed nondum ad finem perducta eſt ampla huius vrbis delineatio. *Aquae*, ait porro, *ab ipſius dextra ac ſiniſtra parte excurrentes, irrigant diu noctuque plateas eius; amniculus nimirum a meridie vrbis ad ſeptentrionem tendens ſecat vrbem. Vario illi vrbi eſt beneficio. Iuxta eum ſcilicet exſtructa vides molas, molendo tritico deſtinatas; idem percurrit vrbem diebus Iouis, Veneris, Sabbathi et die ſolis; ceteris diebus ab vrbe deriuatur ita vt plane illam non alluat, ſed agros eius hortos, ruraque irriget.* — Ex Edriſio deſumta videntur, quae leguntur in *Repoſitorio* etc. Tom. I. p. 434 vel ſaltem ex fonte eodem, ex quo Edriſius hauſit. Flumen quoddam ſubterfluere vrbi, autores quos ad manus habeo omnes affirmant; nemo eorum autem tam fuſe de illo verba fecit. Leo arcanam eius naturam quidem depingit, ſed hoc nihil ad nos. Ex Marmolio diſcimus idem cum vrbe nomen gerere *t*).

 Incolae

s) Ibn al Vardi ſon terroire, ait, eſt très-fertile, additque quae in Edriſio deſunt, ſcilicet: et ſes habitans ſont riches. Abulfed. واغمات, (leg. اغمات) ذات مياه وفواكه كثيرة i. habet Agmat multas aquas et fructus horaeos. cf. Leo 163. Marmol. l. c. Gramaye p. 131.

t) Leo p. 163. Marmol. l. c.

Incolae huius vrbis, pergit Edr. „*ſunt u*) *Havaritae* (هوارة) *ex familiis barbaris, qui per coniugia et ipſi Barbari facti ſunt. Diſtat denique haec vrbs a Marakeſch* 12 *miliaribus.* — Alii autores plus minus numerant *v*).

Aſt proh dolor! tranſiit gloria huius vrbis. Iam Leonis *w*) tempore fuit hominibus deſolata. Sequiori quidem tempore reſtaurata fuit, ſed vetus *x*) ſplendor nunquam rediit.

Huius vrbis delineationem ex Edriſio Codici Pariſienſi inſertam deprehendi et aliquas lectiones variantes in Bibl. Eichhornii l. c. p. 574 notaui, quae iam repeto. *Edr.* فحص *Cod.* مكان; *Edr.* كثير *Cod.* كثيرة; *Edr.* والاعناب *Cod.* والاعشاب (*herbis*, vel, *pabulis virentibus* pro Edriſii *uvis*). Poſt وشمالا, *Cod.* omittit verſiculum integrum. *Edr.* مخدقة *Cod.* متحدقة, bene; verba Edriſii, a ومكانها vsque ad طيبة i. e. lineam integram *Cod.* non habet. وفي *Edr.* caret; inter طيبة et عذبة *Edr.* inſerit الثري; *Edr.* الما *Cod.* المقام; *Edr.* بالكبير *Cod.* بكبير; poſt جنوبها addit *Edr.* فيمر الي ان et voc. ſequens ſine و offert. Quae nunc Cod. addit, Edriſius typis exſcriptus, non habet; ſunt haec:
وربما جمد بها النهر في الشتا حين يجتاز الاطفال عليه
قال وهذا شي عايناه بها غير مره تسمي هذه اغمات وريكه
Fluuium

u) Havaritae; procul dubio deſcendunt a Havar cuius hiſtoriam ſupra pag. 128 ex Edrisio retulimus. Apud Leonem *Haoaros* audiunt pag. 14.

v) Ibn Said ſcilicet apud Abulfedam habet p. 15 (in fine deſcript. Marakeſch.) 15 miliaria. Leo l. c. milliaribus plus minus viginti quatuor. Marmolius; huit lieues, Dapper; 8 Meilen von Marocco.

w) p. 265. Marmolius l. c.

x) Gramaye l. c. p. 131.

Fluuium hunc tempore hyemali gelu conſiſtere Leo, arcanam eius naturam depingens, neſciuit. Res tamen ipſa a veritate non abhorret; praeſertim cum vrbem Agmat haud procul a monte Atlas aedificatam deprehendimus.

Altera huius nominis vrbs eſt

Agmat Ailan اغمات ايلان (p. 76) *minor eſt, at pariter exſtructa ad radices montis Daran* (Atlas) *ab oriente nimirum vrbis Agm. Varicae. Spatium quod has vrbes intercedit 6 eſt miliarium.*

Tribus verbis Ibn al Vardi etiam vrbis huius deſcriptionem abſoluit. Incolas eius eſſe Iudaeos; vrbem eſſe magnam; perhibet. Differt ab Edriſio. Sed quae hic repugnantia videntur, forſan non ſunt, potuit enim Ibn al Vardii tempore, noua acceſſione ad hanc vrbem facta, nouis ditari incolis. Ibn al Vardium non penitus differre ab Edriſio, poſtea compertus ſum. Cod. Pariſ. nimirum (vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 536) eiusdem vrbis deſcriptionem ex Edriſio, at fuſiorem exhibet, quae ita ſeſe habet:
وقال ايضا في كتابه نزهة المشتاق وعلي سته اميال
من اغمات وريكه اغمات ايلان مدينه صغيره في اسفل
جبل دن (دن) وهي من اغمات في جهه المشرق وبها
يسكن يهود تلك البلاد وهي مدينه حسنه كثيره
الخصب كامله النعم وكانت اليهود لا تسكن مدينه
لمراكش عن امر اميرها علي ابن يوسف ابن تاشفين
Addit ergo Codex *ad h.l. vrbem eſſe pulchram; abundare (glarea;* ſed forſan leg. الخصب) *prouentibus annuis ac gregibus; cultamque eſſe a Iudaeis, in hac terra degentibus.*

Maracaſch مراكش (p. 76) (ex Abulfedae pronuntiandi ratione مَرّاكش Leo *Maroccum.* Marm. *Maroc.* Hoeſtius *Marokos* vel *Merakſch.*)

 Hoeſtius

Hoeſtius illi dat lat. ſept. 31 - 37½ et eo loco (praeeuntibus Marmolio et Gramaye) conditam eſſe, perhibet quo olim fuerit Bocanum Hemerum (Ptolemaei *βοκανὸν ἥμειρον* pag. 167) Edriſius noſter, qui tantum de vrbe Maracaſch, non autem de regno egit, limites, in quibus finiendis Abulfeda occupatus fuerat, adiicere noluit, ſed ſine praefamine de Conditore et anno, quo condita eſt, verba facit.

Condita fuit ſcilicet *initio anni* 470 (I. C. 1077-78) *a Ioſefo Taſchfini filio* (يوسف بن تاشفين) *y*) *qui terram, cui ſuperſtructa eſt, ab incolis Agmat magno pretio emerat, ac ſibi et poſteris ſuis vindicauerat.* Ita quidem Edriſius. (Autores, quos inſpeximus omnes, hoc memorabile factum obticent.) Enimuero magnus eſt diſſenſus inter ſcriptores tam circa annum vrbis conditae, quam circa ipſum conditorem. Schehabeddinus *z*) habet annum 475 (I. C. 1082-83), Leo annum 424 (I. C. 1033-34) *a*), Marmolius (et qui ab eo pendet Hoeſtius) annum 454 (I. C. 1052-53) *b*), Cardonne 462 (I. C. 1069-70) *c*), Caſiri teſtante Joſephus anno Heg. 424 prima vrbis fundamenta iecit; perfecit anno Heg. 465 (Chriſti 1072) *d*), Gramaye adeo ann. Chr. 1024 *e*).

Idem diſſenſus, licet non tam frequens, ſi de conditore interroges. Arabes omnes a parte Edriſii

ſtant.

y) HERBELOTUS ſub voce *Teſſeſin* contendit corruptum hoc eſſe nomen, ac reperiri pro eo in Mſſ. orientalibus Baſchkehin, Taſchkehin, Naſchkehin.

z) Vid. *Notices* T. II. p. 160.

a) p. 149 et p. 153.

b) MARMOL. T. II. 50. HOESTIUS pag. 16 *Abu Teſſin* ابو تاسفين conditoris nomen effert.

c) Tom. II. p. 97.

d) Tom. II. p. 46.

e) pag. 127.

ſtant. Apud Abulfedam enim diſerte vocat Saidi filius vrbis conditorem *Joſefum filium Taſchfini f)*, Schehabeddinus quoque et Leo Afr. Pro certo quoque hoc habuerunt de Guignes et Cardonne *g)*; Gramaye vero, Dapperus et qui nunquam non cum illo conſentit de la Croix in diuerſum abeunt ſcribentes exſtructam a Joſefo et filio eius Ali *h)*. Sed diſſenſus eorum, ſi rem accurate ſumamus, eſt nullus; et in eo ſubſiſtere poſſumus, Joſefum fundamenta ieciſſe vrbis huius. Neque porro Edriſius neque Abulfeda inficiantur ſucceſſores Joſefi bene de vrbis huius amplificatione et pulchritudine meruiſſe, meruit etiam Ali vti ex Hoeſtio *i)* ſatis luculenterque conſtat. Fieri quoque potuit, vt Joſefus tot tantisque bellis diſtractus, dum in Hiſpania moraretur, filio ſuo operis inſpectionem demandaret. Reſtant modo Marmolius et qui eum ſequitur Hoeſtius, qui, autoritate Abdelmaleki ducti, patri Joſefi prima adſcribunt fundamenta. Sed fortaſſis licet dicere, patrem apparatum ad vrbem nouam comportaſſe, filium vero diſponendam exſtruendamque vrbem curaſſe. Edriſium tamen (cui, vt audiuimus ceteri omnes adſtipulantur) ſi anteferre malles, haec forſan pro te haberes quod diligentiſſimus et, quae ceteri omnes obticent, minutiſſima adeo vt ſtatim videbimus, narrauerit. Neque tamen putem tam leuiter reiicienda eſſe Abdelmaleki verba,

f) pag. 14. ait Ibn Said: مراكش محدثة بناها يوسف ابن تاشفين, i. e. Mar. vrbs noua, opus Joſefi, filii Taſchfini, et pag. 16. idem ait: كانت كرسي ملك امير المسلمين يوسف ابن تاشفين قبل ان يختط مدينة مراكش, i. e. fuit (Agmat) ſedes regia Emir Moslemine Joſefi, filii Taſchfine, antequam is fundamenta iaceret vrb. Mar. eamque exſtrueret.

g) Vid. not. anteced. et de Guignes l. c. p. 375.

h) Gramaye vid. not. *x*. Dapperus. p. 180. de la Croix T. I. p. 383.

i) p. 16 et 75. Leo p. 149. 150 &c.

verba, praeſertim cum apud eundem Marmolium *k*) legamus: "et l'on voit encore écrit en lettres arabesques ſur des tables d'Alabaſtre dans quelques anciens édifices, qu'ils ont eſté baſtis par la lignée des Lumptunes, ſous le regne de *Joſeph Abu Teſchifien.*" *l*)

Quod ad annum vrbis conditae attinet haud aeque facile diuerſae opiniones conciliari poſſe videntur. Diſſenſus omnis ex anno 424 Leonis oritur; tollitur leui emendatione admiſſa, ſi nimirum pro 424 legas 474; ita vt in duas partes ſecedant autores quorum, hi Joſefum, illi patrem eius conditorem eſſe perhibent. Sed nihil affirmem.

Ad rem tandem aliquando reuertamur.

Exſtructa eſt in planitie m) in cuius circumferentia nullus conſpicitur mons praeter paruum aliquem Angilin n) nomine. Praebuit ille non ſolum lapides, quibus vtebantur ad aedificanda vrbis palatia, quae inde palatiorum lapidis (داراجر) *nomen reportarunt; imo vero nullis aliis vtebantur in aedificanda vrbe lapidibus, niſi*

k) l. c. pag. 51.

l) Noli putare, quoniam nomen Joſefi hic deprehendis legendum eſſe *Abu* (filium). Hoestius enim p. 17 integrum patris nomen, vna cum agnominibus ita excitauit: الامير يوسف ابن ابراهيم بن تاشفنت الحصيري الصنهاجي, i. Emir Joſef ben Abraham ben Taſchfint Haſiri Senhagenſis. (cf. Edrisius p. 74. ſupra p. 128 ſq.)

m) Planitiem hanc vocat Abulfeda vaſtam deſertam terram في ارض صحراوية. Hoestius p. 74. pulchre eam depingit, ſcribens: in einer Ebene, die voll von Oel und Pappelbäumen iſt. Leo l. c. in campo ſpacioſiſſimo. Marmol. dans une belle plaine. de la Croix l. c. p. 383. dans une plaine de 50 milles d'étendue &c.

n) Sionita vertit Aigilin, ſed in libro eſt انجيلين. De colliculo hoc nihil inueni, ni forte, quae Cardonne T. II. p. 164 habet, huc vocare velis: Abdalmumen belagerte Marocco. Seine Armee lagerte ſich an dem weſtlichen Theile dieſer Stadt, auf einer kleinen Anhöhe.

niſi hoc ex monte exciſis. — Supra iam monuimus, Edriſium noſtrum diſertiſſimum eſſe in deſcriptione vrbis huius, isque eſt locus de quo fruſtra omnes alios autores euolues. Aedificia enim alii laudant iam ad finem perducta atque aedificata.

Aqua, pergit noſter, *quae hortis irrigandis inſeruit, extrahitur pulchro quodam artificio mathematico, inuento ab Abdalla filio Iunes geometra* (مهندس) *o*). — Procul dubio ſub hoc artificio mathematico canales intelligendi ſunt, quorum Saidides apud Abulfedam mentionem fecit *p*). *Longitudo vrbis* Edriſio autore *ad miliare; latitudo quoque prope ad miliare accedit*; in quo quidem a filio Saidi, qui ambitum Mar. 7 miliaria eſſe perhibet, ſed ſuo iure, diſcedit *q*). Leo nihil definit; hoc tantum ex eius deſcriptione perlucet, vrbem hanc fuiſſe maximam ac inauditae magnitudinis *r*); Gramaye vero cum Saidide facit *s*).

Ad tria miliaria t) (perg. Edr.) *a Marak excurrit fluuius Tenſiſt* (تنسيفت Hoeſt. p. 95 ſcribit تنسيف *Tenſif*) *nomine, non ita magnus quidem, ſed perpetuo fluens. Proſilit e fontibus quibusdam quos Daran mons gignit, ea parte, qua Agmat Ailan reſpicit.* Leo cum Edriſio conſpirat *u*). Quod ſi eum recentiores

o) Fruſtra huius Geometrae cauſa Herbelotum volutaui, nec in aliorum librorum lectione occurrit; niſi forſan idem, quem Abulfeda laudat. Vid. deſcript. Aegypti p. 33.

p) l. c. p. 14. Autor libri: die Staaten &c. p. 502: "Die Waſſerleitungen, dadurch das Waſſer 40 Meilen weit herbeygebracht wird, ſind ein erſtaunenswürdiges Werk.

q) Hoestius nimirum horae ſpatio, equo vectus, totum vrbis ambitum emetitus eſt l. c.

r) l. c. inter alias domos numerat plusquam centies mille &c.

s) l. c. Ambitus eius, innuit, miliarium duodecim. Vnde hoc depromſerit, neſcio.

t) Leo l. c. Diſtat ab hac vrbe Tenſiſtum flumen *ſex fere paſſuum millibus.*

u) pag. 730.

tiores non e monte Daran ſcatere perhibent, ſed ex monte quodam, qui ab Atlant originem ſumit, non magnopere tamen ab Edriſio abhorrent *v*). Hoeſtius l. c. magnum fluuium compellat.

Ex parte meridionali Mar. degunt nationes Ailan Barbarae; Loca vero ſuburbana (حـولـهـا) *occupant nationes Naſis* (نفيس) *Banu Iadſer* (بنويدفر) *Dacala* (دكالة) *Ragaragae* (رجراجة) *Zudae* (زودة) *Haſcura* (هسكورة) et *Hazargae* (هزرجة) *w*). *Degunt itaque hae nationes ab occidente et oriente Agmat domini Vaticae x*). Scilicet antequam Marakaſch aedificaretur, Agmat, tradente Abulfeda, ſedes principis fuit.

Ab

v) Dapper 170. de la Croix T. I. p. 378. Leo l. c.

w) Nationum nomina, quae modo ex Edrisio adſcripſimus, ceteris autoribus vt Leoni, Marmolio aliisque in deſcribendo Marocci regno facem praetulerunt. Diuidunt ſcilicet regnum Marocco in ſeptem regiones, quales ſunt *Hea*, *Suſa*, *Marocco*, *Guzzula*, *Ducala*, *Haſcora*, *Tedles*, Deſcriptioni vnius cuiusque regionis paucis de populo, qui eam incolit praemiſſis. Regio *Ducala* Leonis procul dubio continet habitationes nationum دكالة; idem valet de regione *Haſcora*, quam idem Leo p. 199 delineat.

De ceteris autem nationibus, de quibus Edrisius loquitur, nihil inuenimus praeter, quod Ragragarum natio Leone autore pag. 128 montem ferreum (*Gebel el Hadid* Edris.) incolat. cf. Hoestius p. 74.

x) يسكن بغربي اغمات وشرقيها مصامدة وريكة
Verba ſunt Edrisii.

Ceterum, de nominis *Barbara* (Berber, Bärbär) origine diſſerunt Herbelotus ſ. v. *Berber*, Schehabeddin l. c. T. II. p. 152 ſqq. Leo p. 9. Leonem et Marmolium diiudicat autor libri: Die Staaten der Seeräuber p. 3 ſq. Fontes indicant Cardonne et qui eum germanice fecit, Tom. I. pag. 6. not. — Afrikuſch e Hamo filii Noae oriundus pater quoque eſt autore Timim. Barbarorum
افريقش من ولد حام بن نوح بها وافريقش هذا
هو ابو البربر — فالبربر كلهم من ولد حام بن نوح
Barbari itaque (pergit) ab Hamo, Noachi filio, deſcendunt. &c. &c. De origine Barbarorum in regno Maroccano degentium ſententiam quoque in medium profert Hoestius p. 133. cui, vt videtur, Michaelis applaudit. Vid. Michael. Or. Bibl. Tom. XXII pag. 76 ſqq.

Ab vrbe Mar. ad vrbem *Salam* maritimam habentur ſtationes nouem, quarum in recenſione ſequamur Edriſium. Conſentit Timim. mſt. totidem ſtationes referens: وبين مدينة سلا هذا ومدينة مراكش المملكة تسع مراحل, i. e. Salam hanc inter et vrbem Marak. regis ſedem 9 ſtationum interuallum. *Statio prima eſt oppidum*

Tunin تونين (p. 76.) (oppidum) *exſtructum in planitie ampla, vbi nulla curuitas aut decliuitas deprehenditur, cuiusque longitudo duarum eſt ſtationum. Incolunt id nationes Barbarae ſcilicet Kezulae* (تزولة) *Lamtae* (لمطة) et *Sedranae y*). *Omnis haec planities referta eſt planta quadam ſpinoſa z*), *cuius nomen eſt Sedr* (سدر) *cuiusque fructus vocatur Nabak* (النبق). Herbelotus ſub voc. *Sedr* et *Sadar* praeter rem errat, quum *Sedr* et *Nabak* pro arbore habet, nec inter arborem et fructum diſtinguit. Abulfadli enim titulo سدر haec habet: Sedr eſt nomen arboris cuius fructus appellatur nabic. Ebn Aluam, Hiſpalenſis النبق quoquo pro fructu habere videtur *a*). Sedr Edriſii eſt ſylueſtris, quae ſpinis horret plurimis et acutiſſimis, et vocatur ab eodem Abulfadli *addhal.* Plura vid.

y) Ita Sionita. In libro eſt صدرتة, conſonans quarta ſine puncto. تزولة putare poſſes eſſe *Guzzula* Leonis, prouinciam iterum deſignans. Hoestii ſcriptura aduerſari videtur, eſt ſcilicet كزولة. Sed hoc forſan non tanti momenti eſt, vt aliquem mouere debeat. *Lamtae* Barbari a Senhagienſibus originem ducunt (vid. ſupra p. 128).

z) Pro loto arbore habent Shaw Tom. I. pag. 232 &c. Alia docet Aurivillius vid. eius Diſſ. ex edit. Michaelis p. 49 ſqq.

a) Vid. Casiri Bibl. T. I. p. 328 vbi haec: النبق Lotus, ſpecies arboris Ziziphi ſimilis, Auctori noſtro *Ziziphus ipſa.* — Caeterum, vt obiter hoc moneam, שמיר hebr. ad سدر ſpecies non male reuocat Celsius in hierobotan. I. p. 187 – 189.

vid. apud Aurivill. *Reperiuntur* (perg. Edr.) *in eadem planitie* (خص) *teſtudines terreſtres, ſuperantes maritimas magnitudine et robore, conchas magnas habentes, e quibus populi huius tractus vaſa parant, quibus vtuntur ad pinſendas lauandasque farinas. Ab oppido Tunin ad*

Iabaktin يبقطين (p. 76.) *oppidum, ſtationem habebis vnam* (ſtatio ſecunda). De hoc oppido quoque nihil inuenimus. Situs eius ex Edriſio manifeſtus. *A Iabaktin ad*

Agaſſic b) (p. 77) *oppidum, ſtationis interuallum* (ſtat. tert.); *ſitum eſt in extrema planitie,* quam ſupra (vid. Tunin) Edriſio duce delineauimus. *Hinc ad*

Om Rabia ام ربيع (p. 77) [h. ad regn. Maroc.] *oppidum magnum, ſtationis itinere diſſitum* (ſtat. quarta). *Om rabia adiacet flumini, quod eodem nomine venit c*), *quodque nauiculis traiicitur. Fluuius iſte eſt rapidus, murmu-*

b) اغغسيك et quatuor lineis interiectis اعغسيق ſcilicet per Elif, Ain &c. in fine per Kaf. Pro Ain facile poterit Gain reſcribi; num autem ك aut ق rectius ſit, in incertis habeo.

c) Leo pag. 732. *Ommirabih* effert, fluuium maximum vocat, de ſcaturigine eius ex Atlante exponit curſum eius proſequitur, donec prope Amazura vrbem mare eum abſorbet. De traiectu haec habet: hiberno ac verno tempore transuadari non poteſt, verum adiacentium locorum incolae merces ac viatores quibusdam ceu raſtris vtribusque ad vtramque ripam ſuperimpoſitis traiiciunt. Hoestius p. 81. pronunciat امـم عربيع; p. 95. امارببع; rapidum eum ac praecipitem eſſe obſeruat. Dapperus pag. 173 de fluuio magno *Umarabea* verba facit. Timim. Mih de fluuio hoc diligenter ita exponit a بين سلا ومراكش وعلي ثلاث مراحل من مراكش نهر عظيم يدعي ام ربيع ينصب من جبال صنهاجة من موضع يدعي وانسيفن يصب في البحر الاعظم, i. e. Salam inter et Marakaſch et ad tres ſtationes ab vrbe Marakeſch fluuius eſt magnus, Om Rabia vocatus, proſiliens ex montibus Senhagae ex fonte, qui vocatur Vanſifan. Abſorbet eum mare maximum. Cf. Marmol, II, 97. Lempriere hunc fluuium p. 42. 43. *Morbeya* vocat.

murmurans, *ſaxaque permulta deuoluit. Abundat oppidum hoc incolis, qui ex variis Barbarorum familiis confluxerunt*, *quales ſunt familia Rahuna* (رهونة); *tum nonnulli ex familiis Tamesna* (تامسنا) *et Zenate* (زناتة). De oppido hoc nihil habeo quod proferre poſſim, at de fluuio ex aliis autoribus, Edriſii deſcriptioni fidem et robur addentibus collecta, infra not. c. expromta ſunt. His interponit Edriſius quae ſequuntur (p. 77): *Familiae Tamesna plures ſunt et in diuerſas abierunt tribus, ſcilicet: Barguata* (برغواطة), *Matmata* (مطماطة), *Banu Saleb* (بنو سالب), *Banu Vaiamaran* (بنو ويعمران), *Rakåra* (ركارة) et nonnulli ex familia *Zenate* vti *Banu Fagaſaſch* (بنو إغفش). *Quae quidem familiae omnes gaudent agris, armentis et camelis, ac ſtrenui ſunt equites. Vltima harum gentium habitatio eſt portus Fadalae, ſitus ad oceanum occidentalem, quem inter et fluuium Om Rabia tres numerantur ſtationes* d). *Ab Om Rabia ad*

Aiciſel ايكيسل (p. 77) *oppidum*, *item ſtationis internallum* (ſtatio 5ta). *Eſt vero oppidum pulchrum, multos fontes habens. Ab Aiciſel ad*

Ancale e) (p. 77) *oppidum, habes iterum ſtationem* (ſtatio 6ta). *Oppidum hoc* (obſeruante Edr.) *quoque ſub*

d) Abulfeda p. 11 de praetura Tamesna loquitur, in meridie vrbis Salae ſita, diuite oppidis ſatis ac pratis. Hodie Tamesna pars eſt regni Feſani, in ſeptem partes vel prouincias diuiſi. De Temesna, Feſae regione fuſius agit Leo p. 239, fines accurate ducit, ac de populo huius regionis multa, lectu non indigna, refert. De prouincia *Temeſen* agit Marmolius Tom. II. p. 138 et more Leonis, nonnulla quoque de populis huius tractus deſcriptioni ſuae praeludit; nomina vero ſingularum tribuum, quae modo ex Edrisio adſcripſimus, ab vtrisque ſilentio praetermittuntur. Hoestio autore, p. 83 hodie in 6 prouincias diuiditur Fes regnum, quarum primam Temsna (in mapp. تامسنة) compellat.

e) انكال paulo poſt ſcribitur idem oppidum اشقال *Atſkal*; quae lectio verior, non habeo dicere.

ſub nomine Dar al Morabetin (دار المرابطين) *f*) *venire ſolet.* Hinc Brunſius occaſionem arripuit locum, qui apud Veteres *Exploratio, ad Mercurios* audit, explicandi *g*). Pro nomine proprio acceperim. *Hinc abſoluta ſtatione* (ſtat. 7ma) *peruenis ad*

Macul مكول (p. 77) *oppidum, quod non male cum caſtello comparaueris. Situm eſt ad paludem* (بطايح), *adhaeretque illi deſertum h*), *quod vocatur Charaz* (خراز), *cuius longitudo eſt* 12 *miliarium; aqua omni caret.* Sed neque de oppido hoc, (*Magilla* enim Leonis p. 383 vix conuenit vid. infra v. Magila) neque de deſerto vel planitie quicquam memoriae proditum legimus. *A Macul ad*

Ticſas i) (p. 77) *oppidum, iterum habes ſtationem, ſed paruam* (ſtat. 8va). *Si a Macul ad Ticſas tendis,* (monente Edriſio) *iter per hoc deſertum capiendum erit.*

A Ticſas tandem ad Salam ſtationis interuallum (h. e. ſtatio nona). — Hoeſtius pag. 91 itineris curſum a Maracaſch ad Rabat (a Sala, teſte Leone, vix ſeſquimiliari diſtans) exhibuit. Valde gauiſus eſſem, ſi, quae in ipſius catalogo in via occurrunt loca, cum Noſtri enumeratione conuenirent, ac iis, quae in illa minus nota ac plana ſunt (veluti nomina plurium oppidorum) lucem adferrent; ſed ſpem omnem fefellit euentus, nihil enim inuenimus quod cum Edriſii itinere compararemus praeter flumen Om Rabia. Quidquid igitur ex Hoeſtio haurire potuimus, redit ad comparationem menſurae viarum. Habet nimirum horas 59. — Sed ad rem reuertamur.

Sala

f) Sionita per *habitaculum ſpeculatorum* explicat.

g) Vid. *Handbuch* l. c. p. 155.

h) خحص et خص ſcribitur; neutrum mihi conſtat.

i) تيكساس et paulo poſt, سكيساس (*Seciſas*); vtra ſcriptio verior ſit, non exputo; autores mei tacent.

Sala سلا et pag. 8 inde a Clim. tert. l. 1. سلي (pag. 77. 78) [hod. vrbs regn. Fes.] [Abulfed. سلا Timim. سلي Ptolem. p. 165 σάλα long. 6, 10. lat. 34, 10. Mela pag. 87. *Sala*. Plin. 207. *Sala*. Leo. *Sela*. Marmol. *Salé* vel *Célé*. Cardonne (T. II. 97.) et Lempriere *Salee*.] *k*)

Vrbs noua eſt, teſte Edriſio, *ad littus maris exſtructa* (pag. 79 *ad oras maris ſalſi ſita*). Diſtinguit idem *Salam nouam inter et antiquam*, id quod Abulfeda (p. 11) non fecit, modo diſertius vrbis ſitum circumſcripſit.

Antiqua vrbs (perg Edr.) *priſcis temporibus Salah* (سلاه) *appellabatur, diſſitaque eſt a maris littore duobus miliaribus, iuxta littus fluminis Aſmir* اسمير, *quod attingit modo vrbem nouam, ibique in mare effunditur.*

Crediderim fere vrbem Salah i. e. Edriſii antiquam, eandem eſſe quam Leo, Hoeſtius, ceteri ſeparatim ab vrbe Sala ſub nomine *Sella* (*Menſale* Marmol.)

L 2

k) Timimaei Mſt. effert Sali. وسلي هي مدينة علي البحر الاعظم المحيط ينصب نهر عظيم يصب في البحر المذكور i. e. Et Sali vrbs eſt iuxta mare maximum ambiens, excurrit ad eam fluuius magnus, qui ſe huic ipſo mari immergit. Sed paullo ante Sala سلا pronuntiat. Verba eius: ومن مكناسة الزيتون الي مدينة سلا اربع مراحل ومدينة سلا هذا الي ساحل البحر الاعظم المسمي اقنابس وهي في الجنوب كماذكرنا ينصب اليها نهر يسمي وادي الرمان يصب في البحر الاعظم المذكور, i. e. A Mecnaſa oliuis feraci ad vrbem Sala 4 ſtationum iter. Vrbs Sala ſita eſt ad littus maris maximi *Aknabas* vocati verſus meridiem. Excurrit ad eam fluuius Vadi al Raman nomine quem mare maximum abſorbet. — Vocem اقنابس non intelligo. Forte leg. القاموس *Oceanus* vel adeo اقيانس *Oceanus*, vbi ad literam verſum putem vocabulum graecum, id quod tamen nullibi in Lexicis deprehendi.

Marmol.) deſcribunt. Hoeſtius quidem *l*) شالة ſcribit, ſed hoc nihil, vt putem, contra hanc ſententiam facit; ſaepius enim eius ſcriptura ab Edriſii et Abulfedae pronuntiandi ratione differt. Situs perfecte quadrat. "Leone autore enim *m*) oppidulum *Sella* non procul a flumine *Buragrago* (*Aſmir* Edriſii vt ex Marmolio patet *n*), a Romanis exſtructum ab oceano *duobus miliaribus*, *a Rabato* autem vno tantum miliari diſſitum eſt." (vid. paulo poſt.)

Edriſii tempore *Salah iam fere fuit deuaſtata, nihil viſu dignum habuit, praeter reliquias aedificiorum firmo-*

l) pag. 82.

m) pag. 253.

n) T. II. p. 141. In textu ſcilicet eſt Burregreg, in margine vero: *ou Sala ou Sumir*, quod, niſi me omnia fallunt, cum أسمير EDRISII idem eſt. Ceterum variant autores, quos contuli fere omnes, in fluuii huius denominatione. TIMIMAEI, vt vidimus, *Vadi al roman*, eum compellat. LEO pag. 258 haec memoriae prodidit: "*Buragragus* fluuius duas has vrbes (Sela et Rabat) ab inuicem dirimit." De origine eius "ex vno montium ab Atlante procedentium" de eius curſu, et oſtio diligentiſſime idem ſcribit p. 733. Autor libri *Reiſe in die barbariſchen Staaten* &c. haec habet: Wenn das Meer niedrig iſt, hat er (portus ſcilicet, de quo ſermo eſt) nur anderthalb Fuſs Waſſer; er iſt einem geſchloſſenen Haven ziemlich ähnlich, und wird durch den Fluſs *Buragreb* formirt, der an der einen Seite unter den Stadtmauern hinflieſst. — Apud HORSTIUM p. 86. haec leguntur: Sala . . . an der nördlichen Seite des Reviers *Burargág*, oder vielleicht richtiger, *Bu Rgâba* بورغابة (غ, g, per *rg* exprimere ſolet) welches, mit Waldung und Buſchwerk angefüllet, bedeutet. Denn auf beyden Seiten des Reviers iſt ein Ueberfluſs von Buſch und Unterwald &c. [Vix audeo coniecturam, nomen, quod EDRISIUS offert, quoad etymologiam idem eſſe cum بوغابة HORSTII aliorumque autorum; licet, notante GIEUHAR. apud Gol. in Lex. ar. col. 1212. سمرة et سمر nec non Pl. أسمر nomen ſit arboris; (ſc. ſpina Aegyptia) vnde أسمير diminut. eodem ſenſo deſcendat.] Autor tandem libri: *Die Staaten der Seeräuber* &c. ſcribit: Salla liegt am Ufer des Fluſſes *Gerou*, der von den Gebürgen [illegible] zuſammenläuft, und ſie in zween Arme vertheilet &c. [illegible] his DAPPERUM, qui tamen, vt ſolet, LEONEM et MARMOLIUM ſequitur. LEMPRIERE tandem pag. 33 ſq. multa ac lectu [illegible] indigna de fluuio hoc retulit; nomen eius vero ſilentio praeteriit.

firmorum ac templorum altorum; tamen multa adhuc praeter ruinas extare aedificia. idem monet *o*).

Nunc ad deſcriptionem nouae vrbis (cuius ſuburbium Leo et recentiores Rabat vocant, et cuius conditorem Manſorem Marocci regem ferunt *p*) ſe accingit Edriſius. *Noua Sala, quae, vti iam ſupra monſtrauimus, ad maris oras eſt appoſita, ex parte, qua mare vergit, adeo eſt inacceſſa, vt nemo nautarum ad illam poſſit pertingere. Vrbs eſt pulchra ac prouentu abundans; terra glareoſa.* Quod ad pulchritudinem attinet, vnum vel alterum inuenimus, quod Edriſii aſſertum comprobat. Leo ſitum vrbis huius laude excipit *q*); Marmolius celebrat ſtructuram aedium, murorum et addit *r*): "Les places et les ruës bien alignées, font aſſez voir le bel ordre qui y eſtoit."

Abundantiam ab Edriſio decantatam Geographus Perſa *s*) eo reſtringit, vt ſolam oryzam prouenire contendat. Leo magis cum Edriſio conſpirat, linum, xilinum, buxi arbores etc. collaudans *t*). Terram, denique, arenoſam eſſe, omnes, vno ore contendunt *u*).

Nauibus, pergit Noſter, *ibi, locus tutus eſt nullus; aduectae ſcilicet vrbem verſus, in mari anchoras non ſoluunt ob nimiam portus nuditatem; itaque flumen Aſmir petunt.*

o) Ita nimirum intelligo Edrisii verba: ويتصل بخرابها عمارت متصلة. Sionita fere ita: Adhaerentque ruinis ipſius aedificia non rara.

p) Leo pag. 242. Marmol. Tom. II. pag. 141. Hoestius pag. 82. ربط الفتوح ſcribit &c.

q) p. 258. Sita autem eſt, inquit, in litore oceani *loco amoeniſſimo &c.*

r) Tom. III. p. 148.

s) Apud Herbelotum ſub voce Sala.

t) pag. 260.

u) Geogr. Persa l. c. Abulfeda l. c.

petunt. Priusquam autem contingat os fluminis ingredi, minitantur breuia carinis interitum; anfractusque porro flexuoſos nemo, niſi peritus nauta, ac loci non ignarus, transuadere poteſt ac ſuperare, ideoque talem ductorem vt ſibi deligant nautae, (peregrini) *perneceſſarium habetur.* Ita quidem Edriſius. Nemo autorum qui ad manus mihi ſunt huius rei mentionem facit; ſolus Marmolius l. c. portum, paruum quidem, at bonum, ad oſtium fluminis habere ait. Abulfeda hoc tantum monet, fluuium hunc eſſe magnum, et in eum adſcendere fluxus maris. Ait nimirum p. 11. نهرها كبير يصب فيه المد. Leo quidem ideo excitari poſſet (vid. p. 250), quod in fluminis gurgite rupem eſſe dicat; ſed ad nauigationem rem applicare noluit. Recentiores autem, Edriſio fere conſentiunt eumque vera docuiſſe quodammodo comprobant *v*).

Cauſa denique (vt ad finem rem perducamus) cur Leonis *Sellam*, Marmolii *Meiſale* et Hoeſtii شالة pro vrbe veteri; Sala et Sele eorundum vero pro noua vrbe Edriſii habeo, haec eſt, quod ſi Manſor Rabat vrbem (quam autor libri die Staaten der Seeräuber etc. falſo *Raval* compellat) aedificauerit, Edriſium de ea reſcire nihil potuiſſe exiſtimo. Obiit enim Manſor

v) HOEST p. 82. . . . eine kleine Batterie, wo man öfters an das Land gehen kann, *wenn die Brandung bey dem Reviere zu unruhig iſt.* — Autor libri *Reiſe in den barbariſchen Staaten &c.* p. 15 de portu Salae haec habet: Wir muſsten die Flut erwarten, um in den Hafen einlaufen zu können, welcher nicht ſo tief iſt, daſs man bey niedrigem Waſſer hineinlegen kann. Wenn das Meer niedrig iſt, hat er nur . . . vid. paullo ante not. Er wird durch Felſen und Thürme, auf welchen immer einige Schildwachen ſtehen, bedeckt. — LEMPRIERE p. 34 ſq. haec narrat: Der letzt verſtorbene Kaiſer, Sidi Mahomet . . . endigte ihre Räubereyen völlig durch die Erklärung, er ſey mit ganz Europa in Frieden. Seit dieſer Zeit hat die Mündung des Fluſſes ſich allmählig ſo mit dem von der See hineingeſpühlten Sande angefüllt, daſs die Bewohner der Stadt . . . dadurch auſser Stand geſetzt ſeyn würden, ihre Seeräubereyen wieder ſo weit zu treiben, wie ehemals.

Manſor, teſte Hoeſtio pag. 21 anno 1199; regnum ſuſcepit 1184.

Obſeruationem criticam vt addam, reſtat; in Cod. nimirum Pariſ. (vid Eichhorn l. c. p. 561) vrbis huius deſcriptionem exhibetur, conciſior vero, quam quae in ipſo libro abbreuiato occurrit. Exhibet Impreſſum eam Clim. II. ſect. 1. pag. inde a Climatis initio nona. Lectiones variantes haec: *Edr.* ضفة *Cod.* pro more صفة. Poſt من جهة omittit Codex verſiculos quatuor, ad voces autem لان في et quae ſequuntur, cum Edriſio iterum facit. *Edr.* وبروش، تنكسر *Cod.* وغيرها، ينكسر. Quae poſt vocabula عليها المراكب addit *Codex*, nempe وهم تقيد الحدثية انها مدينتان editio typis excuſa iis quidem caret, ſed in deſcriptione tamen, paullo ante exhibita, continentur.

Deſcripta vrbe Sala more ſueto locorum diſtantias perſequitur Edriſius. *Ab vrbe Sala*, ait, *ad*

Tair طير (p. 78) *inſulam, ſunt, iuxta mare procedenti*, 12 *miliaria.* Hanc inſulam non noui. Ex Edriſii aſſertis ſola diſtantia ab vrbe Sala, caeterum parum certi emergit. Infra, vbi Inſulas deſcribemus, ſermo nobis erit de inſula volucrum, *Raka* nomine, quae ab Ibn al Vardio ex verſione de Guignes vocatur *l'Isle de Thouïour*, quod parum differt ab Edriſii Tair; quae vero, num eadem ſit, non habeo dicere. Hoeſtii mappa ad hunc locum inſulam offert; forte conuenit. Pergit Edriſius: *hinc, ſed cum flexu ad meridiem, perges ad*

Fadala فضالة (pag. 78) [hod. ad regn. Fes] *portum, item habebis* 12 *miliaria. Situs huius portus eſt* (p. 77) *iuxta oceanum atlanticum; tribus ſtationibus a flumine Om Rabia diſtat; eſtque ibi vltima habitatio nationum Tamesne, de quibus ſupra* pag. 161 *egimus.*

Situs ex Edriſio manifeſtus. Apud Hoeſtium occurrit فدالة (in mappa Fedále); verum ne pro portu eodem habeatur, pronuntiandi ratio diſſuadere videtur. Fieri tamen poteſt, vt nomen ex hodierno ſcripturae Mauris vſitatae genere, charactere licet diuerſum, vnum tamen idemque eſſet cum noſtro فضالة *w*). *Ab hoc portu ad*

Anſa, انفا, (pag. 78) [hod. ad regn. Fes] *portum*, 40 *miliarium interuallum. Hic portus frequens eſt.* Pertinet ſecundum Abulfedam ad praeturam Tamesne; inter alia eius emporia, refert Abulfeda p. 11 eſt vrbs Anfa dicta, celebris in litore maris. Leo, Marmolius, alii, Ánfa, vel Anáfe, Temesna oppidum, clarum olim, viuis coloribus depingunt. Diſtat Leone autore a *Rabato*, occidentem verſus 40 paſſuum milib. *x*) Marmolius nomen eius *Anfa* vel *Anafe*, vel *Abça* eſſe contendit. Cod. Pariſ. pro انفا exhibet ابقا *Abka*, nomen, quod iam alia occaſione *y*) cum Marmolii Abça, neſcio tamen an pleno iure, contuli. Forte vitium librarii. Hoeſtius *z*) oppidum hoc *Darbeida* دار بيضة compellare videtur; iam ſi *Darbeida* cum *Anfa* idem ſit locus, apud

w) Verba Hoestii p. 81. فدالة eine kleine Inſel und ein ſchlechter Hafen. Dapper p. 210 nihil niſi nomen *Fedale* habet. Et Lempriere p. 41 de loco *Fedale* verba facit; niſi vero aſſumi licet, Scherifum Sidi Mahomet eum reaedificaſſe, cum Edrisii *Fadala* vix comparari poteſt.

x) Vid. Leo p. 243. Marmol. Tom. II. p. 139. Dapper p. 210. Gramaye p. 171.

y) Vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 561.

z) Hoestius p. 81. ita ſcribit: *Darbeida*, auf den Landcharten *Anaſe* genannt (in mappa eius legitur: *Darbeida* olim *Anaſe*) beſteht aus Ueberbleibſeln von einer ziemlich groſsen Stadt (lbh 33° 42') die, wie die Mauren ſagen der Ameiſen wegen vor kurzem verlaſſen worden iſt. Autore vero Lempriere (modo idem ſit locus) hominibus iterum culta eſt.

apud Lempriere *a*) etiam eius ſrequens fit mentio. Occurrit quidem paullo poſt et in Edriſii huius tractus locorum deſcriptione ſinus, *Beida* vocatus; ſed et ſcriptura, بيضا nimirum, et ipſa loci delineatio impedire videntur, quo minus cum *Darbeida* Hoeſtii et Lempriere comparetur. Pergit Noſter: *ab hoc portu ad*

Mazigan مازيغن (pag. 78) *portum, via recta habes* 6\ *miliaria.* Paullo poſt Mazigan *promontorium* eſſe, perhibet. *A promontorio Mazigan ad Aſafi via recta habes* 85 *miliaria; ſinuoſa vero* 130. Eſt forſan Marmolii *Mazagan?* locorum ſaltem diſtantia non aduerſatur *b*). Forte etiam conuenit Hoeſtii بريجه, vel, vt ipſe ſcribit *Berisgia c*). *A Mazigan ad*

Baida بيضا (pag. 78) *ſinum* (جون; Sionita *continentem* reddit) 30 *miliaria d*). *Hinc ad*

Gait غيط (pag. 78) *portum ac ſinum* (جون) *alium*, 50 *miliaria e*). *Totidem a Gait ad*

L 5 *Aſafi*,

a) Lempriere, de vrbe *Dar Beida*, quam in itinere a Sala ad Magadore obuiam habuit, p. 38; de portu eius autem p. 41 loquitur.

b) Marmol T. II. p. 95. Dapper p. 188 ad ripam Om Rabia ſitum eſſe, perhibet. Vrbem *Mazagan* quoque memorat Lempriere p. 44. Souza p. 114 memorat vrbem Maçagaõ vel Mazagaõ, et vt locum Regni Maroccani deſcribit; multum tamen eius pronuntiandi ratio ab Edriſiana differt; habet nimirum ماء سخن, *Maçochon;* praça en Africa no Reino de Marrocos, Provincia de Ducála. Signifia agua morna, ou quente. Compoem-ſe de ماء a agua e de سخن quente.

c) Hoest p. 80. *Berisgia*, بريجه von den Europäern *Mazagan* genannt, gehört den Portugieſen &c. Die Lage ſoll unterm 32° 52' nahe bey der See ſeyn. Cf. idem p. 98 et Tab. X.

d) [illegible]re putauerim exaratum eſſe البيصنا *Beiſana;* verum nihil certi habeo. Vid. paullo ante v. *Anfa*.

e) In via ab vrbe parua *Aiſi* ad *Azamur* obuiam habuit Hoestius p. 97 غيث *Rgit* (Hoestius غ per Rg exprimere ſolet) ein flieſsendes Waſſer in einer Gegend, Kráker Uled Aiſa genannt. Vix conuenire putem; ſcripturae diuerſitatem leuem tamen non curo.

Aſafi اسفي (p. 78) [hod. ad Maroc.] [Abulfeda اسفي (*Aſafi*), Leo *Azafi*, Marmol. *Safiie*, Cardonne (T. II. p. 97) *Sefi*. Luſitanis, *Cafy* vel Cafim.]

Fuit quondam portus Aſafi vltimus, quem naues petebant; nunc vero practergrediuntur illum plusquam curſibus quatuor.

Quos inſpeximus autores multo ſunt Edriſio diligentiores, nullus tamen ea, quae noſter, tradit *f*). A portu *Aſafi* (اسفي enim lego; in libro eſt انفي *Anfi*) duplex inſtituit iter Edriſius noſter vnum ad

Gebel el hadid جبل الحديد (pag. 78) [hod. ad regn. Maroc.] (mendoſe ibidem occurrit جبل الجديد; Leo: *Mons ſerreus*) *promontorium, eſt iter 60 miliarium; hinc ad portum Gait profectus, habes 50 miliaria.* — Nomen procul dubio inde reportauit, quod olim ferrum, in vſus incolarum, ſuppeditaret *g*). Quo minus partem Atlantis eſſe credas, Leo et Hoeſt. vetant, quorum primus de ſitu eius diſertius exponit *h*). *A portu Aſafi porro ad*

Maſet ماسة (p. 78) *portum, ſitum in extremitate ſinus* (في طرف الجون) *150 miliarium iter.*

Fas فاس (p. 78) *i*) [hod. vrbs prim. regn. Fes] (Abulfeda فاس) Bakui (l. c. p. 414) dat ei 18.-5 long.

f) Plura cupientibus ſuppeditabunt: ABULFEDA p. 10. LEO p. 180 ſqq. MARMOL. p. 78 ſqq. HERBELOT. ſ. v. *Aſſaſi*. [illegible] p. 189. HOEST. p. 79. SOUZA p. 88 qui ita habet: Praça no [illegible] de Marrócos, Provincia de Ducala ſobre o Oceano [illegible]. Foi ſugeita á Coroa de Portugal &c. Adde his LEMPRIERE [illegible] &c.

g) HOESTIUS p. 74.

h) LEO p. 128. cf. MARMOL. II. 27. SHAW p. 97.

i) MASUDI (l. c. Tom. I. p. 54.) de ambitu huius [illegible] ita ſcribit: L'étendue du pays de Fes, appartenant [illegible] quatre cents paraſanges ſur quatre-vingts.

long. 32 - 5 lat. Herbel. (ſ. h. v.) 18 long. 32 - 3 lat. Sept.

Deriuationem nominis Fas فاس, quae in aliis ſcriptoribus non ſine moleſtia legitur, prudenter Noſter omiſit *k*), pariter de autore vrbis quoque tacet *l*). Breuem vrbis huius deſcriptionem his verbis componit.

Ab vrbe Sala diſtat Fas 4 ſtationibus. Kouſtrup apud Hoeſt. p. 99 diſtantiam inter Sala et Fes ad hor. 30 ponit. Pulchre conſentit. *Eſt vrbs gemina, fluuio magno, e fontibus Senhagae oriundo, diſtincta, quarum vna, ea ſcilicet quae ſeptentrionem vergit Karubin* قرويين *vocatur, altera vero, quae ad partem meridionalem ſita eſt, nomen gerit Andalos* اندلس.

Pulchre cum Edriſio in eo conſpirant Abulfeda, Bakui, Geographus Perſa, Leo etc. vt vrbem geminam eſſe aſſerant *m*). Ex Sionitae verſione facile tibi perſuadere poſſis, vrbes Karubin et Andalos eſſe a Faſa vrbe diuerſas; ſed ſecus eſſe vna cum textu originali Ibn al Vardi et Schehabeddini ſatis declarant *n*).

Ad

k) Ibn Said apud Abulfedam p. 14 nomen deriuat a ſecuri, inuenta iactis vrbis fundamentis; alii ab auro, eadem occaſione reperto; alii tandem, qui, ſi quid video, proxime ad rem accedebant, a flumine quod idem nomen gerit.

l) Vid. *Notices &c.* Tom. II. p. 159. vbi verba Schehabeddinii Feſae nati, qui ante omnes audiri meretur, leguntur. cf. Leo &c.

m) Abulfeda p. 14. Bakui l. c. Geogr. Persa apud Herbel. ſ. v. Fes. Hoest p. 83. vid. et not. k.

n) Ibn al Vardi vnam harum vrbium vocat *Andalous*, alteram *Couonnas*. Vltimum vocabulum, litteris Arabicis expreſſum, eſſet forte قرونس. Facile eſt ad animaduertendum librarii lapſum, vel ex parte Mſſ. Ibn al Vardii, vel ex parte impreſſi hic irrepſiſſe, cuius tamen culpam, collatis Schehabeddini aſſertis, vix impreſſo tribueris. Ait illi l. c. Edriſſ, ben Edriſſ, qui batit la ville de Fes en jeta les fondemens en l'an 193, et l'année ſuivant il comm.

Ad flumen (pergit) *quando intrat vrbem multas conſtructas vides molas, quibus vnicuique ſine mercede triticum* (frumentum) *ſuum molere licet o*). — Fluminis nomen et Edriſius et Ibn al Vardi obticent. Bakui vocat illud *Maſrouſin*, Paulus Jovius (apud Dapper p. 204) *Rhaſalme.* Apud Leonem legimus flumen hocce in *Subu* fluuium ſe exonerare *p*). Abulfeda ſitum fontium quodammodo docet, ſcribens: Fluuius eius dimidio fere die oritur vltra Faſam, quam progreſſus per prata ac flores intrat *q*).

Num

commence a faire jeter les fondemens de l'autre partie de cette ville, qui porte le nom de *Alkaroubin*, et qui eſt ſeparée de la premiere par le fleuve, ſur lequel la ville eſt batie. Audiri quoque meretur ABU OBEID (vid. CASIRI Bibl. p. 3) cuius verba ita ſe habent: اما مدينة فاس مدينتان مسورتان وبينهما انهار اي فاس في مدوة الاندلس التي اسست في سنة ثلاث وتسعين ومابة والتي في عدوة الكروبين i. e. Feſſa duplex eſt, vtraque muris cincta, magno flumine interfluente; altera Hiſpaniae contermina, anno Egirae 193 condita; altera Caruanenſibus confinis (*borealis* illa, haec *auſtralis*). Ita CASIRI hunc locum vertit. Quomodo autor vrbis Faſae partem aliquam Hiſpaniae conterminam dicere potuerit, non bene video. Verterim ego: *altera, Andalos vocata, anno Heg. 193* (Chr. 808) *condita fuit; altera Karubin appellatur.*

o) Inprimis videantur de molis: LEO AFR. qui per totam ſectionem de molis loquitur. IBN SAID ceterique auctores numerum molarum, quem EDRISIUS definire noluit; vel augent vel exactius exponunt. IBN SAID apud ABULF. (l. c.) intra vrbem ſexcentos (ستماية) fere lapides molares eſſe affirmat. Autor libri: *Die Staaten d. S.* &c. p. 497 haec habet: Der Fluſs zu Altfez theilet ſich in 6 Arme, durch welche alle Häuſer in der Stadt Waſſer bekommen, von welchen auch 366 Mühlen getrieben und eben ſo viele Bäder mit Waſſer verſehen werden &c. TIMIM. Mſt. 300. (ثلثماية) habet. GEOGR. PER[illegible] elle a une riviere, qui coule de long de ſes murailles, laquelle fait moudre ſoixante moulins, tradit. Subcreſcit numerus molarum LEONEM ſi audis, adeo vt, inquit, molarum aliquot millia hic inuenias, &c. De numero diſſentientes non conciliabo; ſufficiat illuſtraſſe EDRISII vocabulum كثيرة (multas molas).

p) pag. 734.

q) pag. 14.

Num ſingularis haec indulgentia (de molendo tritico nulla mercede ſoluta loquor) vnquam reuera conceſſa fuerit, nequeo dicere. Leo quidem de molis publicis loquitur, ſed eo conſilio, vt iis opponat, quas homines priuati exſtruxerint. Forſan Edriſii verba ita interpretanda ſunt, vt non numos ſoluerent molentes, ſed aliquam partem frumenti.

Pluribus adhuc de vrbe hac egerunt Bakui, Abulfeda, Leo, Hoeſtius etc., ſed ad nos nihil attinet. Locuples imprimis Mſt. Timim. eſt, ſed moles libelli noſtri non fert, vt plura adſcribamus. — Reſtat vt Edriſii morem ſequuti locorum diſtantias in medium proferamus. *Ab hac vrbe noſtra ad Segelmeſam interuallum* 13 *ſtationum.* [Abulfeda in notis marginalibus (p. 3) differt. Ait ſcilicet Faſam eſſe ſitam in medio vrbium occidentis (Mauritan), nam omnes ab ea pariter *decem diebus* diſtare.] *Obuiam habet, qui iter hoc ſuſcipit, loca Safraue; Kalat Mahedi; Tadela, Dai, tribum Safar. Via ergo a Fes ad Segelmeſam ſecat meridiem verſus montem magnum.* — Montem, Daran vel Atlantem eſſe, non eſt dubium. Forſan κατ' ἐξοχην apud Arabes interdum audit Daran الجبل الكبير *mons magnus?* — Primus ergo locus eſt

Safraue صفروي (p. 78) [Leo, *Soffroi*, Marmol, *Soffroy*, hod. ad regn. Fes] *vrbs parua, at bene habitata, ab vrbe Fas ſtationis interuallo diſtans;* ſecundum Leonem autem r) meridiem verſus plus minusue 15 miliar. eadem fere via, quae in Numidiam ducit.

Kalat Mahedi قلعة مهدي (p. 78) (vel arx Mahedi), *diſtat ab vrbe Fas duabus ſtationibus.* Arx huius hominis apud Abulfedam s) occurrit, ea ſcilicet, quae Abdel Mumen ante Salam a ripa meridionali

r) pag. 473. Marmol. *Soffroy* pronuntiat p. 301. Tom. II.
s) pag. 15.

nali ſuper fluuio atque oceano atlantico exſtruxit; ſed cum ea, de qua hic ſermo, comparari nullo modo poteſt.

Tadela تادلة (p. 78) [hod. prov. regn. Maroc.] (Abulfeda تادلا Leo *Tedles*, Marmol: *Tedla*). Miror ſane Edriſium de vrbe Tadela nil niſi nomen tradidiſſe. Abulfedae eſt metropolis montium Sanhagae; laudat idem inſignem eius praeturam *t*). Leo *u*) Marmolius *v*) et qui hos ſequuntur ſub nominibus, quae ex illis adſcripſimus prouinciam Regni Maroccani deſcribunt. Hoeſtius (pag. 81) deſcriptionem huius prouinciae tribus verbis abſoluit.

Dai داي (p. 78) nomen apud Edriſium inuenimus praetereaque nihil. *Iahia Edriſita* vrbi et agro *Dai* (داي) praeerat, vti ex Abulfeda ſcimus *w*).

Tribus Safar شعب صفار (p. 78) procul dubio pertinet ad hanc tribum vrbs, quam ſupra memorauimus Safraue. Reuertitur Edriſius ad vrbem *Fas*. *Interuallum* 40 *miliarium x*) *ait eſſe Fas inter et*

Mecnaſa مكناسة (p. 78). [hod. ad Fes ſed. Imp.] Iacuti efferi iubet مِكْنَاسَة Hoeſtius pronuntiat مكناس Leo *Mecnaſa*, Marmol. ac plerique recentiorum *Mequinez:* Ptolem. (annuent. Marmol. et Hoeſt.) σίλδα. (pag. 166.)

Mecnaſa

t) pag. 18.

u) pag. 218.

v) 127. DAPPER 191.

w) Vid. *Annales Moslem.* Tom. II. p. 152.

x) LEO p. 267. diſtare a Faſa, ait, *36 miliaribus.* HOEST. pag. 85: *eine kleine Tagereiſe*, et pag. 99. Man rechnet 10 *Stunden*. DAPPERUS p. 203 ait: *12 ſpaniſche Meilen von Fez.* TIMIM. Not. ad *iuſtum diei iter* diſtantiam ponit. ومن مدينة فاس الي مدينة مكناسة الزيتون يوم تام.

Mecnaſa ſunt plures vrbes ſitae in via quae Salam ducit y). *Iter quod ducit ad ipſas eſt a Fas ad (Magil. fl. Senat, planit. Naclile hinc Mecnaſ.)*

Magila مغيلة (p. 78) *vrbem.* Praeter nomen Edriſius nihil dedit. Eſt forſan *Magilla* Leonis et Marmolii *Maguila?* z) Arx Magila مغيلة occurrit apud Abulfed. Annal. Moslem. T. II. p. 594.

Senat سنات (p. 78) *flumen.* Vbi vrbem Mecnaſam deſcribit Leo, ita exponit: Huic vicinus eſt anguſtus quidam fluuius. Nomen eius obticet. Num idem ſit non liquet. Aliud flumen memorat Timim. Mſt. وبين مكناسه وسلا نهر يدعي بهت ينصب الي البحر الاعظم i. e.

y) ومكناسه مداين عده et Mecnaſa ſunt multae vrbes, ita eſſe interpretandum opinor. Abulfedam vero ſi audiueris forte ſcrupulum tibi iniectum ſenties. "Prope Faſam; ait pag. 3 in eius ſeptentrione eſt vrbs Mecnaſa . . . vrbs celebris magnitudine oliuarum. Sunt proprie مدينتان *duae vrbes*, ſuper ſcopulo albo tantum diſtantes, quantum equus vno impetu currere poteſt &c. Sed vocabulum عده noſtram verſionem tueri videtur; ita vt vix ab animo impetres, vt vertas: conſtat duabus vrbibus celebrioribus. Paulo poſt etiam occurrit ومن بلاد مكنسا. Forſan tribum *Mecnaſa* (vid. Leo p. 16) reſpiciunt haec verba. Hoc ſaltem ex Leone apparet a Mecnaſitis vrbem Mecnaſam conditam fuiſſe. Vid. pag. 267, vbi copioſam huius vrbis deſcriptionem deprehendes. Adde Marmol. T. II. p. 153 et autorem libri: Die Staaten der Seeräuber qui p. 496, inter alia haec habet: Mequinez liegt ohngefahr 12 groſse Meilen abendwärts von Fez und 2 Meilen morgenwärts von Salle. Es hat dieſe Stadt etwa 2 bis 3 engl. Meilen im Umfange; ſie iſt mit Wall und Mauren von ordinairer Beſchaffenheit umgeben, *und wird vermittelſt einer Straſse von der Stadt der Schwarzen unterſchieden welche den Namen von den Truppen des Königs hat &c.* Sed haec ad noſtra tempora videntur. Jacuti Mſt. de vrbe hac ita refert: مدينه بالمغرب في بد البربر علي ساحل البحر بينها وبين مراكش اربعة عشر منزلا نحو المغرب وتعرف بمكناسه الزيتون, i. e. Vrbs in occidente ſub themate Barbarorum, ſita ad oras maris, Mecnaſa inter et Marakach occidentem verſus 14 habes ſtationes. Inſignis eſt Mecnaſa ob oliuas.

pag. 383.

i. e. Mecnaſam inter et Salam fluuius excurrit *Iahtan* vocatus; quem mare maximum abſorbet. Forſan Iahtan fluuius eſt, quem in animo habuit Leo.

Nachle غص النخلة (p. 78) *planities.* — Diſtantiam Mecnaſam inter Faſam Timim. Mſt. notat: ومن مدينة فاس الي مدينة . مكناسة الزيتون يوم تام i. e. et ab vrbe Fas ad vrbem Mecnaſa, oliuis feracem, iuſtus dies. Num Edriſius hanc eandem diſtantiam reſciuerit, me quidem fugit.

Kasr Abd el Carim قصر عبد الكريم (p. 79). [ter ita ſcriptum occurrit, ſemel &c. قصر ابن عبد Kasr Abn Abd el Carim. Abulfeda قصر عبد الكريم forte Leonis et Marmolii *Caſur el Cabir* et Hoeſtii (p. 88) القصر *Alkaſſer?*] *A regione Mecnaſa ex parte occidentali ad hanc vrbem iter 3 ſtationum. Vrbs eſt parua et a populo Senhagitarum culta; ſita ad fluuium Vlcos* [اولكس] *qui inde meridiem verſus excurrit. A mari remota eſt tribus fere miliaribus* (p. 150 ait: *non longe diſſita eſt a mari*). — Prius quam vrbs haec exſtructa ſit, teſte Abulfeda *a*), vrbs primaria huius tractus Bosra fuit. Fluuii nomen idem ſilentio praetermittit, ſed commoda, quae vrbi praebet, enumerat. Leo eundem fluuium Luccus compellat *b*). *A Kasr abd el Karim* (vel Kasr Cetama, كتامه, vt vulgo audit) *ad Salam duae habentur ſtationes, ſcilicet a Kasr ad*

Maamura معموره (p. 79) [hod. ad regn. Fes] (Leo, *Mahmora*; Marmolius, *Mamore*; Dapper, *Maa-*

a) pag. 12.

b) Leo p. 735. cf. Marmol. T. II. p. 208 ſq. Lempriere de oſtio eius pag. 16. haec fere habet: Ehe wir in die Stadt (Larache) kommen konnten, wurden wir über den Fluß Lukkos geſetzt, der hier etwa eine halbe Meile breit iſt, und nach vielen angenehmen Windungen bey Larache ins Meer fällt. De oppido vero Alkaſſar vid. Hoest. l. c. Die Staaten &c. p. 502. &c.

Maamore; Hoeſt. *Mehedia;* Lempriere, *Mamora*); *hinc ad Salam.* °Probe; et Lempriere relicta Mamore ad vrbem Salee peruenit. Nihil de loco hoc ex Edriſio niſi nomen patet; plura ſuppeditabunt autores laudati *c*).

Sebta سبتة [hod. ad regn. Fes]. (Abulfeda effert سُبْتة, *Sobta*, ſecundum Impr. *Subta*, ſec. Cod. Par. *d*) Leo, *Septa;* Marmol. et Hoeſt. *Ceute;* Procop. d. b. Vand. L. 2. *Arx Septenſis.* Niebuhr Itinerar. Tom. I. Tab. I°. huius vrbis proſpectum, quem vocant, offert.) *Ab vrbe Fas ad vrbem Sebtam a ſeptentrione maris Zokak* (ſupra pag. 7) *adpoſitam, habebis 7 ſtationes e*). *Sita eſt* (pag. 149) *e regione inſulae Chadra* (id bis occurrit), *vbi fretum intercedens in*

c) Leone autore circiter 12 miliar. a Sala diſtat. cf. Marmol. T. II. p. 149. Dapper p. 203. Hoest. p. 87. Lempriere p. 32.

d) Vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 567.

e) Aliter Abulfeda p. 14. ſed vide ſi placet, quae notaui in Eichhorn Bibl. l. c. p. 570. Vrbem hanc Edrisius h. l. (i. e. p. 79) obiter tantum attingit; in deſcriptione Climatis quarti prima ſectione plura de ea memorat nec non de locis illi vicinis. Inſtituti noſtri ratio poſtulat, vt, quae ibi non ſolum de vrbe hac, ſed et de locis ceteris occurrunt, huc inſeramus, eo potiſſimum conſilio, vt Edrisii verbis, ſupra p. 123 excitatis, ſatisfaciamus. Aliud adhuc inde emergit emolumentum, quod quamcunque etiam mappam ad manus habeas, iter fiat tibi expeditius eam ſequendo. — Ceterum obſeruandum eſt, loca, quae in hac parte prima Climatis quarti occurrunt, plurima in Climatis tertii prima parte iam notata eſſe, adeo, vt facilis ſit inter ea comparatio. Loca autem, quae p. 149 verſ. lat. recenſet, haec ſunt: *Tangia, Sebta, Tocrur, Bades, Mezemma, Melilla, Hanin* l. *Honein, Bani Vazar, Vabran* et *Moſtaganin.* Moſtaganin putem legendum eſſe; licet impreſſum ſit مستغاثم *Moſtagatſam.* Ceterum quid hic *Tocrur?* ſcriptum eſt تكرور. Supra p. 32 adfuit Tocrur ita exaratum, ſed quid ad nos? Fieri quidem poſſet, vt vrbs vel oppidum eiusdem nominis etiam in hac regione exiſteret; in ſequentibus autem non occurrit; quare coniecerim legendum eſſe pro تكرور vel تطاون *Tattaun;* vel, quod magis placet, يوزكور *Inzacur.*

in latitud. 18 *miliar. extenditur; habetque a ſeptentrione mare Zokak et a meridie mare Baſul* (ſupra pag. 7). *Baſul,* بسول, *portus pulcher, nauibus ad anchoram ſtantibus opportunus et ab omni vento tutus. Sebta nomen inde accepit, quoniam eſt inſula* (peninſulam puta; carent enim Arabes voce peninſulae) *reſecta,* i. e. *omni ex parte mari circumſepta, excepto latere occidentali; imo res eo redit, vt parum abſit, quin ambo maria ſe tangant inuicem, quippe haud maiore interuallo diremta, niſi quantum ſagitta iacta conficit.* —

Ita quidem Edriſius. Quod ad ſitum vrbis huius attinet, vix opus eſt vt ad eum comprobandum ad authoritatem Abulfedae, Leonis aliorum prouocemus *f*), hoc potius monendum videtur Edriſium, rarius alioquin Etymologia vſum, hunc locum tamen acute ex rationibus etymologicis expediiſſe. Conferenda enim eſt radix سبت *ſecuit, reſecuit;* firmiore certo fundamento etymologia Edriſiana nititur quam quae a ſeptem montibus nomen deriuat; licet et haec deriuatio non omnino reſpuenda *g*) Hoeſtius סבתה Geneſ. X, 7. obuiam, conferre vult cum سبتة *h*); equidem malim a parte Edriſii ſtare. Sed reuertamur.

Superſtructa eſt vrbs Sebta, pergit Edriſius, *ſeptem collibus i*) *inuicem coniunctis, et protenditur in longitudinem*

f) Vid. tamen ABULFEDA p. 13. LEO p. 410 qui ita: Septa, quae Latinis ciuitas, Luſitanis autem Seupta appellata, ſecundum claſſicos authores a Romanis *in faucibus freti Herculei* aedificata, olim totius Mauritaniae metropolis &c. BAKUI infra not. *k*.

g) Septem enim collibus ſuperſtructa eſt; et Arabes pro P, litera qua carent, B ponere ſolent. Ex parte ergo limitanda videtur nota MICHAELIS in Bibl. Or. T. 19. p. 60 quae ita ſonat: Die gewöhnliche Ableitung des Namens Septa von 7 Bergen, iſt weder griechiſch noch lateiniſch &c.

h) Vid. quae pro hac coniectura MICHAELIS l. c. in medium protulit.

i) *Septem fratres* apud STRABONEM p. 569. MELA p. 10. PLIN. p. [illegible].

dinem ſere miliaris. In conſinio vrbis duo conſpiciuntur montes ſublimes, quorum alter, ſecundo ab illo miliario occidentem verſus diſtans, vocatur mons Muſa, موسي *k), quod nomen duxit a Muſa filio Noſair* نصير *l), eodem, qui ſub initio Islamiſmi Hiſpaniam expugnauit. In vicinia eius ſunt viridaria, horti, arboreta fructibus vbera, arundineta ſacchari, mala medica* (citrea. Putares hortos Heſperidum deſcribi, in Mauritania omnino quaerendos); *magnamque fructuum abundantiam Sebta vicinis diſpenſat. Locus vero, vbi bona ante memorata reperiuntur vocatur Baljuneſch* بليونش, *isque locus quoque abundat aquis vberrimis, fontibus erumpentibus, ac omnino fertilitate conſpicuus.* Laudem huius loci cecinit Aiad ab Abulfeda excitatus. Leo, Marmolius etc. eundem mihi obiter deſcribere videntur *m*). Pergit Noſter: *ad partem vrbis orientalem alter eſt mons ſublimis, qui vocatur al Mina* المينة, *in cujus faſtigio planities ampliſſima, vbi murus conſpicitur, exſtructus a Mohammede Ben Abi Amer* محمد بن ابي عامر. *Is poſtquam ex Andaluſia* (Hiſpania) *rediens, Septam ſe receperat, decreuit vrbem hanc montis faſti-*

k) Bakui l. c. p. 439. *Sebta*, ait, ville d'Afrique, ſur le bord de la mer, dans la terre des Berbers. *Il y a un rocher, qui eſt remarquable.* Loquitur de vno tantum monte, num ergo montem Muſa, vel Mina in animo habuerit, non exputo.

l) Fuit is, qui initio expeditionum Arabum in Africa, tanto vſus eſt ac felici rerum ſucceſſu, vt totam fere maritimam Africam in ſuam redigeret poteſtatem. Idem et legato ſuo Tharek Hiſpaniam expugnandi fecit poteſtatem &c. Vocatur et *Muſa Ebn Okair.* cf. Cardonne T. I. p. 42. 62. 71 &c. Herbelot ſ. v. v. *Monſa ben Naſſir; Andalous; Thariek* &c. Edrisius verſ. lat. p. 154.

m) Vid. Abulfeda pag. 2. Leo pag. 411 vbi haec: "Extra ciuitatis moenia ampliſſima ſunt rura, eo praeſertim loco, qui vitium frequentia conſitus, vinetum dicitur." Sequuntur hunc Marmolius T. II. p. 237 et Gramaye p. 176. Edrisii tamen aſſertum quodammodo circumſcribentes, addunt: "verum ager ſterilis et aſper eſt, quare magna ſemper illis frugum caritas."

faſtigio imponere adeoque eam transferre. Verum mors eum ſurripuit, muro ipſo perfecto; incolae Sebtae autem, quibus itaque nouae vrbis, cui nomen Al Mina inditum eſt, incolendae facultas demta eſt, in vrbe ſua remanſerunt, et al Mina reſedit deſolata. De hoc Ameri conſilio nihil apud alios autores, quantum equidem ſcio, occurrit. — Supra obſeruatum eſt vrbem patriam eſſe Edriſio, Septa. — Teſte Hoeſtio Caſtellum Ceuta Hiſpanis ſubiectum *n*). — Ceterum tempore Timimaei thematis vrbis Sebtae ambitus circiter 12 ſtationes erat. Verba eius: واعمال سبتة في السعة والضخامة وهي طولا وعرضا نحو من اثني عشرة مرحلة. — Septa vrbem olim aliquando ditionem habuiſſe, ex Caſiri excerpto, T. II. p. 236 inſerto, quoque elucet.

Kasr Masmuda قصر مصمودة (p. 150) [hod. ad regn. Fes]. (Leo, ni fallor, effert *Caſar* Ezzaghir i. e. palatium minus; ita et Marmol. Alcaçar Céguer.) *Ab vrbe Sebta ad Kasr Masmuda occidentem verſus habemus* 12 *miliaria.* Leo 18 *paſſuum millibus* habet *o*). Quae p. 149 leguntur haec ſunt: *Inſulae Tarif opponitur ex altero maris littore portus al Kasr* مرسي القصر *qui a Masmuda nomen accepit.* Et paucis interiectis: *Inter arcem Masmuda et inſulam Tarif maris latitudo ad* 12 *miliaria accedit. Ab hoc oppido* (Kasr Masm. ergo oppidum) *ad*

Tangia طنجة (p. 150) [hod. ad regn. Fes]. [Abulfeda طَنْجَة; Hoeſt, Caſiri (T. II. p. 214) et Timimaei literis iisdem ſcribunt; Hoeſt germ. *Tansghia;* Leo *Tengis;* Marmol et Lempriere, *Tanger;* autor

n) Vid. Hoest. p. 88. Succinctum vrbis hiſtoriam adferens; fuſiorem compoſuit Leo l. c. Ea vero, quae Edrisio autore adpoſuimus, tacent. Cf. quoque autor libri: Die Staaten &c. p. 499.

o) Leo pag. 409. a Tingi circa 12; a Septa vero 18 [illegible] Cf. Marmol T. II. p. 232. Gramaye p. 176 &c.

autor libri: die Staaten effert Tangier; Plinius p. 206. Tingi] *occidentem verſus ſunt* 20 *miliaria* (Leo 12 mil. paſſ. tantum habet). *Inde ab hac vrbe fleſti-tur mare, ambiens maximum meridiem verſus ad terram Taſchmes* تشمس; *et hinc ad Kasr abd el Carim, mari propiorem, quam inter et Tangia iter duarum dierum.* Autore Timimaeo diei iuſti itinere maritimo a Sebta diſſita eſt; ait nimirum: ومن مدينة سبتة الي مدينة طنجة بيوم يام (putem تام) في البحر. Plura habent autores laudati *p*).

Azila ازيلا (pag. 150) [hod. ad regn. Fes]. (Caſiri Bibl. T. II. p. 244 effert اصيلا *Aſila;* Hoeſt, ازيلة; Leo et Lempriere, *Arzilla;* Marmol, *Arzile;* Ptolemaeus p. 166. Ζιλια; Strabo, p. 569. Ζῆλις; Plinius p. 205. *Zilis* iuxta flumen *Zilia.*) *Ab vrbe Tangia ad Azila ſtationis iter.* Autore Lempriere Arzilla ab vrbe Tangia diſtat circiter 11 horis, l. 30 miliaribus anglic. Statio ergo eſt grandis. Plura ſi cupis, euolue autores laudatos *q*).

Safarda, سفردة (pag. 150) *flumen.* *In vicinia vrbis Azilae, et in via ad Kasr* (abd el Carim vel Masmuda?) *eſt oſtium fluminis Safardae. Magnum eſt flumen, dulci aqua, nauigerum.* Lempriere vbi de Arzilla diſſerit, nihil de fluuio tradit; paullo ante quidem fluuium *Lorifa* memorat; verum neſcio num conferri poſſit cum Safarda Edriſii. Marmolio, vt videtur, eſt *Liſſa,* vel *Luccus* qui vrbem Azilam praeterfluit; *Zilia* apud Plinium audire videtur.

 Tattàun

p) Vid. Leo p. 406 et 409. Herbelot v. *Tangiah;* Marmol T. II. p. 228. Gramaye p. 176. Hoest. p. 88, vbi tribus verbis fata vrbis huius enarrat et proſpeſtum eius aeri inciſum exhibet, et Lempriere p. 5 ſq. Die Staaten der Seeräuber p. 502.

q) Praeter autores veteres laudo Leonem pag. 403. Marmol. T. II. p. 216. Cardonne T. II. p. 228. Hoest. p. 87 (ibique proſpeſtum vrbis Azilae, aeri inciſum viſere licet) et Lempriere p. 13.

Tattaun, حصن تطاون (p. 150) [hod. ad regn. Fes]. [Eſt ſecundum Oberlin, Ptolemaei (p. 165) ἰαγάϑ; Leonis, *Tetteguis;* Marmol. et Lempriere, *Tetuan;* Hoeſtii تطون.] *Caſtellum, diſtat ab vrbe Sebta meridiem inter et orientem vna ſtatione; a mari mediterraneo diſſitum eſt* 5 *miliaribus. Incolitur a familiis barbaris Magecaſa*, مجكسة, *dictis*. Situm vrbis huius curatius definit Hoeſtius, qui eius quoque proſpectum exhibet; ceterique autores, quos laudauimus, plura lectuque haud indigna de ea tradunt *r*). *Hinc iter progreditur ad*

Anzilan انزيلان (pag. 150) *portum populoſum*. Addit Edriſius: وهو اول بلاد عمارة *qui primus locus terrae habitatus eſt;* non omnino capio ſenſum horum verborum. Si conſtaret portum hunc et olim ad Tattaun pertinuiſſe, nomen hodienum eſſet *Martihn s*).

Zegan زجان (p. 150). *Inter Sebta et Fas, via ad Zegan progredienti iter* 8 *dierum*. Noli pro errore habere, ſi ſupra (p. 177) itineris interuallum, quod Fas inter et Sebtam Edriſius innuit, modo ſit 7 ſtationum; facile enim fieri poteſt, vt alia via incedens, diutius in itinere moreris. — Sionita legiſſe videtur رجان; vertit enim *Regian;* ſed in libro non eſt *Re* ſed manifeſto *Ze*. Ceterum Edriſii *Zegan* forſitan Marmolii *Azgan t*).

Tifiſas تيغيساس (p. 150). Ex abrupto quaſi de hoc loco incipit; cum alioquin vti ſoleat praeparato tranſitu. *A Tifiſas* ergo *ad*

Tazeca

r) Leo p. 412. "A freto Hercul. 18 paſſ. mil. *ſitque* ab Oceano &c." Marmol. T. II. p. 242. Gramaye p. 177. Hoest. p. 98. "Sie liegt zwiſchen zween hohen Bergen *etwas über eine Meile von der Mittelländiſchen See* &c. p. 99: von Sala nach Tetuan ſollen 50 Stunden ſeyn. Lempriere p. 6, et 248. Autor libri: Die Staaten &c. p. 498.

s) Vid. Lempriere p. 520.

t) Marmol. T. II. p. 310.

Tazeca تازكا (p. 150) *arcem, habes* 15 *miliaria; illi quoque eſt portus.* De arce et portu Taceza nihil mihi innotuit; Leo, Cardonne, Lempriere etc. de vrbe *Teza* loquuntur, quae tamen, num eadem cum Tazeca ſit, decernere non auſim. Vrbis Teza nomen literis arabicis non تازكا ſed تازي exaratum deprehendi in Bibl. Caſiri. Forte ad hanc lectionem corrigenda eſt lectio noſtra *u*).

Meſtaſa مسطاسة (p. 150) [hod. ad regn. Fes] *caſtellum, ſemidiei itinere ab arce Tazeca diſtat. Ditionis eſt Gomerorum* غمارة. Gumeri, teſtante Leone, in montibus Mauritaniae habitant, in ea parte, quae mari mediterraneo oppoſita eſt; totumque fluuium occupant, qui illis *Riſa* appellatur *v*). De caſtello hoc nihil docet. *A Meſtaſa* pergit Edriſi *ad*

Carcal كركال (pag. 150) [hod. ad regn. Fes] *caſtellum,* 15 *habes miliaria; hoc quoque eſt Gomerorum.* Quaeris forte num Edriſii *Carcal* ſit *Guerquela*, teſte Marmolio *w*) 140 miliaria gallica ab vrbe Algeria diſſita? Certi nihil habeo quod reſpondeam. *A caſtello Carcal ad*

Bades بادسن (pag. 150) [hod. ad regn. Fes] [Caſiri Bibl. II, 245. بادس quoque effert; Abulfeda بادبس, Leo *Bedis*, Marmol. *Velez de Gomère*, Gàtterer (p. 615) *Penjon de Velez*, Hoeſt. *Penon de Velez*, بينون?] *vrbem, ſpatium ſemidiei.* Ditionis etiam eſt Gomerorum teſtante Abulfeda *x*); id quod etiam nomen comprobat, quod ex Marmolio adſcripſimus.

M 4 Idem

u) Leo pag. 461. Cardonne Tom. II. p. 215. Lempriere p. 198. Casiri Bibl. Tom. II. p. 236.

v) Leo p. 14. Marmol. T. I. p. 69.

w) Marmol. T. II. p. 425.

x) Abulfeda p. 4. من قرص عمارة (pro عمارة legend. غمارة).

Idem Abulfeda, portum celebrem inter emporia traiectus (العدوة) compellat. Autores ſupra laudati ſatis eleganter vrbem hanc depingunt *y*). Hoeſtio autore بينون eſt paruum et exiguum caſtellum, hodie ſub ditione Hiſpanorum. *Ab vrbe Bades* pergit Noſter *ad*

Iuzacur يوزكور; ita bis occurrit; ſemel lin. ſequ. بوزكور *Buzacur* (p. 150) *portum, 20 miliaria. Portui Iuzacur et vrbi Bades vicinus eſt*

Ageraf الاجراف (pag. 150) *mons, vbique importuoſus z*). Eſt forſan mons *Angera* Leonis? *a*)

Mezemma المزمة (p. 150) [hod. ad regn. Fez.] [Abulfed. pag. 3. مزمة, Leo *Meſemme*, Le Blanc, Mizemme, vel, Emuzeme; Marmol. inter al. *Megeima*, Dapper *Bezemme b*)]. *A Iuzacur ad Mezemma 20 miliaria.* Abulfeda l. c. Mezemma, ait, eſt emporium in terra traiectus (العدوة); Leo inter alia habet haec: "Meſemma ſpatioſum oppidum, in monte qui Saretae (Garetae?) regioni confinis eſt, exſtructum: ſub hoc oppido latiſſima eſt planities, cuius longitudo meridiem verſus 28 lat. autem 10 fere miliar., *per cuius medium praeterfluit flumen Noccore*, quod Errifam regionem a Gareta dirimit." Bene itaque addit Noſter quae ſequuntur. *Non longe diſtat a Mezemma fluuius* [qui Noccore apud Leonem *c*) etc. audit]; *hinc ad*

Balal

y) Leo p. 421. Marmol. T. II. 251. Dapper p. 217. Hoest. p. 89.

z) وليس فيه مرسي. Verba Edrisii.

a) pag. 417.

b) Non mirum. Literae enim B et M inter ſe ſaepiſſime commutantur id quod nemini non notum. (vid. ſupra p. 93.) "Becca e. g. i. q. Mecca. In nominibus a *Pe* aut *Be* incipientibus, illud *Pe* aut *Be* a vulgo ſaepe mutatur in *Mim*." Ita Th. Hyde ad Peritſol. p. 42. — le Blanc II. p. 171 vocat eam magnam et venuſtam vrbem. Marmol. vero T. II. p. 268. eam eſſe dirutam teſtatur.

c) Vid. p. 426. Cf. Marmol. T. II. 268. Dapper p. 117.

Balal d) (pag. ١٥٠) *promontorium* (طرف) *ſunt* 12 *miliaria; promontorium vero iſtud multum procurrit in mare. Hinc ad*

Cerat كرط (p. ١٥٠) *portum,* 20 *miliaria. Ad orientem Cerat fluuius decurrit ex parte Saa* (oppido quodam, de qua paulo poſt). *A Cerat ad*

Promontorium ſinus طرف جون (p. ١٥٠) (cuiusdam) *in mare procurrens e)* 20 *miliaria.* Forte ſinus de Melilla Marmolii T. II. p. 284. *Pariter a Cerat ad vrbem*

Melila مليلة (p. ١٥٠) [hod. ad regn. Fes] (Leo *Melela,* Marmol. *Melilla) mari vecto ſunt* 12 *miliaria; itinere vero terreſtri* 20 *miliaria.* Oppidum hoc, autore Leone, ſitum eſt in ſinu quodam maris mediterranei. Idem Leo ſatis fuſe de hoc oppido tradit, fuſior Marmolius *f)*. — *A Melila* (perg. Noſter) *ad oſtium fluminis, ex Acarſif* اكرسيف *effluentis* 20 *miliaria. E regione oſtii huius fluuii eſt parua inſula; nec longe ab eodem loco ſita eſt in continenti*

Gerava جراوة (p. ١٥١) *vrbs* (infra p. 190). *Ab eodem oſtio fluminis, ex Acarſif effluentis, ad*

Taſercenit تاوركنيت (p. ١٥١) *portum, ad mare appoſitum, qui caſtellum habet munitum quidem at paruum, habebis* 40 *miliaria. Ab hoc portu ad*

Taberit تابحريت (pag. ١٥١) (Leonis *Tebecrit,* Marmolii *Tevecrit,* Schawii *Tackumbreet?) 8 miliaria.* *Eſt*

M 5

d) Ita reddit Sionita. In libro بعلال prima litera ſine punctis diacriticis. Fruſtra medelam quaeſiui.

e) Lego enim داخل pro داجل.

f) Leo p. 444. Marmol. T. II. 284. vid. quoque Cardonne T. II. p. 148. not. ** Gramaye p. 183 qui portum conſpicuum huius oppidi celebrat. Hoestius p. 89 de Caſtello Hiſpanorum Melila loquitur.

Eſt vero Tabeherit caſtellum firmum, pulchrum, populoſum ac portu inſtructum, quem multi frequentant g). Secundum autores laud. mari mediterr. adiacet in magnis horridisque rupibus. *A Tabeherit ad*

Honein (*Hanin*) هنين (p. 151) [Leo *Hunain*, Marmol. *One*, Shaw *Hone*, Ptolem. (ſec. Shaw.) μέγα ἀκρωτήριον p. 167. ab incolis vocatur autore Shawio Ras *Hunneine* et *Mellak*; Dapper *Hunnanbar*) *maritimam*, 11 *miliaria.* Abulfeda vbi vrbem Telemſan deſcribit, inter emporia praeclara, ad Telemſan pertinentia, Honein refert. *Hinc ad Telemſan in interiore continenti* (landeinwärts) 40 *miliaria.* Leo 14 tantum miliar. diſtare contendit *h*). *Telemſan inter et Honein ſita eſt vrbs*

Nedroma ندرومة (p. 151) [hod. ad civ. Alg.] Nomen tantum ex Edriſio patet. Plura de vrbe hac tradunt Leo, Marmol. et Shawius, qui vrbem eſſe nunc temporis non admodum memorabilem teſtatur ſed, ex ſitu et ſoli fertilitate coniicit, memorabilem eam olim fuiſſe *i*). *Ab Honein iuxta littus ad*

Vardania الوردانية (p. 151) *portum*, 6 *miliaria*; eſt forte portus Honein vrbis, quem Marmolius l. c. deſcribit. *Hinc ad*

Kaſchkar القشقار (p. 151) *inſulam*, 8 *miliaria. Hinc ad*

Areſchul

g) Vid. Leo p. 494. Marmol. Tom. II. p. 325. Shaw verſ. gall. 25 ſq. germ: p. 12. Dapper p. 236.

h) Abulfed. p. 17. واشهرها هنين ووهران inter illa (emporia) excellunt Honein et Vahran. Leo p. 495. Marmol. Tom. II. p. 326. Dapper p. 236. Shaw p. 12. verſ. gall. et germ.

i) Leo p. 493 de ſitu eius ac nominis deriuatione qualicunque etiam exponit. — le Blanc II, p. 171 maguam vrbem (grande cité) compellat. Marmol. T. II. p. 325. Dapper p. 236. Shaw 60. Coniicit eſſe hanc vrbem Ptolem. κελαμα (p. 170), vel οὐςβαρα (ibid.): Oberlin vero σιγα (p. 167).

Areſchul ارشكول (p. 151) [h. c. Alg.] [Sionita *Arſacul*, Abulfeda ارسغول, Leo *Hareſgol*, Marmol. *Areſgol*; Mela (ſec. Shaw.) *Sinus laturus* p. 10 et ſec. Oberlin *promontor. Metagon.* p. 11.] *inſulam* (peninſulam puta), *cuius portus autem in inſula quadam, aqua et ſcrobibus abundante, nautis commodus reperitur.* Nomen huius-inſulae eſt *Acra* (Scylax vid. Shaw. p. 24). — Numerus, qui diſtantiam a Kaſchkar ad Areſchcul indicare debebat, deficit. — Abulfedae *Areſgul* eſt emporium Telemſan 20 inde mil. diſtans. Leo pro *oppido* habet antiquiſſimo; hunc ergo ſunt ſecuti, qui de *vrbe* Hareſgol in tabulis geographicis loquuntur. Sinum eſſe Shawius autor eſt *k*).

Aslan اسلان (p. 151) et paulo poſt pag. ſeq. اسلان *diſtat ab oſtio fluminis* (ex Acarſif effluentis? aliud ſcilicet non praeceſſit) 6 *miliaribus. Caſtellum Aslan ſitum eſt iuxta mare. Hinc ad*

Promontorium (p. 151) *procurrens in mare* 20 *miliaria. E regione in mari ſita eſt*

Ganam الغنم (p. 151) *inſula* (جزيرة at ſtatim bis جزائر *inſulae*) *l*), *quam* (*quas*) *inter et Aslan habes* 12 *miliaria.* Infra quoque occurrit inſula Ganam. *Ab inſula hac* (*inſulis his*) *ad*

Beni Vazar بني وزار (lin. ſeq. بنو وزار *Banu Vazar*) (p. 151) 17 *miliaria. Beni* (l. *Banu*) *Vazar eſt*

k) Abulfeda pag. 3. Leo pag. 496. Shaw pag. 25. a parte Edrisii quodammodo ſtat ſcribens: L'enfoncement de la côte depuis Mellak, jusqu' a Azintoure, forme un golſe conſiderable, que les Maures appellent Harſh-goone; c'eſt peut-être le *Sinus Laturus* de *Mela* et le Haresgol de *Leon* et des autres géograph. modern., qu' ils ont tous pris, à ce que je penſe, pour le nom d'une ville. Multo breuius expedire voluit hunc locum in editione ſecunda, verſ. germ. pag. 12. Die Inſel Acra der Alten macht den Hafen Harſhgoone, wo Schiffe von der erſten Gröſse in Sicherheit liegen können.

l) Sionita vertit appellatiue, *inſula pecudum; ouium* forſan melius.

eſt caſtellum munitum ac pulchrum, in monte, mare verſus ſitum. Hinc ad

Deſale طرف الدنالي (p. 151) *promontorium, in mare proſiliens 12 miliaria. A Deſale ad*

Harſcha طرف الحرشا (p. 151) [h. c. Alg.] *promontorium 12 miliaria* Apud Shawium occurrit *Ras el Harshfa* حرشف quod, licet diuerſitas ſcripturae obſtet, pro Harſcha Edriſii ſumendum exiſtimem *m*). *Hinc tandem ad Vahran 12 miliarium iter.* De Vahran infra locus erit diſputandi.

His itaque iubente Edriſio (ſupra p. 77) hic inſertis ad climatis tertii primam partem, veluti ex magno itineris diuerticulo, reuertamur, et ad iter nouum, haud minus longum, nos accingamus.

Ab vrbe Fas, pergit Edriſius p. 79, ad *Telemſan ſtationes habes nouem.* Iter hoc molientem Edriſium ducem elegiſſe non poenitebit. Viam habes huiusmodi. *Exeunti ex vrbe Fas primo obuium erit*

Sobu سبو (pag. 79) *flumen;* autore Plinio (V. I. p. 207) praeter Banaſam coloniam defluens magnificum et nauigabile. Leone teſtante in Selilgo monte Cheuz prouinciae regni Feſani exoritur, ſcaturit ex maximo fonte in horrida ſylua, plurimosque montes et colles praeterfluit etc. *n*). *Inde perges ſtationem unam ad*

Tſamale ثمالة (p. 97) *hinc ad*

Car-

m) Vid. p. 29. verſ. gall. at verſ. germ. p. 13.

n) LEO p. 734. cf. MARMOL. II. 149. DAPPER p. 193. &c. *Ptolem.* σύβος effert p. 164. TIMIM. Mſt. de flumine *Sobu* ita exponit: ونهر سبو هو محيط بمدينة فاس من شرقها وغربها ويجاور سده عذا, i. e. Fluuius *Sabu* cingit vrbem Fas ex parte orientali atque occidentali. Copioſam idem habet aquam. De oſtio huius fluuli iuxta Mamora vid. LEMPRIERE p. 32.

Carnata كرناطة (p. 79) *hinc ad*

Bab Zenate باب زناتة (p. 79) *fluuium*, (واد) *fere* 10 *habentur miliaria.* Fluuius inter arua decurrit. vid. Shaw p. 98. verſ. gall. at germ. p. 59. *Ze-nati. Hinc ad*

Carmata قلعة كرمطة (p. 79) *arcem, ſtationis iter.* In Bibliotheca Caſiri Tom. II. pag. 237 deprehendi locum, nomine *Karmada*, in territorio Tezae ſitum; ſed arabicis characteribus القرمدة ſcriptum. *A Carmata per montis radices ad*

Mazuar مزوار (p. 79) *hinc ad*

Maſun مسون (p. 79) *flumen*, (وادي) *ſtationis interuallum; quo traiecto, venis ad*

Taberida تابريدا (p. 79) *arcem munitam, in colle edito o) exſtructam, ac ſitam ad flumen*

Moluia وادي ملوية (p. 79), *quod coincidit cum flumine p)*

Saa

o) Super collem *erectum* vertit SIONITA. In libro eſt مطلة; forſan مطلعة?

p) Paucula de fluuio hoc inſigni TIMIM. Mſt. haec habet: ونهر اخر فيما بين تلمسان ورباط تازا يدعي وادي مُلْوِيَة يصب في البحر الرومي i. e. Flumen inter Telemſan et Rabat Taaza, *Vadi Molveiaha* vocatum, in mare mediterraneum aquas ſuas immittit. De origine eius LEO p. 735 ita exponit "*Mulva*, inſignis fluuius, fontes habet in Atlante, in regione Cheuz, 25 plus minus a Gerſeluin oppido paſſuum milibus &c." et de oſtio eius ſic ſcribit: "in mare mediterraneum non procul ab oppido Chaſaſa ſeſe effundit." Sed de ejus coniunctione cum Za fluuio nihil monet LEO, nihilque SHAWIUS, oſtium eius e regione ſinus Almeriae intuens. Cf. MARMOL. II. 243. — Nemini autem magis cordi curaeque fuit, vt in fluuium hunc inquireret, quam SHAWIO, qui pro more ſuo, docte atque acute hic verſatur. De oſtio primum agit; tum demonſtrat STRABONIS (p. 568) Μολοχάθ, SALLUSTII *Mulucha*, MELAE (p. 910) *Malucha*, PLINII (p. 209) *Mulucha* et *Malvana*, PTOLEMAEI (p. 167) Χυλημάθ eosdem eſſe fluuios

Saa وادي صاع (p. 79), *quae ita coniuncta, ſimul a mari abſorbentur inter Geravam-Kais ſcilicet et Melilam.* Procul dubio eſt Saa Edriſii Leonis *Za.* Fontem ac curſum eius deſcribit, nihil vero de eo habet quod congruat cum Moluia; oſtium omnino obticet. Nec in Shawio quidquam offendi quod Edriſii aſſertum comprobaret, de cuius veritate tamen ſi curſum fluuii *Za* mecum reputo, non dubitem *q*). *Ab oſtio antedicto ad*

Saa صاع (pag. 79) *vrbem, elegantem quidem at paruam, ad radicem collis cuiusdam appoſitam, ſtatio eſt vna.* — Apud Leonem et Marmolium fluuium *Za* nomine deprehendimus; ſed vrbem *Za* quae cum Edriſii *Saa* conueniret, non norunt. Ambo quidem de Feſae oppido *Zavia* loquuntur *r*) num autem haec *Saa* Edriſii ſit, incertus haereo. *Hinc ad*

Gerava جراواه paullo poſt ſcribitur جراوه et paulo ante adfuit جراوة. ان قبيس جراوه forſan ſcriptura verior. Quid vero ſit جراوه ان قبس equidem neſcio. قبس nomen tribus eſt?

A Saa

fluuios cum Malva autorum, qui poſt PLINIUM et PTOLEMAEUM floruerunt. cf. p. 13–20. verſ. gall. at germ. p. 9. Ex HOESTIO diſcimus fluuium hunc hodie terminum eſſe inter regiones ad Marocco pertinentes et Telemſan pag. 89. De flumine ملوية ACHMED IBN HASSAN haec habet: Eſt vnus ex maximis Mauritaniae (المغرب) fluuiis, qui vento tantummodo incrementum capit (vel ex verſione PAULUS: qui nauigia per ventum propulſa fert يحمل بالريح). Originem habet ad pedem montis *Schaba beni-Obed* (شعبة بني عبيد); ex vna huius alteraue parte ſunt varii pagi *Akſabi ſurefa* اقصابي الشرفا dicti ac horti. Vid. PAULUS Memorab. S. 2. p. 51. Vides etiam ex h. l. montem Daran EDRISII variis venire nominibus.

q) LEO p. 736. "Za fluuius in Atlante exortus per certam planitiem in deſerto Angad ad Feſſae et Telinſin Regnorum limites diffunditur &c."

r) LEO p. 377. MARMOL. T. II. p. 196.

A Saa, inquam, *ad Gerava ſtationis interuallum. Geravam inter et mare habes 6 miliaria. Hinc ad*

Barkana برقانة قلعة (p. 79) *arcem, iter vnius ſtationis; eſt vero Barkana arx* (حصن) *munita. Hinc ad*

Aluin علوين (p. 79) *oppidum magnum, ſitum ad fluuium, qui a meridie decurrit, ſtationis interuallum. Hinc tandem ad Telemſan ſtationem iterum habes, at grandem.* — Facta computatione emergunt 8 ſtationes et decem circiter miliaria; verum quum vna inter ſtationes grandior ſit, ita ſubducendus erit calculus *s*).

Telemſan تلمسان (p. 79) [hod. ad reg. Alger.] [Abulfeda تِلِمْسَان; Golii *Lex. Arab.* pag. 391 تِلِمْسَان; mappa Hoeſtii تلامسان, Leo *Telinſin*, Marmol *Tlemiſan*, Herbelot *Telmeſſan*, Shaw *Tlemſan* al. *Tremezen Tremiſen*, Ptolem (ſec. Shaw) λανιγάρα pag. 170.]

Telemſan vrbs eſt antiqua, muros habet firmos ac ſolidos. Duae vrbes (ſi rem accurate ſumamus) *muro inter ſe diſtinctae, vnam hancce conſtituunt* — qua in re nemo non Edriſio conuenit. Abulfeda vrbem eſſe, ait, muris ſeptam, in montis pede *t*); Leo: huius murus, inquit, altiſſimus eſt atque munitiſſimus. Con-

s) Differt Timim. Mſt. ſecundum quod Telemſan inter et Fas decem numerantur ſtationes, ſeptem nimirum a Telemſan ad Rabat Taaza (amplam, magnam? vel e regione ſitam?); tres vero hinc ad vrbem Fas. Verba eius: ومن مدينة تلمسان الي مدينة فاس عشر مراحل سبع منها الي المدينة التي تدعي رباط تازا وثلث الي فاس.

t) Abulfed. pag. 17. مشهورة مسورة في سفح جبل, i. e. (vrbs) celebris, muris ſepta in montis pede.

Conſpirant porro cum Edriſio Marmolius, Shawius etc. *u*). Olim in plures partes diuiſam fuiſſe vrbem, idque eo conſilio factum, vt eo facilius bella inteſtina compeſcerentur, Shawius eſt autor, qui, quaſi commentaturus Edriſium, omnem, quam exhibet huius vrbis deſcriptionem, in itinerarii ſui editione prima recudi curauit *v*).

A parte meridionali (pergit Noſter) *habet montem, qui vocatur Sachratain w)* صخرتين *in quo verſus meridionalem vrbis plagam porrecto, plantatas vides vineas et in cuius valle x) exſtructae ſunt molae, ad riuum magnum, aqua dulci at rapida; qui Naſrani* النصراني *audit. Ad ripam eius aedificata ſunt monaſteria* (روابط) *oratoria* (متعبدات) *et monachorum aedificia* (مباني للصالحين), *vna cum hortis ampliſſimis pretioſiſſimisque; nomen vero quod hic loci gerit eſt Fuara* الفوارة *y); inde ad vrbem tendit.*

Ita

u) Vid. Leo p. 500. Marmol. 329. Dapper 227. Shaw verſ. gall. p. 62. verſ. germ. p. 22. Presque tous les murs de Telemſan, ait, ſont faits d'un mortier composé de ſable de chaux et de petites pierres &c.

v) pag. 63. verſ. gall. vbi haec: Du temps d'Edriſi il y avoit encore deux de ces quartiers, qui ſubſiſtoient, chacun de ces quartiers pouvoit être regardé comme une ville à part. — Verſ. germ. autem p. 22.

w) Cf. Shaw ll. cc.

x) Eſt forſan vallis de qua Edrisius h. l. loquitur, eadem, quam Cardonne *Katab* compellat. vid. T. I. p. 13.

y) Vid. Shaw p. 60 ſq. Il y a, ait, auſſi dans la ville une fontaine abondante, dont l'eau paſſe par un conduit ſouterrain; et comme ce pays eſt tous remplis de ſources; il n'eſt point neceſſaire de faire venir cette fontaine de la *Fouara* en Numidie (Getulia alii autores dicerent) comme fait Marmol. (p. 329). Cette fontaine ſeule eſt ordinairement ſuffiſante pour l'uſage des habitans, et par des tuyaux on la fait venir dans les chateaux, dans les mosquées et dans les autres lieux publics de la ville. — Noli putare Shawium contradicere Edrisio, quum ex hoc fonte aquam in diuerſa vrbis loca diſpenſari contendit; ex verbis enim quae not. ſq. exſcribemus intelliges quo pacto ea cohaereant.

Ita Edriſius — ita fere omnes quos inſpeximus autores *z*).

In vrbis vicinio (perg. Edr.) *habetur quoque alius fons celebris, qui vocatur Fons 'Om Iahia* عين ام يحيى, *qui inde ad vrbem excurrit riuus, in ſcrobe apud vrbem concluditur, ac tum dirigitur diſpenſaturque in domos, balnea, officinas et id genus, nec minus inſeruit ad irrigandos hortos a*). In eo, vt in genere hoc moneamus, omnes conſentiunt autores, vrbem hanc et eius territorium abundanter aquis irrigari; quare (modo vt permiſſum ſit vrbis nomen ex rationibus etymologicis expedire) vix mihi perſuadeo compoſitum eſſe nomen

z) Autores, quos conſulimus, omnes ſoli fertilitatem et ſitum amoenum ſummis laudibus extollunt. Pulchre EDRISII aſſerta (et quae de vitibus monet adeo) tuetur autor libri *Reiſen in die barb. St.* &c. p. 55. cuius verba integra adſcribo: Die Hauptſtadt derſelben gleiches Namens (Tremecen) iſt ſehr veſt und alt. . . . Es giebt in derſelben auch verſchiedene Moſcheen, fünf Collegien, vier groſse Bäder und zwey Hoſpitäler. Die Häuſer ſind ſchön und wohlgebauet. Die daſigen Gärten ſind mit Fruchtbäumen beſetzt, und mit Bogengängen von Weinreben gezieret, welche ſie ſehr angenehm machen. Die Juden hatten hier vormals zehn Synagogen. Der Boden iſt ſehr fruchtbar und die Einwohner ſind umgänglich und geſprächig. Es giebt unter ihnen Gelehrte die in verſchiedene Claſſen eingetheilt ſind, Schüler, Rechtsgelehrte, Notarien und Doctoren des Alcorans. Man giebt daſelbſt in der Arzneykunſt und Mathematik Unterricht. — Caeterum vid. ABULFED. p. 3. 17. Molarum numerum idem in notis marginalibus ad 3000 (ثلاثة الاف) accedere tradit. SHAW numerum quidem ſilentio praetermittit, at pulchre EDRISII aſſertum comprobat ſcribens p. 61: Le ruiſſeau qu' Edriſi appelle Aunaſrani eſt formé par les ſources, qui ſont au Oueſt et il fait *encore tourner à préſent* un grand nombre de moulins comme il faiſoit autrefois. Vid. imprimis LEO p. 499 ſq.

a) Quam SHAWIUS pag. 62 deſcribit ſcrobs eſt procul dubio eadem, de qua EDRISIUS verba facit. Ponit illam ad occidentem vrbis et vſu, quem praebet, laudato perorat: ce baſſin pouvoit auſſi être deſtiné a arroſer en tems de ſechereſſe les jardins et les habitations qui ſont au deſſous. Edriſſi parle d'un baſſin ſemblable dans lequel ſe dechargeoit le ruiſſeau d'Om Jahia. Verſio germanica p. 23 multo concinior.

nomen ex تلم et سن, vti coniicit Shawius (p. 24 verſ. germ. not. c.) ſed potius ex تلم et سنا. Abulfeda procul dubio hunc locum reſpicit, dum ſcribit: habet aquas e fonte aduectas ſex miliaribus inde diſſito. cf. pag. 3 in not. marg.

Ceterum plura de hac vrbe ſcire cupientibus ſatisfaciunt Abulfeda, Leo, Marmol, Shawius etc. Hoc tantum adiiciam, ditionem huius vrbis quondam, vti ad noſtros vsque dies, admodum celebrem fuiſſe. Fuerat ante haec tempora, quum regnum adhuc per ſe ipſa conſtitueret ſub imperio Arabum, qui audiebant *Beni Zian*. Secundum Leonem (p. 188) fuit penes illos Telenſini regni imperium 380 fere annos. Beni Zian ii fuerunt, qui Senhagiis anno 646 (I. C. 1248) id regnum abſtulerant. Sed de his rebus Edriſius nihil ſcire potuit, quippe qui antequam ea gererentur, librum ſuum compoſuit. — Iam deſcribit Edriſius iter a Telemſan ad vrbem Tenes; ſed de hac via paullo inferius, deſcripto prius itinere a Telemſan ad Vahran etc. nobis ſermo erit.

Iter maritimum quod ducit a Telemſan (p. 80) *ad Vahran, conficitur ſpatio duarum ſtationum magnarum, imo trium ſi alios audis.* Differunt ſane autores mei. Abeſſe a Telemſan vrbem Vahran 80 miliaribus Abulfeda autor eſt *b*). Jacutius *c*) apud eundem in not. marg. diei ſpatio diſtare ait *d*); ſecundum Leonem *e*) diſtat 140 miliaribus. Marmol *f*) 20 miliaria

b) pag. 17. At pag. 1 in notis marginalibus, diſtare ait Vahran a Telemſan diei itinere et quidem orientem verſus.

c) Mſpt. meum Jacutii particulam continens بينها وبين تلمسان سري ليلة على ضفة البحر i. e. Inter vrbem hanc et Telemſan iter noctis, iuxta littus maris. — Mſcpt. Timimasi habet: ومدينة وهران هي على ثلث مراحل من تلمسان i. e. Vrbs Vahran 3 ſtationibus diſtat ab vrbe Telemſan

d) p. 3. *e*) p. 510. *f*) T. II. p. 362.

liaria (lieuës) habet; Dapperus 35 Meilen *g*). Autor libri: Die Staaten etc. 30 mil. diſtare refert *h*). Shawius tandem ſcribit *i*) à cinquante-quatre milles au Nord-Nord-Eſt de Tlemſan. *Egredienti* (ita Edr.) *ex vrbe Telemſan tibi obuius eſt*

Satabſif سطاسيف (p. 80) *fluuius, quem inter et Telemſan ſpatium ſtationis intercedit. Hinc perges ad*

Oppidum (quoddam) (p. 80), *vbi diuertas, et ibi eſt ſtatio.* Oppidi nomen quidem neſcio; vix tamen mihi perſuadeo قرية *Karie* nomen proprium eſſe; imprimis quum mox ſequitur ومن هذه القرية. Iacuti Mſt. de vrbe *Kasr Falus* in viciniis Vahran loquitur; forſan haec oppidum de quo Edriſius hic loquitur; ſed certi nihil habeo *k*).

Vahran وهران (p. 80. coll. p. 85) [hod. ad Alg.]. In locorum diſtantiis emetiendis, vt vidimus, diſſentiunt, quos ad manus habeo, autores, nec in pronuntiando vrbis nomine conſpirant. Abulfed. nimirum habet وهران; Jacuti وهران; Leo, *Orania*; Herbelotus, *Oran* et *Oranah*; Peritſol offert ארן; Marmol, *Oran* et *Guaharan*; Dapper, *Horan*, ſic quoque autor libri Reiſe etc. *Oran* et *Horan*; Shaw et autor libri: Die Staaten etc. Warran; autore Oberlino Veterum *Arſenaria*; ſed vid. infra *Arzau l*) Gomezius

g) pag. 237. *h*) pag. 187.

i) pag. 32. verſ. gall.; germ. autem p. 14.

k) Jacuti verba: قصر الفلوس مدينة بالمغرب قرب وهران, i. e. Kasr Falus, vrbs Magrab, vicina Vahrain.

l) Vid. Abulfeda p. 3 et 17. Leo p. 511. Marmol. T. II. p. 363. Peritsol pag. 47 (vbi haec: מלכות ארן ברגריאה). De Guignes l. c. p. 378. (effert *Oubran*;) cf. *Reiſe in die h. St.* p. 56. *Die Staaten d. S.* p. 187. Shaw verſ. gall. pag. 34 & verſ. germ. pag. 14 (vbi et mappa confinia Ohran offerens). Oberlin l. c. p. 273.

mezius a Shawio excitatus ita exponit: Oranum variis nominibus vocatur a recentioribus; nam alii *Madaurum*, alii *Aeram*, *Auranum* nonnulli vocant. Afri hodie *Guharan* appellant; omnia autem haec nomina locum accliuem et ventis expoſitum ſignificant *m*).

Sita eſt vrbs Vahran in vicinia orae maris (et p 85 *ad oras maris ſalſi*) *cincta muris terreis* (Cod. Par. *vaſtis*) *firmisque*. Scriptores et veteres et recentiores Edriſii aſſerta comprobant. Abulfeda in notis marginalibus ex Jacutio obſeruauit eſſe vrbem Barbaram, ſitam ad litus maris et in Tabula ipſa l. c. eſſe vrbem fortem vel munitam. Shawio autore (l. c.) vrbs eſt munita (cuius ambitus ad miliare fere accedit) exſtructa ad radicem montis. Mare inter et Vahran ſpatium eſſe 12 mil. autor libri: Die Staaten etc. l. c. teſtatur *n*). — . Vnum vel alterum diſces ex deſcriptione vrbis huius, quam Abu Obeid Cordubenſis, compoſuit, quare locum integrum adpono *o*):

وهران مدينة حصينة ذات مياه وبساتين ۞ وبني مدينة وهران محمد بن ابي عون ۞ ومحمد بن عبدون وجماعة من الاندلسيين البحريين في سنة مايتين وسبعة وتسعين ۞ هدمت من القبايل ۞ ثم عاد اهل وهران اليها وياسر ابي حميد داوس بن صولا بنيت في سنة ثلاث ماية ۞ ثم دخل يعلي بن محمد مدينة وهران وملكها سنة ثلاثة ماية وثلاث واربعين وخربها ثالبه واحرقها ۞ ثم عمرها اهلها بعد سنتين ۞ واهلها موصوفون بعظم الاجساد والقوة

i. e.

m) Shaw his addit: à ce que nous ſuppoſons de وعر, qui veut dire un endroit de difficile acces, Dubitem; ſcriptura enim ipſa diſſentit.

n) Pulchre autor libri *Reiſe* &c. l. c. ita ſcribit: die Stadt Oran oder Horan fällt herrlich in die Augen. Sie iſt gut gebauet und liegt zum Theil an dem Abhange eines mit ſchönen Bäumen beſetzten Berges, welche den Blicken der Reiſenden reizende Gruppen von Blumen und Früchten darſtellen. Cf. Excerptum ex Abu Obeid Cordubenſ.

o) Vid. Casiri Bibl. T. II. p. 2.

i. e. *Vahran vrbs eſt munita, aquis hortisque abundans. Eum exſtruxere Mohammed Ben Abi Aun, Mohammed Ben Abdun aliique Hiſpani nautae, anno* 297 (Chr. 909). *A Kabylis dirutam Oranenſes ſub auſpiciis Abi Hamid Dauſi Ben Sula inſtaurandam curarunt labente anno* 300 (Chr. 912). *Anno vero* 343 (Chr. 954) *eam inuaſit Jali Ben Mohammed atque incendiis vaſtauit: quam duobus poſt annis Oranenſes incolae tertio demum refecerunt. Hi* (Oranenſes) *corporum magnitudine et viribus maxime celebrantur.* — Ad Edriſium reuertamur. —

In ipſa ſunt mercatus celebres p), *arces multae, merces vtiles.* — Pauca verba, at nullum, quod non et aliorum ſcriptorum teſtimonio firmari poſſet.

Ex ea maxima pars frumenti in maritimam Andaluſiam apportatur. — Secundum Leonem (p. 511) ibi non magna prouenit frugum copia. Verba huius produnt, ſub frumento Edriſii hordeum intelligendum eſſe *q*).

Reſpicit vrbs Vahran vrbem Hiſpaniae maritimam Almeria (المريه) *nomine, ita vt latitudo maris interiecti*

p) SIONITA vertit: *ſuntque in ipſa vici ſpatioſi:* modo recte intelligi poſſet! In libro eſt: ويها اسواق مقدرة. Mercatus celebres vertere propterea vel maxime placuit, quoniam contextus artium vel opificiorum ac mercium vtilium mentionem facit; tum quia perpulchre cum ABULFEDA conſentit. Ille nimirum et in not. marg. et in Tabula Vahran inter emporia Telenſini regni recenſet. cf. LEO p. 511. Fuit hoc oppidum, ait, Cataloniae atque Genuae mercatorum frequentia copioſiſſimum.

q) Cod. Par. EDRISIUM, de vrbe Vahran ita ſcribentem excitat (vid. EICHHORN Bibl. l. c. p. 534 ſq.): قال الادريسي ومدينه وهران علي قرب (Impr. مقربة) صغه (Impr. ضغه) البحر وعليها سور خراب (Impr. تراب) متقن وهي تقابل المريّه (Impr. مدينة المريه) من جزيره الاندلس (Impr. من ساحل بر الاندلس). Vides multo diligentiorem fuiſſe h. l. Epitomatorem noſtrum.

iecti non excedat duos curſus. Abulfeda a parte Edriſii ſtat; Dapperus vero l. c. vrbem Cartagenam reſpicere aſſeuerat.

Habet ad portam ſuam r) (باب البحر) *portum minorem, non tegentem quicquam; ſed ad duo miliaria inde eſt portus maior, in quem tuto ſe recipiunt nauigia magna, et naues veliuolantes; hic portus enim omnem ventum prohibet, nec vllus reperitur portus in tota ora terrae Barbarae, qui illi poſſit comparari.*

Nullus dubito quin portus minor Edriſii ſit portus quem Shawius s) Mers el Seigher (مرسي الصغير) vocat et portus Edriſii maior qui Mars el Kebeer apud eundem audit. Portus hic maior tempore Edriſii ad vrbem Oran pertinuit, vti ex vocabulo لها *et illi eſt* elucet. Recentiores (v. c. Leo p. 512), qui de vrbe Mers al Kiber loquuntur, forte Caſtellum in portus defenſionem exſtructum innuunt, quod Edriſii tempore forte nondum aedificatum fuerat. Multa praeterea ac docte ſuper hoc portu a Shawio ſunt diſputata. Vid Shaw pag. 14. verſ. germ. et Mappam ad h. l. cui inſcriptio: Lage der Stadt und des Hafens Warran oder Oran, — Sed reuertendum. *Potum praebet incolis fluuius ad eam excurrens a meridie.* Shawius

r) Porta, quae ad hunc portum ducit eſt procul dubio porta maris, quam compellat Shawius pag. 34 ſcribens: La ville d'Oran n'a que deux portes, qui ſont toutes deux du côté de la vallée. La porte de la mer (c'eſt ainſi qu' ils appellent celle qui eſt la plus près du port) et la porte de Tlemſan &c. Secunda editio item et verſ. germ. his carent.

s) Vid. p. 29 ſqq. Vt Edrisii verba bene intelligas Shawius neceſſario h. l. tibi conſulendus eſt. De portu paruo vid. Dapper l. c. Noſtris diebus portum magnum Hiſpani, cum Mauris bellum gerentes, tenent.

t) p. 32 ſq. Au haut de la vallée, ait, à trois ſtades de la ville, ſe trouve une ſource d'eau excellente. Le ruiſſeau qui en ſort coule ſuivant le tournant de la vallée et paſſant ſur les murailles de la ville, *il la fournit d'eau abondamment &c.* Add. Marmol. T. II, pag. 363.

Shawius item inſtar omnium veritatem effati Edriſiani comprobat *t*). — vid. *Tenes.* — *Vahran u*) *diſtat a*

Meſchaſa v) (pag. 85) [h. c. Alg.] *promontorio, linea recta* 25 *miliaribus, curuata vero* 32. Plura vid. not. v. *A promontorio Meſchaſa ad*

Arzau ارزاو (p. 85) [h. c. Alg.] *portum, habes* 18 *miliar.* Infra occurrit ارزا num idem ſit nec ne, pronuntiare non audeo. Ex Shawio diſces hunc portum compellari a Mauris portum Benizian, eiusque ſtructuram fere ſimilem ei Portus magni eſſe *w*). vid. Rezau.

Hinc iuxta ſinum procedendo, peruenies ad Moſtaganim maritimam, de qua infra exponemus et *hinc ad*

Hud Faruch حوض فروج (pag. 85) [h. c. Alg.] *portum, via recta* 15 *miliaria, obliqua vero* 24. *Portus Hud Faruch eſt pulcher, et iuxta eum eſt oppidum populoſum;* hodiernum nomen ex Shawio diſces *x*). *In eius vicinia in continente* (nos *landeinwärts*), *ex parte*

 orien-

u) pag. 85. Edrisius oram maritimam cum eius finibus et montibus deſcribit. Portus et oppida, quae loco citato occurrunt et huc pertinent, huc quoque retulimus.

v) Scribitur طرف مشانه *Taref Meſchana* et paulo poſt طرف مشافه *Taref Meſchaſa.* Sionita bis vertit *Meſaſa.* Quo iure? non exputo, poſſes pari iure *Meſchana* reddere. Shawius p. 37 quidem ſcribit: A deux lieuës au Nord-Nord-Eſt de *Canaſtel* on trouve le *Cap Ferrat*, qui eſt le *Meſaff* d'Edriſi; ſed totus a verſione Maronitarum pendet vir doctiſſimus. Si plura de hoc promontorio notatu digna ſcire cupis, adeas Shaw l. c. et verſ. germ. p. 15.

w) p. 31 verſ. gall. A *douze milles*, ait, de cap (Meſſaff) eſt le port *d'Arzew* appellé par les Maures le port de Beni-Zian &c. il a à peu près la même forme, que le grand port, quoique plus étendu &c. vid. verſ. germ. p. 15. Idem pro *Arſenaria* Plinii (V. 2.) hunc portum habet; Oberlinus (p. 273) vero *Oran* eſſe *Arſenaria* perhibet. Ceterum multa lectu digna idem Shawius dabit.

x) p. 45. A quatre milles (ait) au de-là (de capite *Ivy* ſermo eſt) eſt la *Baye de Teddert* où les vaiſſeaux ſont à couvert des vents d'Eſt. (Le Haud-Farruch d'Edriſi et le Cartili de l'Itineraire repondent à ce lieu-ci.) Vncinis incluſa verſio germ. non habet.

orientali, eſt vrbs Mazuna, de qua infra agemus. *A portu hoc ad*

Gug طرف جوج (p. 85) *promontorium* [*et hoc promontorium* (انف) *in mare procurrit*] *y*), *habes via arcuata* 24 *miliaria; itinere vero terreſtri miliaria* 12.

Ab hoc promontorio incipit ſinus qui in meridiem ſe expandit et huic *ſinui* paululum nunc immoratur Edriſius. *A promontorio Gug iuxta ſinum ad*

Hamam الحمام (pag. 85) [h. c. Alg.] *inſulas, habentur via recta miliaria* 15; *curuata vero* 24. *Ab his ad oſtium fluminis Schelef* (de quo infra) 22 *miliaria z*). *Hinc ad*

Kolua al feranin قلوع الفرابين (p. 85) *in medio ſinus, habes* 12 *miliaria. Kolua ſignificat fungos albos a*). *A Kolua ad vrbem Tenes, iuxta ſinum procedendo,* 12 *miliaria; hinc ad extremitatem ſinus* 6 *miliaria; a promontorio Gug vero ad ſinus extremitatem* (درف) *via curvata* 66 *miliaria; recta autem* 40. *Porro ab extremitate ſinus ad*

Amtacu امتكو (non امتغو) (p. 85) *portum* 10 *miliaria; et ab hoc, aſcendendo per ſinum ad*

Vakur وقور (non وكور) (pag. 85) *via ſinuoſa et flexa* 40 *miliaria; recta vero* 30. *Portus hic in extremitate ſinus ſitus, eſt anguſtus arcetque ventum orientalem, prae-*

y) وهو انف eſt in libro. انف proprie, eſt naſus et metaphorice aliorum rerum pars extans naſi inſtar; tum prima ac anterior pars rei. Nullus dubito quin etiam abſolute poſitum (alias enim eſt انف الجبل) promontorium ſignificet.

z) Quae Shawius p. 46 de his inſulis habet haec ſunt: "A trois „lieuës à l'Eſt-Nord-Eſt de Ham-meeſe et à une petite diſtance „du continent, ſe trouve le *Zour el Hamam, l'Iſola de Columba*. „C'eſt un lieu plein de rochers, qui a un quart de mille de cir- „conférence et prend ſon nom d'un grand nombre de *Ha-mam* „ou *Pigeons ſauvages*, qui y font leurs nids." Verſio germanica p. 18 obiter quaſi de inſula Columbarum loquitur.

a) القلوع حباة بيض Verba ſunt Edrisii.

praeter hunc vero nullum. A Vakur ad vrbem Berſchac (de qua infra) 30 *miliaria.*

Tahart تاهرت (p. 81) (Abulfed. تاهرت Leonis *Tegort?* Shawii *Tuggurt?*) *b*) — *A Telemſan ad Tahart vrbem* 4 *habes ſtationes c*); *a mari diſtat Tahart item* 4 *ſtationibus.* — Tahart procul dubio multa complectebatur oppida; initio enim pag. 81 *montem Vaneſcheriſch protendi vsque ad loca confinia Tahart* affirmat Edriſius. Id bene conuenit cum Abulfedae verbis (pag. 19) وقد قيل ان كورة تيهرت من افريقيه i. e. *nomum* Tahortae referunt ad Afrikiam. Idem ait وهي كانت قاعدة الغرب الاوسط eſt metropolis *occidentis medii.* (Plura quam hic adſcribere licet in Abulfeda ipſo leges.) *Melianam inter et Tahart* 3 *ſunt ſtationes.* Condita fuit vrbs anno 144 (p. C. 761-62). Bakui تاهرت nomen duarum vrbium, ſibi inuicem oppoſitarum, eſſe contendit *d*).

Batſhar بتهر *a Telemſan diſtat* 4 *ſtationibus.* Ita Cod. Par. *e*). Vrbem hanc non noui. Suſpicor pro بتهر legendum eſſe تيهرت vel potius تاهرت; Tahart nimirum 4 ſtationibus ab vrbe Telemſan abeſt, vt paullo ante vidimus.

N 5 SECT. II.

b) Leo p. 618. Shaw. p. 168.

c) Nullus dubito quin textus ſit corruptus, quem tamen ex ingenio reſtituere nequeo. Verba Edrisii haec ſunt: والطريق من مدينة تلمسان الي مدينة المسيله من تلمسان الي مدينة تاهرت اربع مراحل وبين مدينة تاهرت والبحر اربع مراحل i. e. "Iter ab vrbe Telemſam ad Meſila — a Telemſan ad Tahart „vrbem, 4 habes ſtationes, et vrbem Tahart inter et mare 4 ſunt „ſtationes." Sionita quidem vertit: "Iter ab vrbe Telemſan ad „Meſila *eſt eiusmodi &c.* nec tamen vel ſic profeceris." Si quid intelligo poſt Meſila excidit itineris a Telemſan ad Meſilam deſcriptio.

d) Vid. Schehabeddin l. c. p. 160. Bakui l. c. p. 430. Plura adhuc volenti ſuppeditat.

e) Vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 581. Verba Edrisii ſecundum hunc Codicem haec: قال الادريسي ومن تلمسان الي بتهر اربعة مراحل.

SECT. II. PARS IV.

Occidentis medii Terra (المغرب الاوسط).

Praemonenda.

§. 1.

A Tenes, vrbe antiquiſſima, itemque celebri, vsque ad vrbem Kol porrigitur, teſte Edriſio, Occidentis medii Terra; quae ambitus deſinitio fere cum Abulfedae diſtributione conuenit, quo autore nimirum Magrab al auſath, ſ. occidens medius ab Oriente Vahran incipit; vltimisque regni Begiaiae limitibus terminatur. Minus concise accurateque ergo mentem Abulfedae interpretatus eſt Otterus in *Hiſtoire de l'Academie des Inſcriptions* Tom. XXI. p. 126 cuius verba ſic ſeſe habent: *Garb el ecſa* (auſath) *ou l'Occident mitoyen depuis Tilimſan jusqu' aux extremités orientales du Royaume de Bid-jaïé.* Abulfedae enim verba p. 1. haec: والقطعة الثانية تعرف بالمغرب الاوسط وهي من شرقي وهران عن تلمسان مسيرة يوم وشرقيها الي اخر حدود مملكة بجاية i. e. ſecunda autem pars, magrab al auſath nimirum, ſ. occidens medius, *ab oriente Vahran incipit, quae a Telemſan diſtat in orientem diei itinere vsque ad vltimos limites regni Begaiae.*

§. 2.

Vrbium, quae ſecundum catalogum, ſupra p. 123 ex Edriſio adſcriptum, ad hanc Terram pertinent, ſeries haec eſt: *Tenes, Berſchec; Inſulae Beni Mazgana* (hod. Algier) *Tadales* (non occurrit in Tabula; exaratum eſt vrbis huius nomen تدلس; Shaw pag. 110. verſ. gall. et germ. pag. 41 Dellys pronuntiat etc. Leo pag. 526 effert *Teddeles*); *Begiaia; Gigel; Meliana; Kalaa; Meſila; Gadir* (exaratum eſt غدير; in ſequentibus non occurrit. Cum Hoeſtii جطارة *Getara*

Getara p. 91 non confundendum) *Mokra; Nekaus; Tobnas; Koſantina; Bahes* (ſcriptum eſt بحس; in Tabula non inueni); '*Bagaia; Tifaſch; Dar Madin; Tarma* (ſequor Sionitam, qui *Tarma* habet; in libro تارمه; litera prima autem punctis diacriticis deſtituta. Omiſſus eſt hic locus in Tabula). *Dar Malul* et *Melilla* (مليلة; in ſequentibus non occurrit; coniicio legendum eſſe ميلة; *Mila* vrbs celebris, de qua in ſequentibus ſermo erit). Praeter vrbes has celebriores, vel primarias, multa quoque recenſet oppida, multas arces, quas iam methodo conſueta, deſcribemus.

§. 3.

Vrbium Occidentis medii deſcriptio.

Tenes, vrbium, quae hac parte deſcribendae veniunt, vt paulio ante §. 2. vidimus, prima eſt; ad quam vt perueniret Edriſius, iter inſtituit ab vrbe Telemſan ad vrbem Tenes. Loca in hac via occurrentia numerantur nouem. Non eſt dubium, quin vnum vel alterum, praecipue oppidorum priorum, de quibus paulo poſt ſermo erit, ad terram Barbaram adhuc pertineat; ſed quum non ſatis conſtet, quaenam e ſerie hac eximenda ſint vt terrae Barbarae adſcriberentur, optimum exiſtimauimus, iter hoc deſcribere, quale ab Edriſio accepimus.

Iter itaque quod ducit a Telemſan (p. 80) *ad vrbem Tenes, 7 abſoluitur ſtationibus. Nimirum ſi exis e Telemſan, peruenies primum poſt ſtationis interuallum ad*

Auſabe أوصابي (pag. 80). Hunc locum tacent autores mei. — *Hinc ad*

Senan قصر سنان (p. 80) *arcem, interuallum eſt duarum ſtationum.* Noſtris temporibus nil niſi veſtigia

ſtigia Senan vrbis, olim grandis, tempore Edriſii habitatae, reperit Shawius *f*). — *Hinc ad*

Naurmart ناومرت (p. 80) *ſtatio vna.* — *Hinc ad*

Vahdan. وهدان (p. 80). *Eſt forſan* وهران *Vahran?* — *ad*

Rezau رزاو (pag. 80). *Eſt forſan* ارزاو *Arzau* portus, qui ſupra deſcriptus fuit? *tum ad*

Moſtaganim locum maritimum (p. 80) *in viciniâ ſinus ſitum* [hod. ad Alg.] [p. 80 ſcribitur مستغانيم; pag. 85, vbi loca maritima recenſet, bis ſcriptum occurrit مستغانم; (p. 149 مستغانم male) bis apud Abulfed *g*) ſcribitur مستغانم; Leo *h*) pronuntiat *Muſtaganin;* Marmol *i*) *Maſtagan;* autor libri die Staaten: effert *Mouſtagan;* Shaw *k*) Muſty-gannim]. Edriſius nihil de vrbe hac tradit. Vrbem paruam compellat autor libri die Staaten, pag. 187 et portu et caſtello optime collocato excepto, eam nihil memoratu dignum habere, monet. Shawius vero eam eſſe ampliorem quam *Oran* (Vahran) et ſecundum a Telemſan tenere locum contendit. Abulfeda de Moſtaganam emporio *Magravae* in not. marg. verba facit. Vid. ſupra *Arzau; Hud Faruch.* — *Hinc ad*

Mazuna مازونه (non مزونه) (p. 80) [h. ad. Alg.] Pag. 85 denuo occurrit et quae de illa ibi leguntur, haec ſunt: *ſita eſt vrbs Mazuna in confinio portus Hud Faruch, ab eius oriente, in mediterraneo ſolo; montibus ſepta; 6 miliaribus a mari diſtat.* Differunt ab Edriſio Leo et Dapperus *l*). Muris fortiſſimis cinctam eſſe per-

f) pag. 65. *g*) pag. 6. *h*) pag. 513.

i) Tom. II, p. 386. Adde Dapper p. 238.

k) p. 42. De terra Magravae vid. *idem* p. 70.

l) Leo pag. 518; . . . fere 40 mil. Dapper 12 Meilen von der Mittel-See.

perhibent Leo et Marmol. *m*) Shawius vero cum Edriſio facit *n*). *Hinc ad*

Chamis الخميس (p. 80) *ad flumen Schelef ſitum.*

Schelef شلف *flumen eſt admodum magnum.* Abulfedam et Leonem dum e monte *Vaneſcheris* (ونشريس) شلف flumen excurrere perhibent falli, docet Shawius *o*). Idem corrigit porro Abulfedam gemellam cum Nilo Aegyptiaco naturam illi tribuentem, et Leonem *p*) oſtium eius pariter falſo inter Mazagran et Muſtagan ponentem. *Ab inſulis Hamam* (p. 85) *ad huius fluminis oſtium 22 habentur miliaria. Tum ad*

Meliana مليانة (p. 80) [hod. ad Alg.] (*Tum ad Tenes vrbem interuallum trium ſtationum. A Telemſan ergo ad Tenes*, vt vidimus, *intercapedo 7 ſtationum.* Paullo poſt ita legimus: *Ab vrbe Tenes ad vrbem Meliana, itinere terreſtri 2 ſtationes; et 3 a Meliana ad Tahart q*). Vid. paullo poſt p. 208.

Tenes

m) MARMOL. Tom. I. p. 395.

n) SHAW p. 70. *Mazouna*, ait, eſt ſitué à quatre milles au Nord du *Schellif* au pied d'une longue *chaine de montagnes &c.* Plura de montibus iſtis refert et deficientibus omnino ruinis Romanos autores arguentibus contra MARMOLIUM et DAPPERUM vrbem a Mauris exſtructam eſſe contendit &c.

o) SHAW p. 43 ſq. A trois milles, ait, au Nord-Oueſt de Kulmeeta eſt l'embouchure de la rivière *Shellif.* Ce nom eſt un corruption du mot (Χινάλαφ vel Χεναλαφ) *Chinalaph* de l'ancien Géographie. C'eſt ici la rivière la plus conſiderable du Royaume; elle ſort du *Sahara* à quatre vingt milles au Sud-Eſt. Ses ſources que l'on appelle à cauſe de leur nombre et de leur contiguite *Sebaioun Aioun* (سبعون عيون) les ſeptantes ſources, ne ſont pas plûtot réunies qu' elles tombent dans le *Nah'r Waſſel*, petit ruiſſeau, qui perd alors ſon nom. — Tum deſcribit curſum eius et riuos riuulosque quos abſorbet pluribus verbis. Add. ſi placet DAPPER p. 225.

p) pag. 737.

q) LEO de oppido Telenſini Meliana agit pag. 516 idque vulgo in *Magnana* corrumpi grauatur. MARMOL. Tom. II. pag. 396 de *Miliane.* SHAWIUS denique de *Maniana* vel *Maliana* oppido paruo p. 79 verſ. gall, at germ. p. 28. vid. pag. ſq. exponunt. Adde DAPPER, qui p. 231 de vrbe *Magnana* loquitur. Apud PTOLEMAEUM Μαγκινγν audit.

Tenes تنس (p. 80) [hod. ad Alg.] [Ita quoque ſcribit Bakui *r*), Timimi effert تنس *Tanaſa*, Leo *Tenez s*), Shaw *Tniſs* vel *Tennis*; apud eundem in carmine quodam excitato ſcriptum occurrit تنيس Ptolem. (ſec. Shaw. χαρκώμη et ſec Oberlin καρτίνναι Melae *Cartenna* p. 10. *t*)]. *Eſt vrbs antiquiſſima u*), *forti muro ſepta, ita omnino aedificata, vt pars altera montem quaſi aſſurgat* (*quae planta Sedr obtegitur*), *altera in terram planam ſeſe extendat.*

Edriſius in eo a Leone et Marmolio etc. *v*) confirmatur quod ambo circa antiquitatem et ſitum eius conueniunt. Solus eſt Shawius *w*) qui ab eis ſecedit, in loco humili et lutoſo eam ſitam eſſe tradens. Fuit forſan Edriſii tempore vrbs amplior. De planta Sedr. (vid.

r) Bakut II. 431. de vrbe hac forti plura tradit.

s) pag. 517. *t*) pag. 46. verſ. gall.

u) Timim. autore vrbs *Tanaſa* parua eſt, diſſita ab vrbe *Algezaier* 4 ſtationibus. Verba eius: ومن الجزاير الي مدينة صغيرة تسمي تنس اربع مراحل

v) Leo l. c. Antiquiſſimum hoc oppidum, ait, ab Afris in coſta cuiusdam montis non procul (à demi lieuë, Marmol.) a mari mediterraneo exſtructum elegantiſſimis eſt cinctum muris. Marmol. Tom. II. p. 390 idem repetit. Qui librum ſ. t. Die Staaten &c. conſcripſit, p. 188 haec habet: Tenez . . . am Fuſs eines Hügels erbauet. Idem portum huius vrbis laudat, eiusdemque fata tribus verbis enarrat. Dapper p. 235. Sie lieget auf einer *Bergfläche* eine halbe Meile von der See &c. 30 von Telenſin. Apud eundem l. c. mons Abuzid nomine venit.

w) p. 46: . . . eſt ſitué dans un lieu bas et ſale, ce *que le nom ſemble* indiquer. Confert nimirum *Tanis* quod deriuat a טין more Graecorum, qui Πηλούσιον a Πηλὸς deriuant. Fallitur vir doctiſſimus, ſi quid video, ſcriptura ſcilicet تنس aduerſatur. ت enim Arabum non eſt ט, ſed ת Hebraeorum; radix itaque طان — Pag. 48 pergit Shaw: a une petite diſtance de *Triſſ* ſe trouve une haute montagne, qui s'avance beaucoup dans la mer &c.

(vid. ſupra p. 159) autem nihil tradunt. De Conditoribus vrbis huius egit Abu Obeid Cordubenſis *x*).

Spatium quod vrbem hanc inter et mare ſalſum intercedit eſt duorum milliarium, ita vt videas (addit Edr.), *eam non longe ab ora maris eſſe diſſitam; ab vrbe Vahran diſtat duobus curſibus* (pag. 81) *qui* 204 *milliaria conſtituunt y*). Autore libri *Die Staaten* etc. p. 188. teſtante, Tenez vrbs orientem verſus a Mouſtagan 7 miliar. a mari vero miliari vno diſtat. Vid. *Kolua al feranin.*

Inſtituit autor noſter iter ab vrbe Tenes ad Almaſilam. *Egredienti ex vrbe Tenes*, ait, *iter tibi faciendum eſt, per tempus iuſtae ſtationis, per montes inacceſſos et rupes ſublimes frequentesque z*), *vt peruenias ad*

Bani Vazeleſn بني وازلفن (pag. 80 ſq.). Quum omnia ab Edriſio omiſſa ſunt, quae comparationis cum aliorum ſcriptis copiam facere poſſent, ſuſpenſus haereo, num in mente habuerit accolas montis Beni-Guazeval quorum fortitudinem Leo et Marmolius ſummis laudibus exornant. Shawius de monte *Benizerwall* verba facit *a*). *Hinc ad*

Chadra

x) Vid. Casiri Bibl. Tom. II. pag. 2. Verba eius ita ſe habent: وتنس المدينة الحديثة اسسها البهريون من اهل الاندلس منهم الكركي وابو عايشه. الصغر وصهيب وغيرهم وذلك سنة ماية وثنين وستون ويسكنها اناس من اهل البيرة واهل تدمير. i. e. Tenes vrbs eſt quam nautae quidam Hiſpani, ſcilicet al Kerki, Abu Aiſcha, Alſapharus, Sahebus aliique recentius condiderunt, anno nimirum 162. (Chr. 778.) ac frequentare ſolent ciues Illiberis et Tadmiri.

y) En alia menſura. Timim. Mſſ. ſcilicet ita refert ومن مدينة تنس الي مدينة وهران سبع مراحل, i. e. ab vrbe *Tanoſa* ad vrbem *Vahran* 7 habes ſtationes.

z) Cf. Shaw p. 75: iacent in ſeptentrione fluminis Schelef.

a) Leo p. 438. Marmol. II. 279. Shaw p. 11. 24. verſ. germ.

Chadra (p. 81) [ad Alg. hod.] (ſcribitur الخضرا et الخضرا) *ſtationis interuallum b*); ſita eſt haec vrbs autore Shawio (l. c.) in colle quodam ad ripam fluminis Schelef etc. vid. *Ceznaie.* — *Tum ad*

Meliana (vid. ſupra pag. 205) *ſtationem vnam.* Fere conuenit Shaw, implicite affirmans diſtantiam inter Chadra et Meliana ad nouem miliaria accedere *c*). *Et hinc ad tertium diem meridiem verſus eſt*

Vaneſcheriſch وانشريش (p. 81) [hod. ad Alg.] *mons, cuius longitudo ad 4 dies ſe extendit, inque cuius extremitate loca vicinia Tahart ſita ſunt.*

Leo *Guanſeris* pronuntiat; altitudinem eius quidem et incolarum fortitudinem celebrat; Edriſii afferta autem non illuſtrat. Shaw vero, qui *Wannaſh-reeſe* effert, eum latius protendi contra Edriſium affirmat eundemque pro monte Ζάλαχον Ptolemaei habet *d*).

Ceznaie

b) Etymologiam tentans Vir ingenio et acumine celebris SHAWIUS pag. 75. SIONITAM ſecutus, eatenus errauit, vt EDRISIO, quae EDRISII non ſunt, tribueret. Auditis modo vniuscuiusque verbis lis erit deciſa. SHAWII verba haec: Les vertes priaries de ce canton peuvent avoir donné le nom a la ville el Chuhd-ary (ita ſcribit) ſignifiant le Verd. On peut auſſi en faire venir l'etymologie du mot Chadra (חצרה) ville; comme qui diroit la ville par excellence &c. (huic etymolog. faueo, quippe quae non recuſat quin Chadra cum *Oppidoneo* PTOLEM. conferatur). L'Abbreviateur d'Edriſi a adopte la premiere etymologie. Nequaquam. Verba EDRISII ſunt: ومن بني وازلفن الي الخضرا مرحله &c. ومن الخضرا الي SIONITA ita vertit et explicat: A filiis Vazeleſn ad Chadra (id eſt *Viridem*) habet &c. — Modo hoc loco monuiſſe iuuat, quam facile ſit etymologo, praeſertim in geographia, vbi plurimae cautelae adhibendae ſunt, vt in errores deducatur ac abripiatur.

c) SHAW verſ. germ. p. 28 haec habet: *Sieben Meilen* nach Oſten von *el Khadara* ſind die Ruinen von *el Herba* . . . et paucis interiectis pergit . . . *Maniana*, *Maliana* oder *Miliana* liegt . . . *zwo Meilen* oſtwärts von *el Herba* = circiter 9 mil.

d) p. 529. cf. MARMOL. Tom. II. p. 397. SHAW p. 74. verſ. gall. et germ. pag. 26. vbi haec: Wan-naſh-riſe, das *Gueneſeris* des Sanſon

Ceznaie كزنابة (non: كزنية) (p. 81) *diſtat ab vrbe Meliana ſtationis interuallo. Ad flumen Schelef e) eſt appoſitus hic locus, nundinis, quae ſingulis hebdomadibus ibi magna cum frequentia populi habentur, celeber. A nundinis* (vel *emporio*) *Ceznaie ad*

Riga ريغة (p. 81) *oppidum, ſtationem habes. Hinc ad*

Aſchiraziri اشيرزيري (pag. 81) *habes ſtationes duas.* — In catalogo vrbium ad terram Barbarorum pertinentium (ſupra p. 183) vltima eſt اشير (Aſchir). Nuſquam occurrit, niſi in iſto catalogo. Quid, ſi locus noſter idem eſſet? Sed reſtat زيري de quo ambigo. Si زري eſſet, poſſes vertere *mediocris.* Alia ſuccurrit emendatio, ex hiſtoria petita, forſan verior; Zeir ben Zeir ſcilicet vrbem Aſchir aedificauit. Quod ſi itaque hoc hiſtoriae lumine vtimur, pronuntiandum eſt *Aſchir Zeiri.* Forſan inter زيري et اشير excidit بن vel ابني *f*). *Hinc ad*

Tamercida تامركيدا (p. 81) *iterum habes ſtationem. Duas autem conficies vsque dum peruenias ad*

Al Meſila المسيلة (p. 81) [hod. ad Alg.] [Abulf. المسيلة, Leo *Meſila,* Marmol *Micila,* Shaw

Sanſon und das Guanſer des Du Val liegt 8 Seemeilen ſüdwärts von Sinaab. Es iſt ein hoher rauher Berg; gemeiniglich mit Schnee bedeckt &c. Edriſi war, in Anſehung der Länge deſſelben, die er zu vier Tagereiſen angiebt, gewiſs ſehr übel berichtet; um ſo viel mehr, da dieſes von dem Anblicke und Proſpecte deſſelben wahr iſt, der in der That noch weit mehr, als dieſe Entfernung beträgt. Aliam ſcripturam Arabicam ex Shawio ſupra p. 205 adpoſuimus, ſcilicet ونشريس.

e) Pro سلف leg. fortaſſis شلف; ſic ſcriptum ſupra adfuit.

f) Vid. e. g. Cardonne T. II. pag. V. vbi de Murr Zeir Ebn Zeir, ait, erbaute die Stadt *Aſchir.* Plura vid. l. c. p. 50 ſq.

Shaw *Meſ-ſeelah g)*] *ſitam iuxta fluuium abundantem aqua. Scaturigo eius ſuper ſuperficie terrae nec eſt adeo profunda h); aqua eius dulcis eſt, alitque piſciculos pulchre rubris maculis diſtinctos,* (فيه طرف حمر حسنة) *cuius generis piſces nemo in terra habitata vnquam conſpiciet; ideo vrbis incolae admodum in illis gloriantur i). Menſura piſcis eiusmodi non excedit ſpithamam — Ceterum erat haec vrbs ſub ditione filiorum Hamad k).* Vid. *Kalaa; Tobna.*

Abulfeda vrbem nouam compellat, conditam a Chaliſis Fathemicis qui in Aegypto regnarunt. — De flumine, ad quem vrbs haec poſita eſt idem loquitur, nomen pariter ſilentio praetermittit *l)*. Leo miſeram huius vrbis exhibet deſcriptionem *m)* a Bugia diſtare, ait, in centeſimo fere miliario. Edriſium non illuſtrat.

Kalaa قلعة (p. 81) (Ptolem. Γιλϐι, vel Απφαρ; IV. 2.) — *Kalāa beni Hamad* بني حماد *n) eſt e numero ampliſſi-*

g) Leo p. 535. Marmol. II. 420. Dapper p. 265.

h) Vix opus eſt vt moneam pro بالعميو legendum eſſe بالعميق.

i) In libro quidem eſt يـفـتـجـرون, ſed procul dubio legi debet يـفـتـخـرون.

k) Exordia regni Hamaditarum anno 387 (p. C. 997) adſcribenda ſunt. Vid. Abulfed. Annal. Moslem. Tom. II. p. 592. Differt Cardonne, qui Tom. II. p. 180 ita habet: Mit ihm (Jahia Ebn Abdalaziz Billah) endigte ſich die Dynaſtie der *Beni Hamad* oder *Hamaditen*, Fürſten der Provinz *Badſchijah*, nachdem ſie unter 9 Fürſten vom Jahr 405 (C. 1014) bis 546 (C. 1151) 137 Jahre gedauert hatte. Autore de Guignes per 160 annos floruit Dynaſtia filiorum Hamad. vid. Hiſt. des Huns Tom. I. p. 373.

l) Autore Shawio p. 138 vocatur *Wed el Kaſaab*. V. germ. p. 13.

m) p. 535. cf. Marmol. T. II. p. 430.

n) Timini. Mſſ. vbi de vrbe Begiaia ſermo eſt, praeclare ita habet: وبجاية هذه في دار ملك بني حماد الصنهاجيين الذين تنتسب قلعة بني حماد, i. e. Begiaia ſedes imperii filiorum Hamad Senhagienſium; inde deriuauit nomen Kalaa Beni Hamad &c.

Alio

ampliſſimarum vrbium, exſtructa ad montem ſublimem, aſcenſu perdifficilem, ac omni ex parte muro vrbis circumdatum.

Nomen montis huius ignoro. Forſan eſt mons *Abes*, qui, autore Marmolio, vrbem Meſilam cingit et a Mignana vrbe 4 miliaribus diſtat o).

Vexatur haec vrbs, ſcorpionibus colore nigris, copioſis, quorum morſus letiferi ſunt. Incolae autem huius vrbis ab iis ſibi cauent, et contra eorum morſus letiferos ſeſe muniunt ex planta Auliun Harani (العوليون الحراني) *potum ſibi parantes ac bibentes; quo ſumto potu, duarum drachmarum pondere, ad annum integrum tecti ſunt, ne mali quid a ſcorpionibus patiantur. Quae ſanandi methodus tuta, inter incolas vrbis diuulgata eſt.*

Edriſius noſter hanc virtutem reuera medicinae iſti competere exemplo comprobat. Quum ſcilicet dubius ipſi videretur herbae effectus, fecit, quod tum temporis facere potuit, i. e. perſcrutando veritatem vt detegeret, operam dedit. Sciſcitandi igitur *illi renuntiauit quidam probatae fidei vir, ſe, ictum a ſcorpione, bibiſſe decoctum huius plantae, et confeſtim non ſolum doloris leuamen ſenſiſſe, imo etiam, quum eodem anno ter morſus fuerit, tamen dolori nequaquam ſuccu-*

Alio loco: قلعة قبالي بجاية, Kalaa e regione Begiaiae. Apud Cardonne II, 73. haec leguntur: Im Jahre 1440 (Heg. 432) fieng Maaz an die Feſtung Hamad oder Hamet zu belagern, vor welcher er zwey Jahre vergeblich lag. Forte de vrbe noſtra haec dicta ſunt, et ad eius hiſtoriam pertinent. — Ceterum mihi conuenire videtur cum Edriſii Kalaa, oppidum, *El Callah*, de quo Shawius p. 25 verſ. germ. haec adnotauit: Fünf Seemeilen nach Nordoſten von Maſcar iſt El Callah, der gröſseſte Marktflecken dieſes Landes wegen ſeiner Teppiche und Burnuſen. Dieſes iſt, ob es gleich weitläuftiger als Maſcar iſt, ein kothiges übelangelegtes Städtchen, ohne Waſſerleitungen, Pflaſter oder Fuſsſteig. Es iſt, wie auch der Name anzeigt, auf eine Anhöhe gebauet, und mitten unter andern Bergen, welche einen Theil des Gebürges Atlas ausmachen.

o) Tom. II. p. 420 ſq.

buiſſe. Fere conuenit deſcriptio, quam Sicard de planta quadam prope Monaſterium St. Antonii inuenta et ab eo Lignum Scorpionis appellata, nobis reliquit *p*). *Ceterum Meſilam inter et Kalaa* 12 *miliarium interuallum.* Autore Timim. a Begiaia ad Kalaa Beni Hamad 4 habemus ſtationes ومن بجايه الي قلعة بني حماد اربع مراحل

Berſchac برشک (non برش *Bereſch*). (pag. 81) [hod. ad Alg.] [Leo *Breſch q*), Marmol *Breſcar r*) monente Dappero *s*) vocatur etiam *Brexkar*, *Brich*; Shaw *Bresk t*)]. *Ab vrbe Tenes ad Berſchac iuxta littus habentur 66 miliaria. Vakur ad vrbem Berſchac* (p. 86) 20 *habentur miliaria.* Dapper ab vrbe Tenes diſtare ait 5 miliaribus. In confinio vrbis Moſtagan vrbem hanc quaerendam eſſe, Leo monet; Shawio autore hodie vaſtata iacet Berſchac.

Scherſchal شرشال (non سرسال) (p. 82 et 86) [Leo *Serſel u*), Marmol *Sargel*, Shaw *Sher-ſhel* ita etiam

p) Vid. *Nouv. Mem. des Miſſ.* Tom. V. pag. 188. *Bois de Scorpion:* ainſi nommé à cauſe de la tortuoſité de ſa racine. Les Religieux nous aſſurérent que ſa racine miſe en poudre eſt un Antidote contre la morſure des animaux venimeux, & un remede pour appaiſer les inflammations des yeux. Les Droguiſtes la vendent au Caire & en vantent la vertu & les effets. Idem fere refert VANSLEB in *nouv. Relation* &c. p. 333. Sur le Mont Colzim il croiſt un bois appellé *oud il akrab* (Bois de Scorpion) que les moines de St. Antoine reduiſent en poudre &c. Addit: ils m'en firent present d'une demy-livre, ou environ, emboiſtée dans des Cannes & je l'ay envoyée à Paris.

q) pag. 514. *r*) Tom. II. p. 391.

s) pag. 239. . . . liegt 5 Meilen von der Stadt Tenes nach dem Morgen zu.

t) pag. 48. Sa ſituation facheuſe, ait, entre *Goryah*, *Larbatt*, *Beni Yefrah* (forſan Edriſii natio Baia vel Babaia) et d'autres tribus turbulentes eſt la cauſe que depuis quelques annéés il n'y a abſolument plus d'habitans a *Bresk*. Idem monet Κανυκκις (PTOLEM. 168.) et *Gunugi* (PLIN. 209.) ſitui vrbis hodierno reſpondere.

u) pag. 515.

v) Tom. II. p. 391. Autor libri *Reiſe* &c. de prouincia *Sargel* loquitur. vid. p. 56.

etiam Brucius *w*). Autor libri *Die Staaten* etc. p. 188 *Serceles* effert. Veterum *Iulia Caeſarea* ſecundum hos Anglos], *A Berſchac ad Scherſchal* 20 *miliaria* (p. 82); *ambas vrbes* (Berſch. et Scherſch.) *x*) *mons horridus, cultus a Baia* بيعة *barbarorum natione interiacet.* Pag. vero 86 vbi de locis maritimis loquitur *Scherſchal,* inquit, *mari adiacet, confinis eſt monti magno et horrido, culto Barbaris, quorum nomen Rabaia* ربيعة. Non contradicit ſibi in his Edriſius; ſed altera ſcriptura alteri accomodari debet; quae autem verior ſit, non liquet. Leo pag. 514 de *Breſch* oppido et de *Serſel* p. 515 loquitur, ac ſitum vrbis eundem cum Edriſio exhibet, neque tamen de monte, neque de populo, qui eum incolit, quicquam tradit. Marmolius quidem in deſcriptione Brescar vrbis populum memorat, ſed nomine ab Edriſii natione diuerſum; *Azagues* ſcilicet vocat, eosque incolere, ait, prouincias Tremeçen et Fes *y*). Mons apud eundem *Zatima* audit. Idem in deſcriptione vrbis Sargel montem eiusdem nominis laudat, incolarum vero nomen obticet. Shawius l. c. plurium montium mentionem iniicit (contendit ſcil. cinctam eſſe vrbem hanc montibus Beni Menaſſer et Beni Tefra); quem autem montem Edriſius in animo tenuerit, dum hoc ſcriberet, in medio relinquo.

w) SHAW, p. 49. et BRUCIUS Tom. I. verſ. p. 10.

x) Ita equidem intelligo. In libro ita legis: "*Ab vrbe Tenes ad „Berſchac iuxta littus internallum 66 miliarium. Ab vrbe Tenes ad „vrbem Meliana itinere terreſtri duarum ſtationum iter. Inter Me„liana et Tabart 3 ſtationum interuallum; ad Scherſchal miliaria 20.*" Parentheſi includi vellem verba: "*Ab vrbe Tenes ad vrbem Meliana „itin. terreſtri 2 ſtationum iter. Inter Meliana et Tabart 3 ſtat. „interuallum.*" Vides ea non ſuo loco ſtare, et male orationem interrumpere. Vrbis Tenes nimirum poſtquam mentionem fecit EDRISIUS, in mentem ei venit diſtantia locorum a Tenes ad Meliana et a Meliana ad Tahart. Adde EDRISIUM p. 86 memorata vrbi Berſchac ſtatim ad Scherſchal progredi.

y) MARMOL. T. II. p. 391. coll. T. I. p. 71.

Pergit Edriſius pag. 82: *A Scherſchal ad Algezaier 70 miliaria*)* et pag. 86 *a Scherſchal ad*

Batal البطال (p. 86) *promontorium in mare procurrens 12 miliarium interuallum.* Facile eo deduci Shawio praeeunte te patieris vt inter Ras *Acconnatter* et *Ras el Amouſhe* de quibus ille agit Batal Edriſii quaeras *a*). Vid. Sin. *Hur*.

E regione huius promontorii in mari eſt parua quaedam inſula (p. 86), cuius nomen autem Edriſius non dedit. Forſan eſt inſula *Berinſhell*, quam Shawius p. 55. verſ. gall. et p. 21. germ. vocat.

Sinus Hur b) جون هور (p. 86) [hod. ad Alg.] *initium ſumit a promontorio Batal. Extenſio eius per viam rectam plus quam 40 miliarium, per curuatam vero 60. Maris ora ibi, eſt turgida, ita vt ſi quis in eam incidat ſalutum ſe videat nunquam c*). Non tanto periculo mare h. l. laborare monet Shawius. *A termino ſinus Hur ad inſulas filiorum Mesgana 18 miliarium iter.*

Algezaier (p. 82) [hod. vrbs primaria Ciuitatis Algerienſis].

1) *Nomen vrbis huius.* Edriſii opus typis excuſum offert: الجزاير et typothetae errore الجزير; Cod. Par. Edriſium ſcripſiſſe refert جزاير مزغنان Gezaier

*) Brucius T. I. verſ. p. 10. "ohngefähr 60 Meilen von Algier." Teſte autore libri *Die Staaten*, vrbs haec occidentem verſus 8 mil. diſtat ab vrbe Algeria; — vix putem; forte 80 legendum.

a) p. 85. Edriſi, ait, place ſon *Hur* entre ce promontoire (Ras Accon-natter) et le Ras el Amouſhe. La diſtance eſt a la verité la même, mais la navigation du Golfe n'eſt pas auſſi dangereuſe, que notre auteur la repréſente. Verſ. germ. p. 21.

b) Teſte Oberlino eſt Hur Ptolem. *Γασουκαβεχαι* (pag. 168). Cf. d'Anvill. Geogr. anc. p. 98. vel *Handbuch &c.* l. c. p. 149.

c) Vltima Climatis tertii primae ſectionis pagina lin. 3. pro احد يتخلص leg. اخذ يتخلص.

Gezaier Moſganan *d*). Abulfeda pag. 6 effert جزاير بني مرعنان Gezaier Beni Maranan (inſulae filiorum Mar.); ſic quoque p. 18 ſed ex emendatione Eichhornii مُزَغَنَّان *Mazgannan e*). Habeo quoque exempla vrbis huius nomen et hodie efferri ſcribiue *Gezair* ſine articulo. In epiſtola nimirum Turcica a Praetore Algerienſi ad Jacobum II. Regem Angliae miſſa, ipſe praetor ſubſcripſit ſe ابرهيم داي جزاير *Ibrahim Daye Gezaier f*). In Bibl. Caſirii occurrit مدينة الجزاير *vrbs Algezaier g*); Leo effert *Algeria*; Marmol, *Alger*; Gramaye, *Argel*; Recentiores plerique *Algier*; Hebenſtreit, *Alghr Zair h*). — Vnde nomen Algezaier originem ſuam ducat, adhuc ſub iudice lis eſt. Leo l. c. a voce Arabica, inſulam deſignante, accepiſſe putat, quandoquidem haec vrbs in vicinia Balearidum inſularum ſita ſit. Herbelotus ſub voce *Gezair* hancce damnauit explicationem, aliam ſubſtituens: nempe a veteri *Iulia Caeſarea* ita fuiſſe cognominatam; quam ipſam deriuationem quoque

O 4 Gra-

d) Vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 542.

e) Vid. Abulfedae Africa p. 6. 18. et quae diximus in Eichhornii Bibl. l. c. p. 545 et 584.

f) Vid. Th. Hyde ad Peritsol p. 179. not. r. cf. quoque *Reiſe in die barb. St.* p. 57 vbi: Die Stadt Algier, welche die Türken *Gezair* heiſſen &c. Shawio autore hodie duplex vrbis huius nomen in vſu eſt. Habet nimirum p. 31. verſ. germ. *Al Iezcire el gazie* das iſt Algier die Kriegeriſche, wie die Türken ihre Hauptſtadt zu nennen belieben. Pag. 33 autem ita refert: In ihren öffentlichen Briefen und Urkunden nennen ſie es *Al Ie-zeire Megerbie*, das iſt, die Inſel im Weſten, um es von einer Stadt dieſes Namens, die bey den Dardanellen in dem Archipelago liegt, zu unterſcheiden.

g) Vid. Casiri l. c. Tom. II. p. 241.

h) Leo p. 519. Marmol Tom. II. p. 399. Gramaye Libr. VII. p. 1. Hebenstreit vid. Bernoulli Samml. kl. Reiſebeſchr. T. IX. p. 322 ſq. Adde his Shaw verſ. gall. p. 89. germ. p. 31 ſq.

Gramaye *i*), modo alio reſpectu, multo acumine probabilem facere ſtuduit. Shawio autore vetuſtas nominis huius Turcarum expugnationem non excedit — modo Edriſii tempore nomen Algezaier nondum adfuiſſet! Verum enim vero nomen hoc, reuera a vocabulo *Gezair*, *inſula*, equidem deriuarem; ſitus enim vrbis, peninſulae inſtar (qua voce carent Arabes) nomen hoc forte ab Arabibus commeruit. Arabes conditores eius fuiſſe, vt mox audiemus, Edriſius, qui voce بنى vtitur, Leo Africanus, alii, teſtes ſunt (nihil quoque obſtat, ſi, quod ſaepius his verbis indicatur, intelligas de nouo Arabes aedificaſſe hanc vrbem vel reſtauraſſe); nomen itaque quod a Conditoribus vrbi ingeſtum fuit, nempe *Mezgana* (vid. paullo poſt), interiit, et quod ex ſitu ſibi conſciuit, remanſit. Nouum accedit forſan huic hypotheſi pondus, ſi ſitum vrbis reſpicis, qui impraeſentiarum non reſpondet veteri Caeſareae, ſed Icoſio, id quod ex Shawio *k*) plus quam veroſimile ſit. Ex loco tandem Timimaei, quem integrum adpono, lucide apparet, vrbis nomen

i) GRAMAYE l. c. p. 91. vbi Regn. Alg. deſcribit. Adde DE LA CROIX T. II. p. 45. et HERBELOTUM v. c. Cum HERBELOTO facit HEBENSTREIT l. c. addit tamen: wiewohl man an keinem Orte die geringſten Proben des Römiſchen Alterthums dieſer Stadt findet. Etymon nominis huius vrbis ex Julia Caeſarea Veterum petunt quoque CASIRI in Bibl. Tom. II. p. 241. Autor libri Die Staaten &c. p. 190. vid. ſeq. not.

k) Vid. SHAW verſ. gall. p. 89 et 91. vbi haec: Alger vû ſa diſtance et ſa ſituation par rapport a Teſſeſad, doit etre l'ancien *Icoſium*, placé dans l'Itineraire à quarante-ſept milles de Tipaſa. Mentem ſuam SHAWIUS in Itinerarii editione altera vel mutauit, vel Interpres germanicus (qui edit. II. ſequitur) hunc paragraphum minus vere transtulit; habet enim p. 33. „An den Ufern deſſelben (fluuii *Haratch*, vet. *Savi*) trifft man die Ruinen einer Römiſchen Stadt an, *die wohl eher das alte Icoſium ſeyn kann*, *als Algier*, das von dem Itinerario eben ſo weit als *dieſes* (Algier, vel Icoſium?) iſt, nehmlich 47 Meilen von Tipaſa oder Teſſeſſad geſetzt wird. — Secundum D'ANVILLIUM vero *Icoſium* veterum eſt Scherſchal, et Caeſarea vel Jol hod. Algier. Probatur D'ANVILLII ſententia OBERLINO l. c. p. 273.

nomen *Algezaier* iam tum temporis notiſſimum fuiſſe. Verba eius haec: ومن مدينة بجاية الي مدينة صغيرة تدعي الجزاير وتنسب الي قوم يقال لهم بنو مزغنة قريب من اربع مراحل وهذة المدينة المعروفة الجزاير علي ساحل البحر الرومي وكذلك مدينة بجاية.

2) Quae Edriſius de vrbe hac adnotauit, haec ſunt: *Vrbs ad oras maris ſita l) condita eſt a filiis m) Mazegan*, لبني مزغنا, id, quod etiam Leo, Marmolius etc. autoritate ſua comprobant, qui inſuper, conſentiente Timimaeo (paullo ante), addunt, nomen vrbis quondam fuiſſe *Mesgana n)*. Timimaeo autore (vid. paullo ante) eundem habet ſitum cum vrbe Begiaia, ſcilicet ad littus maris (Rum) mediterranei. *Aquam* (pergit Edriſius) *dulcem, quam bibunt incolae, recipiunt ex fontibus prope mare ſcatentibus, tum etiam ex puteis.* Pulchre conſentiunt Brucius et imprimis Shawius, qui tantam aquae multitudinem in terra, alias arida, pro

l) Jacuti Mſſ. de ſitu eius haec habet علي ضفه البحر بين افريقية بلاد المغرب (Sita eſt inſula filiorum Mesgani (مزغناي) ad oras maris, Afrikiam inter et terram occidentalem. Addit idem: vrbem hanc diſtare interuallo 4 dierum à Begiaia. — Opportune habet autor libri Die Staaten p. 57. An der Nordſeite geht das Meer bis an die Stadtmauern.

m) Ita equidem intelligo vocabulum لبني; ل pro ل autoris accipiens. Sionita vertit: *pertinentem ad filios* &c.

n) Leo pag. 519. *Conditores* habuit Afros, qui ex familia *Mesgane* originem traxerant, *quare et apud Antiquos Mesguna fuit appellata.* Idem habet Marmolius T. II. p. 399, qui gentis et vrbis nomen effert *Mosgana.* Fere idem de la Croix T. II. p. 46. (ſcil. Les Arabes apellent cette ville *Gezier de Beni-Mozgana*, du nom de ſes Fondateurs, les Bereberes de la branche de Mozgâna). Adde Gramaye Libr. VII. p. 1. Shaw verſ. germ. p. 33. et autorem libri: *Die Staaten* &c. pag. 191, qui, ex autoribus paullo ante laudatis forſan, idem retulit: Die Bereber, die von dem Arabiſchen Prinzen *Moztgana* abſtammen, hatten dieſen Platz beſonders unter ſich gebracht, daher auch dieſe Stadt bey den Arabern *Gezaira al beni Moztgana* heiſet.

pro maximo habet beneficio *o*). Pauca haec Epitomator excerpſit; Edriſius autem, absque dubio plura congeſſit, quae vrbis huius delineationem concernerent Codex nimirum Pariſienſis Abulfedae verbis ex Edriſii opere integro addit quae ſequuntur:
وهي عامره اهله وتجاراتها مربحا واسواقها عامرة ولها بادية
كبيرة ومن الجزاير الي مرسي الدجاج ثمانية وثلثون ميلا *p*)
i. e. *Incolis frequens eſt* (vrbs Algezaier) *q*); *merces venit*

o) Shaw verſ. gall. p. 90. at germ. p. 33. vbi haec: Jeder (de hortis loquitur) wird mit einer groſsen Menge Waſſer aus denen Quellen und Bächen, die man häufig in dieſer Gegend findet, reichlich verſehen. Das Brunnenwaſſer, deſſen man ſich zu Algier bedienet, und das wegen ſeiner Vortreflichkeit auſſerordentlich hochgeſchätzet iſt, wird gleichfalls durch eine lange Reihe Röhren und Gänge aus dieſen Quellen hieher geleitet. Opportune habet Arvieux verſ. germ. Tom. V. p. 189. Man zählet ohngefähr 125 Fontainen in der Stadt. *Eine ſehr alte Waſſerleitung* verſorget ſie mit Waſſer das auf zwo Meilen von der Stadt herkommt. Es iſt ſehr ſchönes Waſſer, und in einem ſo warmen Lande höchſt nöthig. Brucius T. I. p. 21. Tunis, inquit, liegt niedrig, heis und feucht, und leidet Mangel an gutem Waſſer womit Algier aus *tauſend* Quellen verſorgt wird (i. e. procul dubio: *ſexcentis ex fontibus*, vt Latini loquuntur). Male ergo contradicit Edrisio aliisque autor libri *Die Staaten* &c. qui pag. 193 ita refert: Es fehlet dieſer Stadt *faſt beſtändig* an friſchem Waſſer, und ob wohl ein jegliches Haus ſeine eigenen Ciſternen hat, ſo machen doch die ſehr ſelten fallenden Regen dieſe unentbehrliche Nothwendigkeit ſehr rar. Cf. tamen, quae idem de fonte aliquo narrat, quem Niger quidam 1611 detexit, cuius aqua poſt in vrbis domos deriuata fuit. Eſtne hic aquaeductus idem, quem Arvieux paullo ante laudauit? Paullo aliter Leo p. 520: In parte Orientali praeterfluit flumen quoddam, quod molas frequentiſſimas agit: *ex hoc etiam* aquam potationi atque rei culinariae aptiſſimam exhauriunt. Fortaſſis in animo habet vel fluuium *Haratch* (olim Savus) quem Shaw l. c. laudat; vel flumen Seſiaia, quem ipſe p. 737. deſcribit; vid. infra not. u ad Temendfuſe.

p) Vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 542 ſq.

q) Cf. Leo p. 519. vbi haec: Spatioſiſſima eſt ciuitas; numerat familias quatuor fere millia. — Et hodie vrbs incolis frequentiſſima. Vid. *Reiſe in die barb. Stat.* p. 57. Man verſichert daſs die Stadt über 100000 Einwohner habe. Idem Arvieux l. c. Totidem (exceptis tamen Chriſtianis) numerat quoque autor libri *die Staaten* p. 202. Shaw p. 31. Dieſer Ort . . . iſt nicht über eine und eine halbe Meile im Umfange groſs, ob man gleich rechnet, daſs er 2000 Chriſtenſclaven; 15000 Juden und 100000 Mahometaner in ſich faſſet &c.

venit multum lucri reddentes; mercatus habet populo frequentes r) ac campos multos s). A Mars al Dagag 28 miliaribus diſtat. Differt, vt videtur, textus Edriſii, quem typis exſcriptum habemus. Scilicet ab vrbe Algezaier ad Tamedfus (vt mox videbimus) intervallum ponit 9 miliarium et a Tamedfus ad Mars al Dagag miliarium 20; ſumma ergo prodit non 28, ſed 29 miliarium. Forſitan de alia via cogitauit Edriſius noſter.

Monendum adhuc Cod. Par. in ſuperioribus vocabulum عذبة (aquam) *dulcem*, quod textus typis exſcriptus addit, omiſiſſe; ſed bene ſeſe habet vocabulum عذبة, vti ex Shawio aliisque lucide apparet. Vid. paullo ante not. o.

Ex vrbis huius delineatione itaque — non ex vocabulo مدينة, quod vrbibus clari nominis Edriſius tribuere

r) Cf. Abulfeda pag. 18. qui vrbem hanc mercatus cauſa claruiſſe verbis expreſſis demonſtrauit. Ait enim: وغربي بجاية جزاير بني مرعبان وهي فرضة مشهورة من عمل بجاية i. e. Ab occidente Begiaia ſunt inſulae filiorum *Maraban* (leg. *Mosgannan*), *emporium celebre*, ſub themate Begiaiae. Nec de mercatu nec de mercibus quicquam ſcribit Leo; fortaſſis tamen verba eius p. 520 huc reuocari poſſunt. Sunt haec: "Habet *quaelibet ars* ſuum ad hoc deſignatum locum." Noſtris vero diebus merces non deeſſe ex verbis autoris libri *Die Staaten* p. 192 colligi poteſt, quae ſic ſonant: An einigen Gegenden iſt ſie weiter, als an andern, ſonderlich da, wo Getraide und andere Waaren *täglich* zum Verkauf ausgeſtellt werden, und wo die vornehmsten Kaufleute ihre Gewölbe haben. Arvieux T. V. p. 194 ſq. Die Fonduks ſind gröſse vierekigte Gebäude, wo die fremden Kaufleute wohnen. Ob ihrer gleich viel ſind, ſo lebt es ſich doch nie gut da, wegen der Menge der Leute die ſich dahin wenden, und der vielen Kaufmannsgüter, die ſtets dahin gebracht werden.

s) Conſentit Leo qui p. 520 ita refert: Elegantiſſimas habet planities, quarum praecipuam *Metegia* vocant, patet in longum quadraginta quinque, in latum vero triginta fere miliaria, eſtque haec omnis generis frugibus feraciſſima. — Autor libri: Die Staaten p. 244 huius planitiei pulcherrimae exhibet deſcriptionem abſolutiſſimam. *Mutija* compellat eandem. Add. Shaw verſ. germ. p. 30 qui eam *Metijiah* vocat.

tribuere alias ſolet — manifeſto ſequitur, eam iam tempore Edriſii admodum fuiſſe celebrem *t*). Ceterum vid. ſupra pag. 212 *Scherſchal.* Pergit Edriſius: *ab vrbe Algezaier ad*

Tamedſus تامدفوس (pag. 82) [hod. ad Alg.], [Leo *Temendfuſe u*), Marmol *Metaſus v*), autor libri die Staaten etc. p. 197. de *Capite* et *Caſtello Matifux* loquitur et reliquias vrbis olim celebris, vocat; de la Croix et Dapper *Metafuz w*)] *orientem verſus intervallum eſt nouem miliarium. Portum habet pulcherrimum*, cuius frequentiam et opportunitatem Leo l. c. celebrat. Ex Shawio diſces, eum ſequenti tempore fuiſſe in optimum ſtatum euectum *x*). — *A portu Tamedſus*, *quem caue ne cum promontorio eiusdem nominis confundas*, *ad*

Mars al Dagag. مرسي الدجاج *y*) (pag. 82) [hod. ad Alg.] [Abulf. *Ann. Moſl.* Tom. II. p. 194. effert

t) Quare procul dubio errauit SHAWIUS, qui pag. 42 verſ. germ. (gall. p. 112) ita ſcribit: *Boujeah* iſt die *einzige* Stadt von dieſem Theile der Barbarey, deren Abulfeda gedenket; und dieſs gibt uns Gelegenheit zu glauben daſs Algier entweder noch nicht gebauet, oder zu ſeiner Zeit in ſchlechtem Anſehen war. Cui vtrique obiectioni iam ſatis, opinor, factum eſt. SHAWIUS autem haec forſan ſcripſit, quoniam p. 30 verſ. germ. planitiem *Metijiah*, quam vocat, cum ABULFEDAE *Giazáier Mazghanam* (ſic effert) conuenire coniecerat. Hoc verum eſt, vrbem hanc ABULFEDAE aetate ad thema Begiaiae pertinuiſſe. Vid. paullo ante not. *r*. et TIMIMAEI Mſſ. vbi haec: الجزاير مدينة من اعمال بجاية i. e. Algezaier vrbs ſub themate Begiaiae. Cf. LEO, qui l. c. fata huius vrbis enarrat.

u) p. 204 et p. 737 vbi haec: iuxta vetuſtum oppidum *Temendefuſt* (ita h. l. effert) (amniculus Seſſaia, ex Atlante proueniens ac Metegia planitiem Algeriae alluens) in mare mediterraneum fluit.

v) Tom. II. p. 409.

w) DAPPER 244. DE LA CROIX T. II. 56.

x) p. 91. du Cote, ait, qui régarde Alger, les Turcs y ont bâti un petit chateau pour la ſureté de la rade, lequel etoit autrefois la ſtation des vaiſſeaux du pays. Verſ. germ. p. 33 idem.

y) Nomen omnino fuiſſe putem: "*Mars el Dagag*," non autem: *portus Dagag.* Ait enim EDRISIUS *a portu Tamedſus ad Mars el Dag.*

eſſert مرسي الدجاج Shaw دجج ſcribit. Hodie [teſte eodem Shawio, vocatur *Iinnet* جنات (i. Ginnet)] *vrbem, habes* 20 *miliaria. Portus, quem habet, fidus eſt z*). Addit Cod. Par. l.c. ومرسي الدجاج مدينة كثيرة القطن لها حصن اذا جاوز i.e. *vrbs Mars al Dagag multum goſſipii habet; item arcem. . . .*

Andalos اندلس (p. 82) *vrbs, diſtat ab vrbe Mars al Dagag* 24 *miliaribus.* Non opus eſt vt moneam ne quis de Andaluſia Hiſpaniae cogitet, ſed hoc magis videtur neceſſarium, cauere, ne lectores cum Andalos parte altera vrbis Faſae noſtram confundant. Eſt vrbs alia in vicinia nomine Andalus, quam diſtantiae cauſa pro Edriſii Andalos haberi mallem, ſolum me fatigat, quod Shawio teſtante, iunior ſit Edriſio *a*). Forſan vocabulum *batir*, quo vtitur interpres Shawii, per *reſtaurare* explicandum.

Begiaia بجاية (p. 82) *b*). Infra occurrit *Begiaia Naſarie* النصرية Abulfeda بجاية Leo *Bugia*, autor libri Reiſe etc. *Bugie* l. Bougie, Shaw *Bouieiah* et ſec.

Dag. tum pergit ولها مرسي *et illi eſt portus*, alias diceret وهو مرسي; tandem tradit: *et ab vrbe Mers al Dag ad &c.* Cf. Excerptum ex Cod. Pariſ. ſupra.

z) p. 92. Jinnet, ait, d'où nos Marchands apportent beaucoup de bled en Europe, eſt à une lieuë au Nord-Eſt d'Yiſſer. C'eſt une petite Baye avec une aſſez bonne rade au devant et doit etre probablement le Mars el Dajaje ou *les Port de Paules* dont parle Edriſi. Verſ. germ. p. 54.

a) Andalouſe, ait p. 28, une petite ville, batie par une colonie de ces Maures Andalouſiens, qui firent chaſſer d'Eſpagne au commencement du ſiècle dernier (i. e. 1610. ſecundum I. DE MARIANA, quem idem excitauit).

b) Male DE MURR ad CARDONNE T. III. p. 35 haec notauit. "*Badſchia* . . . Ptolemaeus nennet ſie Vaga, Plutarch Baga, Leo Africanus Beggia, woraus der Name Bugie entſtanden iſt, den ihr die Franzoſen beylegen. Herbelot. pag. 169." — vid. infra Sect. II. p. V. vrbis *Baga* delineationem.

ſec. eund. Ptol. Σαλδαί Colon. p. 168. *Ab Andalos ad Begiaia 70 habentur miliaria, tum itinere maritimo, tum terreſtri.* — Abulfedae tempore prouinciam conſtituit, ad quam ipſa vrbs Algezaier pertinuit *c*). Hodie item prouincia eſt regni Algerienſis vti ex Marmolio, Dappero etc. ſcimus *d*). Etiam Edriſii tempore non vrbs tantum ſed prouincia vel regnum (Hammaditarum) ſi placet, fuit. Expreſſis quidem verbis id Noſter non prodit, at ex loco quodam colligi poteſt. Ait enim: aſportatur ex *ditione eius* etc. Ceterum vid. ſupra not. ad vrbem *Meſila.* Huius metropolis, quae eodem nomine venit, omni tempore fuit celebris. Abulfeda *e*) eam compellat metropolin occidentis mediae et Edriſius noſter amplam illius exhibet deſcriptionem, adeo vt, ſi cum recentioribus conferas, facile putes hanc vrbem ſplendorem veterem conſeruaſſe *f*).

Sita eſt vrbs Begiaia, iuxta mare, ad montem aqua perruptum g). *A parte ſeptentrionali alium habet montem ſublimem, aſcenſuque difficilem, qui Amaſiun vocatur* (امسيون).

Licet Abulfed. ſitum vrbis ad montem autoritate ſua non comprobet, luculenter tamen id faciunt Leo,

c) Vid. ſupra Algezaier verſus finem not. t.

d) Marmol. T. II. p. 413. de la Croix T. II. p. 100. Dapperus p. 265. &c.

e) pag. 18. وبجايه في قاعده الغرب الاوسط, i. e. et Begiaia occidentis mediae caput.

f) Multum differt Arvieux; vid. Tom. V. p. 199. vbi haec: Sie iſt beynahe verwüſtet. Ihre Häuſer ſind klein, niedrig, ſchlecht, übelgebauet, hin und her zerſtreuet, und es liegen Stücke Landes und kleine Gärten darzwiſchen. Mit einem Worte, dieſe *ſonſt ſo anſehnliche Stadt, iſt jetzo nur ein elendes Dorf &c.*

g) Sionita vertit: *ſuper extremitate ſita.* Legit ergo حرف Cur lectionem حزق quam Impr. habet reiecerit, non video, praeſertim quum ſenſum ſane meliorem exhibeat. جرف enim eſt: quod aquae fluxus aſportat, aut pars terrae ab aquae fluxu exeſa, tum perrupta et fiſſa.

Leo, Marmol, Shaw aliique *h*). Nomen montis vero ſolus Edriſius habet.

In his quae nunc ſequuntur, neminem equidem habeo quem cum Edriſio comparare poſſim; fidem tamen propterea Edriſio, terrae prouentus recenſenti, nemo ſanus derogabit.

Ad latera huius montis, ait, *producuntur variae varii generis plantae, admodum vtiles, vt medicina ex illis paretur. Huc nimirum pertinent arbores* al *Hadad* الحضض (ſuccus lycii); al *Skolukendurium* السقولوقندوريون; *Barbauis* البرباويس; *Kenturiun magnum* القنطوريون الكبير; *Zaravand* الزراوند *i*); *Koſtaran* القسطرن;

h) Leo p. 532 *Bugia*, . . . in coſta excelſiſſimi cuiusdam montis ad mare mediterraneum aedificata. Marmol. T. II. p. 415. . . ſur la pente d'une grande montagne, qui regarde la mer. Shawius p. 111. (verſ. germ. p. 41.) Comparat ſcilicet, quod ſitum et magnitudinem attinet, vrbem hanc cum *Dellys* (*Teddeles* Leonis). . . . monte jusqu' au haut de la montagne. Cf. Libr. Die Staaten &c. vbi p. 175: *Bugia*, ein ſtarker und volkreicher Seehafen, zwiſchen Gigery und Algier . . . *liegt abhängig an einem Hügel*, und hat einen bequemen Meerbuſen vor ſich. Adde Arvieux T. V. p. 199 qui idem tradit.

i) Quo minus locum noſtrum expediam feliciter, duo potiſſimum impediunt; vnum quod breuiator, omiſſis characteribus omnibus, nil niſi nomina ad nos retulerit; alterum, quod ego ipſe omnino hoſpes ſim in ſcientia botanica. Collegi tamen, quae potui, eaque nunc expromam; conſtruere autem nequeo. Itaque 1) Hadad a Golio ſub h. v. explicatur per *ſuccum lycii*. Apud Leonem p. 774 occurrit *Addad* radix et quae de illa habet, ita ſonant: "Herba eſt, eiusque radix adeo venenata, vt vnica eius aquae diſtillatae drachma hominem intra horae ſpatium necare poſſit, quod foeminis ipſis in Africa notiſſimum eſt." Terram quae gignit radicem hanc et Leo ſilentio praetermiſit. 2) *Al Skolukendurium*. Fortaſſis legendum السقولوقندوريون, explicandumque per *Scolikrockon* apud Apulejum de herbis 47 occurrens olim *Callitrichon* et *Scolopendrion*. Golius p. 103 emendationem textus ſua autoritate roborat, docens: "السقولوقندوريون i. q. حشيشة الطحال eſſe herbam ſpleneticam, ſplenium, Graecum Σκολοπένδριον Diosc. 3, 151." 3) *Barbaris* vertit Sionita, و in ر transmutato; nec male, ſi quid iudico; itaque forſan *Berberis* Linn.

القسطرن; *Aſſintin* الافسيتتين (Abſynthium) *aliaeque ra genus plantae.*

In officina, quae ibi aperta eſt, fabricantur naues longae, cymbae, nauigia veligera et carinae; lignum enim quo vtuntur, abunde exhibent valles et montes k). Aſportatur quoque ex ditione eius pix l) praeſtantiſſima, gypſum

Linn. 4) *Kenturium magnum.* Vocabulum الكبير ſigno puncti a vocabulo القنطوريون diuulſum eſt. Inepte, credo, planta enim ipſa eſt procul dubio *Centaureum magnum* Linn. 5) *Zaravand.* Sionita vertit: *Ariſtolochia;* ita quoque Golius explicat p. 1093. Alias crediderim eſſe mendoſum pro راوند *Rauand* de qua planta Souza p. 138 haec adnotauit: Ruibarbo, raiz medicinal, e bem conhecida Avic. Liv. II, cap. 7. faz, ou deduz eſte nome do Perſico ريوبر *rhabarbar,* que ſignifica, a meſma couſa. 6) *Koſtaran;* in verſione Sionita omiſit. Forſan κέςρον, ceſtrum betonica herba. Golius, quantum video, caret hoc vocabulo. 7) *Abſynthium.* Teſte Ebn Alvam miram ad vermes enecandos vim habet, veſtesque ab erodentium iniuria vindicat. vid. Casiri Bibl. I, p. 336.

In genere autores recentiores hortorum amoenitatem laudant. Cf. Reiſe &c. p. 78 vbi: Man trifft hier ſchöne Gärten an, die mit anmuthigen Bäumen, als Myrthen, Jasminen und dergleichen beſetzt ſind.

k) Huc vocare poſſes, quae apud Marmolium T. II. p. 415 occurrunt: Elle eſt, ait, environnée de vergers, particulierement du coſté du Levant et plus loin, de forets epaiſſes.

l) Pro الزفت leg. الزفت Eandem coniecturam habet Kurzmann ad h. l. et ad eam firmandam opportune ex Shawio p. 112 (verſ. germ. p. 42) obſeruauit, per ſingulas etiam nundinas a Mauris oleae et cerae copiam ad vrbem deuehi. Shawii verba haec: Eine groſse Menge *Oel und Wachs*, das alle Markttage von den Kabylen hieher gebracht wird, wird hier nach der Levante und zuweilen nach Europa eingeſchifft. Vocabulum المرقت, per *ceram* h. l. commode vertit. Occurrit haec ſignificatio e. g. apud Lokman, fab. XXIV. vbi verba Inſectae vocatae خنفغة (vocabulum, quod, vt obiter hoc moneam, neque per ſcarabaeum neque per araneam verti poteſt; commode autem per apem hypocritam, Drone, Heuchelbiene) لا يمكنني عمل المرقت لماذا الشمس عمل العسل ſic verto . . . in me non erat facere ceram (alii vertunt *picem*) cur mel facere conatus ſum.

gypſum m) *et bitumen* (pix liquida). *Reperiuntur porro ibi ferri boni fodinae*, quas inprimis Shawius l. c. celebrat et fontem diuitis mercatus eſſe affirmat.

Exercentur in hac vrbe, pergit Noſter, *omnes artes peregrinae ac venuſtae.* Artes in hac vrbe excultas fuiſſe non eſt dubium. Leo enim *n)* vna cum Marmolio *o)* hoc ſatis ſuperque demonſtrant, non ſolum de artibus in genere, imo de ſcientiis quoque verba facientes. Ciues habere vrbem hanc, ait Leo, ditiſſimos; diuitiarum autem filiae artes ſunt, id, quod saepius iam et ab aliis obſeruatum eſt.

Ab vrbe ad miliare occidentem verſus e monte vicino Gargara p) جرجرة, *excurrit fluuius magnus qui prope oſtium traiici nequit; quoniam tamen quo magis recedit a mari, eo ſterilior eſt aquis, poteſt quisquis quouis in loco eum peruadere.*

Oſtium huius fluminis iuxta vrbem Begiaiam eſſe, ſua auctoritate comprobauit Shawius *q)*. In eo autem

m) In libro quidem eſt الجود, ſed cenſeo legendum eſſe الجبس *gypſum.* Infra audiemus ab oppido Matuſa gypſum Begiaiam aſportari. vid. infra *Matuſa.*

n) p. 532. EDRISII dicta egregie firmat. Inter alia ibi leguntur: Innumeri artium profeſſores, quorum nonnulli ea quae ad legem pertinent, docent, alii diſciplinas profitentur naturales &c. Plateae autem fere aut deſcendunt aut aſcendunt, *quae res non paruam negotiatoribus* (EDRISIUS enim non ſolum de artibus, imo et de operariis nauium fabricatoribus loquitur) *adfert moleſtiam.* — p. 533. Ciues habet ditiſſimos, qui Hiſpaniae fines crebris indies moleſtiis vexare ſolent, idque triremibus ad hoc inſtructiſſimis &c. (et naues ab ipſis fabricari, ex EDRISIO diſcimus).

o) l. c. Les maiſons, ait, ſont bien baties. Il y a pluſieurs Mosquées et pluſieurs anciens colléges, où l'on enſeigne les ſciences.

p) Diſertam huius montis deſcriptionem exhibet SHAW (p. 97), qui *Jurjura* eum vocat. Eundem eſſe *Montem Ferratum* medii aeui, idem eſt autor.

q) p. 113. Dignus eſt locus SHAWII, qui totus legatur. — Autore TIMIM. fluuius Begiaiae *Vad el Cabir* (fluuius magnus) audit. ونهر بجاية الذي يسمي الوادي الكبير. Ita, ſed mendoſe credo, fluuium quoque DAPPER p. 264. compellat.

P.

autem corrigit noſtrum, fluminis huius fontem in monte Gargara collocantem, obſeruans, fluuium iſtum, quem Ptolemaeus Νασαύα compellat, compoſitum eſſe ex multis fluminibus. *Phaama* nimirum eſt fluuius qui ſaepiuscule nomine mutato, tandem iuxta montem Iuriura (Gargara) fluens, abſorbet fluuiolum ex iſto monte excurrentem, *Ma-berd* nomine, et tandem aſſumto nomine *Sum-mam* in mare ſeſe exonerat. (vid. infra.) (vid. *Koſantina.*)

Sed reuertamur. *Begiaia vrbs eſt quaſi centrum* (قطب) *inter complures terras.* Fidem verbis facit Edriſius, ad deſcriptionem vrbis huius annectens magnum oppidorum pagorumque numerum r). *Nam,* inquit, *ab vrbe Beg. ad*

Arbegian s) (p. 82) *eſt iter diei et quod excedit.*

Belzema t) (p. 82) *ab vrbe Beg. diſtat duabus ſtationibus et quod excedit.*

Satif سطيف (p. 82) [hod. ad Alg.] (Abulfeda سطيف, Leo *Steſa*, Marmol *Tezteza*, Gramaye *Diſteſe*, de la Croix *Steſe*, Shaw *Sateef* u), *Sitifis*, Σιτίφα κωλόνια Ptolem. 172).

Ab vrbe Begiaia ad Satif bidui eſt iter. Quae pag. 84 legimus haec ſunt: *Non longe a Begiaia,* ait, *ad*

r) A Begiaia ad vrbes Marakaſch et Telemſan 20 habentur ſtationes autore TÍMIM. Verba eius: من بجاية الي مراكش قمس بجاية الي مدينة تلمسان عشرون مرحلة.

s) *Arbegian* reddidit SIONITA, quo iure? neſcio; in libro eſt اربجان; conſon. tertia ſine punct. diacr.

t) *Belzema* diuinauit SIONITA; in libro eſt بلزمه; littera prima ſine puncto. KÜRZMANN habet بيزمه *Beizema*; ex emendatione, vt videtur, propria.

u) ABULFED. p. 20. LEO p. 535. MARMOL. T. II. p. 421. GRAMAYE p. 40. SHAW verſ. germ. p. 49; gall. p. 133. BRUCIUS T. I. verſ. p. 26. DE LA CROIX T. II. p. 103.

ad meridiem eſt arx Satif, diſtantque ab inuicem ſtationibus duabus. Conſentiunt Leo et Marmolius *v*), quorum vterque ſuo more diſtantiam Satif inter et Begiaiam emetitur et vnum vel alterum de hac, in planitie amoeniſſima ſita, vrbe memorant. Cod. Pariſ. *w*) fuſiorem arcis Satif deſcriptionem ex Edriſii opere integro his verbis confectam dedit: وحصن سطيف كثير القطن كثير الخلق كالمدينة وهو كثير المياه والشجر المثمر بضروب من الفواكه ومنها يحمل الجوز الكثير الي ساير البلاد وهو بالغ الطيبة i. e. *Arx Satif abundat goſſipio; et tanta eſt incolarum copia quanta alias in vrbibus eſſe ſolet; nec minus diuis eſt aquis arboribus frugiferis, et leguminibus praeſtantiſſimis; diſpenſat item reliquis regionibus nuces quae optimis accenſentur.* Abulfeda non de arce, ſed de vrbe Satif, nomum, multa oppida complectentem, habente, loquitur, fertilitatem eius in genere celebrat.

A Koſantina diſtat Satif 4 *ſtationibus* (pag. 84).

Prope Satif (ibid.) *eſt mons qui vocatur Aicagan* ايكجان, [Cod. Par. *x*) *Aicahan*] *quem familiae Cetamae* كتامة (Cod. Par. l. c. كتامة omittit; omittit et nonnulla horum quae iam ſequuntur) *incolunt inque quo arx eſt munitiſſima, et caſtellum firmiſſimum y*), *quod olim ſub themate filiorum Hamad fuit. Extremitates*

P 2 *eius*

v) Leo p. 535: Romanos, ait, aedificatores habuit; diſtat a Bugia meridiem verſus 60 paſſuum millibus. — Marmol. l. c. C'eſt une ancienne ville, ait, entre la montagne de la Abez et de Bugie dont elle eſt eloignée de vingt lieuës. Shawius vrbem hanc deuaſtatam offendit.

w) Vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 594.

x) Vid. Eichhorn l. c. p. 594. ſc. ايكحان.

y) Sionita vertit: *arx munitiſſima et confugium tutiſſimum.* In libro eſt ومعقل منيع: Nec Aicagan nec Halava montium veſtigium in Itinerariis deprehendi; Edrisii dictorum veritas autem iſta re nihil afficitur, procul enim dubio ad illos montes pertinent, quorum Satifa regio Shawio (v. germ. p. 48) teſtante plures habet.

eius attingunt ab occidente montem, qui vocatur Halava حلاوة, *diſtantem ab vrbe Begiaia ſtatione cum dimidia, atque ita factum, vt habitationes familiae Cetama adeo protenſae, confines fierent terrae Kol et Bonae z).* De his montibus autores mei tacent. In genere quidem de montibus, Satif circumiacentibus, loquitur Shaw pag. 149.

Bagaia باغاية (p. 82). *Bagaiam inter et Begiaiam iter 8 dierum a).*

Baſchner قلعة بشنر (p. 82). *Begiaiam inter et arcem Baſchner iter 5 dierum. Pertinet Baſchner* ſecundum Edriſium *ad dominium Beſcara b).*

Tiſaſch تيفاش (p. 82). *Begiaiam inter et Tiſaſch 6 habes ſtationes. A* (p. 84) *Kalema diſtat itinere duarum dierum grandium &c.* vid. infra *Abres.* Vix dubitabis Edriſii Tifaſch eſſe vrbem, quam Leo *Teſas c),* Marmolius *Tifex d),* Shawius *Tifeſch* nuncupant *e):*

Kalema

z) Vrbs et gens Catama occurrunt apud Abulfedam in *Annal. Moslem.* Tom. II. p. 312. Reiskii notam ad hunc locum (p. 741) adſcribere iuuat: "Geographus Nubienſis, Catama gentem facit et „in vicinia Bunae, vel Hipponis, Conſtantiae et Sitifae collocat. „Sed et vrbem fuiſſe patet ex Ortelii Theſauro Geographico voce „*Calama.* Sic nempe Oroſii codices habent: vitioſe. Rectum eſt „*Catama.*" Ceterum de nobili hac gente, ex qua Mahedi Abdalla originem ſuum traxit, vid. de Guignes *Hiſt. &c.* p. 365; vbi inter alia haec leguntur . . . tribu Katama, qui demeuroit en Mauritanie dans les montagnes, qui ſont aux environs de Phès. Differt quidem Reiskii nota; verum ex iis, quae ſupra (p. 176) ex Abulfeda adſcripſimus, apparet, tribum Catama in vicinia vrbis Feſae ſedes habuiſſe. Vid. Casiri Bibl. Tom. II. p. 193.

a) Pro ثمازية leg. ثمانية.

b) Leo, qui p. 621 de vrbe Peſcara (Edrisii Beſcara) loquitur, nullo verbo dicit ditionem vrbem hanc habere. Vid. infra p. 235 ſq.

c) p. 547. Ab Afris conditam fuiſſe Tefas Leo contendit; Marmolius autem Romanos autores vrbis facit.

d) Tom. II. p. 441. Marmol. et Leon. autoribus vrbs haec ad thema Tuneti regn. pertinet.

e) Shaw verſ. gall. p. 162. De ſitu eius et diſtantiis haec habet: Cette ville eſt ſituée dans une belle plaine (Leo: oppidum in

coſta

Kalema قالمة (p. 82). *Inter Begiaiam et Kalema iter 8 ſtationum.* Eſt forſan Gelmah (et ex pronuntiatione Turcarum Kalmah), locus, qui apud Shawium occurrit *f*). vid. infra *Abres; Kasrin; Tifaſch.*

Tebſa تبسة (p. 82). *Inter Begiaiam et Tebſam habes . . . dies g*). Nihil praeter nomen apud Edriſium conſeruatum eſt, licet *Tebſa*, vel ſi mauis *Tebeſſa*, inter vrbes celebriores numeranda ſit. Leo *h*) amplam illius exhibet deſcriptionem. Marmolius *i*) inprimis trium rerum laudem clara voce praedicat. Shawius effert *Tipſa*, *Tèfeſſa* et *Teſeſſad* vel *T'feſſad* et ex pronuntiatione Maurorum *Blaid el Madune*, ſub themate regni Algerienſis deſcribit *k*), et pro *Tipaſa* veterum habet.

colta cuiusdam montis ſitum) traverſée par un petit ruiſſeau; et je compte qu'elle eſt environnée à 6 lieuës au Sud-Eſt à Gelmah; à 8 au Nord-Eſt de Dahamam et à 19 à l'Eſt-Sud-Eſt de Conſtantine. Verſio germanica ex parte conciſior ex parte fuſior, ita ſonat: Hinter Munah iſt Tiffeſh, das Theveſte, Thebes, Thebae oder Thebeſtis der Alten. Dieſs iſt die einzige Stadt in dem Gebiete der Henneiſha, die ihren alten Namen behalten hat, ob ſie gleich ihre Mauren vor den Verwüſtungen der Araber nicht ſichern konnte. Sie iſt, wie die übrigen, in einer ſchönen Ebene an einem durchflieſsenden Bache, gelegen gewesen, und iſt 19 Seemeilen nach Oſtſüdoſten von Conſtantina entfernt.

f) p. 152. Gelmah, ait, ou Kalmah ſuivant la pronontiation des Turcs, grand unonceau de ruines. — Et paulo poſt; Gelmah eſt indubitablement la Calama ſi fort recherchée dans l'ancienne Géographie (CELLAR. ait; Situm certum huius vrbis demonſtrare non poſſumus), étant ſituée entre Hippo Regius et Conſtantine, mais plus près de cette derniere comme St. Auguſtin l'a remarqué. Verſ. germ. p. 59. Sed vid. not. praeced. z.

g) In libro eſt ايام, numerus dierum autem deeſt; ſubſidiis deſtitutus lacunam explere nequeo.

h) p. 547 ſqq. eam diſtare a mari medit. merid. verſ. 200 fere mil. ait.

i) Tom. II. p. 442. Trois choſes rendent Tebeſſa conſiderable par deſſus les autres places de la Barbarie, les murs, les noix et les fontaines; tout le reſte n'en vaut rien. Diſtare eam ait a mari 55 miliaribus.

k) p. 164. verſ. gall. et germ. p. 21 et p. 60.

Dur Madin دور مدين (p. 82). *Dur Madin inter et Begiaiam iter* 10 *ſtationum.* vid. infra *Abres; Kol; Kasrin.*

Kasrin القصرين (p. 83). *Inter Begiaiam et Kasrin ſpatium* 6 *dierum l); trium inter Kasrin et Kalema;* 6 *dierum inter Kasrin et Dur Madin.*

Hactenus diſtantiam Begiaiae a ceteris locis menſurauit Edriſius; nunc itinera ſuſcipit. Iter itaque ad quod ſe accingit eſt a Begiaia ad Kalaa, quod absque dubio Kalaa eſt, quod ſupra depinximus. *Via, quae ad illam ducit eſt eiusmodi. Egredienti ex vrbe Begiaia primum tibi obuium eſt:*

Madik vel Madif m) (p. 83); *inde peruenies ad*

Suk al ahad سوق الاحد (p. 83). Sionita explicat per *nundinas diei dominicae.* — Procul dubio eſt emporium, ad quod populus confluxit, et ſi, de quo vix dubitandum, appellatiue vertere licet nomen in aliam linguam, veroſimile videtur, die ſolis iſtum confluxum locum habuiſſe. In ſequentibus plura eiusmodi emporia occurrunt (res enim in Orientis regionibus ſolennis), ex quibus, ſi nomina appellatiue explicanda ſunt, colligere licet, fuiſſe loca quaedam ad quae, die quodam hebdomadis definito, ex confiniis confluebant homines, et quae ad vitam communem neceſſaria videbantur, ſibi parabant, perinde ac noſtri homines nundinas, ſeptimanae die quodam praeſtituto (*Wochenmärkte* vocant), frequentant. *Suk al ahad* quoque occurrit in Edriſii opere p. 198

l) Eſt *Kiſſer* Bruçii? p. 30 vel Caſſareen? p. 32. Shaw p. 261. verſ. gall. Aſt vid. paullo poſt: *Kasr.*

m) In libro eſt المضيق, litera vltima ſine punctis diacriticis, Sionita reddidit *Almadhiac*, et in margine explicat per locum anguſtum.

p. 198 verſ. lat.; procul dubio ſenſu eodem *n*). Interrogare tamen licet num vrbs vel oppidum fuerit talis locus an ſolus ac merus conueniendi locus. Poſterius fere crediderim, alias enim putarem non ſolum hoc nomen habiturum fuiſſe locum iſtum. Verum enim vero, quum ſupra adfuit *Ceznaie*, emporium (سوق) nonne inde ſequitur, nomen *Ahad* et quae in ſequentibus occurrunt nomina, dies hebdomadis quosdam ſignificantia, pro nominibus propriis habenda eſſe? Vix putem. (vid. paullo poſt: *Suk al Chamis; Suk al atſnin.*) Poiret I, 74. 76, de loco quodam *Souk* loquitur; ſed neſcio an comparatio inſtitui poteſt. *Tum ad*

Vahat وادي وهت (p. 83) *torrentem*, (vel *vallem*, vti Sionita reddit) — *tum ad*

Ticlat تيكلات (p. 83) *arcem* — *hinc ad*

Taderkat تادرقت (p. 83) *ad*

Suk al Chamis سوق الخميس (p. 83) i. e. *nundinas diei Iouis;* vid ea, quae paullo ante ad Suk al ahad a nobis obſeruata ſunt. — *Ad*

Bacer حصن بكر (p. 83) *arcem, et ibi eſt ſtatio* (*vel diuerſorium* المنزل). *Ab arce Bacer ad*

Vareſu وارقو (p. 83) *arcem, quae etiam*, Edriſio autore رافوا (*Raſua*) *audit; tum ad*

P 4 *Kasr*

n) Opportune, ad hunc locum Lempriere p. 28 ita ſcribit: Zu ihren Märkten haben ſie Plätze beſtimmt, wohin ſie zu Pferde in wenigen Stunden kommen können. Die benachbarten Araber bringen *einmal in der Wochen* ihr Geflügel, Vieh &c. dahin, um es abzuſetzen. Vid. Leonem p. 545. vel infra v. *Buna;* vbi nundinae diei Veneris occurrunt. — Vocabulum سوق eiusque vſus ad hodiernum vsque diem ſuperſunt in lingua Luſitanorum. Audi, quaeſo, Sousa ita ſcribentem ſub voce: *Açougue* (vocab. Luſit. reſpondens السوق). Praça, ou lugar, onde ſe vendem comeſtiveis: os Arabes (addit) naõ ſó daõ eſte nome ao lugar onde ſe vende a carne; mas tambem o peixe, fruta, hortalice, e mais couſas. Os Caſtelhanos o pronunciaõ ſem corrupçaõ *aſſoco*.

Kasr القصر (p. 83) quod appellatiue intelligi vult Edriſius, addens وهو ايضا قرية ita vt latine redditum ita ſonet: *tum ad arcem, cui quoque adiacet oppidum*, vel: *tum ad Kasr (arx), quae oppidum quoque eſt.* — *Huc ſi perueneris* (pergit) *deſeres flumen Begiaiae ab occidente et ad meridiem iter flectes.* Ex hac ſola obſeruatione ſitus locorum, quorum nomina modo exhibuimus, manifeſtus eſt, licet autores, quos ad manus habeo, omnino de illis locis taceant. Apud Leonem quidem occurrit vltimi loci nomen, cuius tamen deſcriptio vix admittit comparationem cum noſtro loco o). Forſan eſt *Kiſſer* Brucii (T. I. p. 31).

Primus itaque locus qui occurrit in via, ab Edriſio *indicata*, *eſt*

Hadid الحديد (p. 83) [ad Alg.] *arx, quam ſtatione vna abſoluta ingredieris.* Shawius de capite Hadeed (Hadid حديد) loquitur, quod in mappis noſtris Cap ferro audit p). — *Tum ad*

Schara الشعرا (p. 83); procul dubio eſt portus Gigel, de quo infra pluribus; — *tum ad*

Arces Taracos q) (p. 83) — *tum ad*

Tavart تاورت (p. 83). *A Tavart ad*

Bab الباب (p. 83) [ad Alg.]. *Bab autem ſunt montes, per quos tranſit flumen Melah* الوادي المالح r) (*imo ex quibus proſilit*). Shawius eſt ſolus, qui huic loco lumen accendit. Flumen ſalſum, vel Wed el Mailah,

o) pag. 595. p) Verſ. gall. p. 117. germ. p. 44.

q) Sionita vertit ad arces nationis Tarakos. In libro eſt الي قصور وفي تراكس, neſcio an conſonantes تراكس non eodem iure reddere poſſes Baracos, Naracos &c. Quae verior ſit lectio arbitrio lectoris permittamus; prima enim litera punctis caret.

r) Flumen *Melah* i. e. ſalſum. De huius nominis origine, Vid. Marmol. Tom. II. p. 430.

Mailah, ſi cum Shawio *s*), ſonum arabicum imitante, loquaris, illabitur in flumen Begiaiae quod Edriſius vocat. Montes, de quibus hic ſermo eſt, vocat idem Shawius montes Beeban. Marmolius obiter quaſi *t*) de monte Baba loquitur. — *Hinc ad*

Sakajef السقايف (non: السكيف) (p. 83) *arcem* — Sionita pro more ſuo explicat per *laquearia;* — *tum ad*

Natur الناطور (pag. 83) *arcem* (i. e. *Cuſtodis*, Sionita.) — *ad*

Suk al chamis سوق الخميس (p. 83) procul dubio idem, quod ſupra iam adfuit. Forte hac de cauſa a Kurzmanno praetermiſſum fuit. *Ibi eſt diuerſorium*, addit Edriſius; — *tum ad*

Suk al atſnin سوق الاثنين *u*) (i. e. nundinas diei Lunae) (p. 83) *hic quoque ſtatio vel diuerſorium;* — *tum ad*

Tafelcajet تافلكايت (non: تافلكيت) (p. 83) *arcem munitam v*); *hinc ad*

Tazeca تازكا (p. 83); *tum ad*

Attia قصر عطية (p. 83); *arcem w*) *tum ad*

P 5 *Kalaa*

s) Shaw p. 127. imprimis vero p. 113 ſq. Verſ. germ. p. 48 de Biban loquitur.

t) Tom. II, p. 261. coll. II, p. 430.

u) Liceat hac vice pro omnibus monere, Sionitam ſemper literam Arab. ث per th latinorum, quod eſſet ϑ graecorum, reddere, id quod autem falſum.

v) Ita verti, nec ſine iure, vti ſpero. Sionita, neſcio quo fundamento, vertit: hinc ad arcem Tafelcaiet, ad arcem Tazeca &c. In libro eſt الي حصن تافلكايت وهو حصن الي تازكا. Non putem illum legiſſe الي حصن تافلكايت الي حصن تازكا.

w) De tribu *Attyab* loquitur Shaw p. 116. cf. idem p. 134. verſ. gall. at germ. p. 43.

Kalaa القلعة (p. 83) i. e. *arcem, ſtationis ſpatium x)*. Vid. ſupra

Tobna طبنة (p. 83) [Ptolemaeus Θαβουα, Hirtius (p. 269. ed. Bipont.) *Thabena*. Abulfeda, طبنة *Tina*, ex lectione autem Codicis Pariſienſis veriori et Reiskii verſione طبنة Tobna *y*); Shaw, *Tubnah*, et in epigrammate quodam ab ipſo laudato طبن *Tubn z*)] *vrbs ſub ditione Zab; diſtat ab vrbe Meſila 2; ab vrbe Begiaia 6 ſtationibus.* Abulfeda autore *a*) Tobna abeſt ab vrbe Meſila 24 paraſangarum interuallo. De vrbe Begiaia ſupra egimus; de diſtantia autem h. l. notata monendum Edriſium ſibi non conſtare. Paullo enim ante i. e. initio p. 83 verſ. lat. *inter Tobna et Begiaia eſſe intercapedinem 7 ſtationum*, aſſeuerat. Equidem ſane non habeo dicere, qui numerus alteri ſit praeferendus, quum mappis inprimis haud tuta ſatis vbique fides haberi poſſit; nec iudex ſedere audeo, num forſan h. l. pro بجاية legendum ſit, باغاية *Bagaia* (non باغاي, *Bagai*; Bagai enim, vt paullo poſt audiemus, ab vrbe Tobna diſtat 4 ſtationibus) de quo loco ſupra p. 228 verba fecimus. Aliam coniecturam, vel ſi mauis, emendationem neceſſariam, vide paullo poſt. Haec ad verba Edriſii, quae Epitomator nobiscum communicauit.

x) Quidnam in cauſa fuit, vt EDRISIUS omnium horum locorum diſtantias notare omitteret, neſcio. Senſus forſan, a monte Bab ad vsque Kalaa eſſe ſtationis interuallum; et haec arces viator in itinere obuias habet.

y) Vid. quae notauimus in EICHHORN Bibl. l. c. p. 587.

z) Vid. SHAW p. 141. verſ. gall. et germ. p. 51. Epigramma, cuius mentionem fecimus, mentem Arabum, theſauros aſſidue ſomniantium, ſatis declarat. Ita ſonat:

مال طبن تحت ضل اضو لاه	i. e. Tobnae opes latent ſub vmbra obumbrati
احفر وبسه لا تكن طمع	Refodi eas — ſed eheu! adeſſe deſierunt.

a) ABULFEDA p. 19.

cauit. — Ex Codice Pariſienſi Edriſio reſtituere poſſumus, quae Abbreuiator neglexit. "Citatum enim ibi integrum ita ſeſe habet *b*): قال الادريسي في نزهة المشتاق وطبنه مدينه الزاب وهي مدينه حسنه كثيره المياه والبساتين الزرع من القطن والحنطه والشعير وعليها سور من التراب واهلها اخلاط والثمر بها كثير وساير الفواكه كذلك وبينها وبين المسيله مرحلتان ومن طبنه الي بجايه ست مراحل i. e. *vrbs Tobna, teſte Edriſio, ſub ditione Zab; vrbs eſt venuſta, diues aquis c) hortis, ſatis, goſſipio, tritico ac hordeo. Cingitur muro terreo. Incolae ſunt miſcella turba. Fructuum matureſcentium ibi abundantia, nec minus varii generis leguminum copia d). ' Inter eam et Meſilam duarum ſtationum intercapedo; 6 autem ſtationibus ab vrbe Begiath diſtat.* Cod. ergo Pariſ. quoque habet ست مراحل; quare colligerim, ſupra pro سبع *ſeptem* legendum ست *ſex*.

Zab, id quod ex Abulfeda, Leone, Shawio etc. compertum habemus, magnus eſt nomus; ac teſte Jacutio ad Terram Barbara pertinet *e*). Shawio grauanti, quod Abulfeda (et ante eum Edriſius) vrbem Tobna Terrae Zab adſcripſerit, vtpote quae a Terra

b) Vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 588.

c) Bene; Shawio enim teſte ſita eſt vrbs Tubna . . . in einer ſchönen Ebene zwiſchen den Flüſſen *Barikab* und *Bu-maznſe*.

d) Ad verbum fere conuenit Abulfedae deſcriptio, quae l. c. ita ſeſe habet: وطبنه مدينه عظيمه كثيره المياه والبساتين والاهل والزرع واكثر زرعهم سقي واكثر غلاتهم القطن i. e. vrbs Tobna magna, diues aquis, hortis, incolis, et ſatis affluentiſſime rigatis, et maximo goſſipii prouentu. Reiskius, dum p. 213 vertit: *ſata debent ipſi plerumque rigari defectu pluuiae*, neſcio, an mentem Abulfedae bene perceperit.

e) Abulfeda l. c. haec habet: في المشترك الزاب كوره ونهر جرار ببلاد المغرب i. e. In Moſchthareco Zab nomus magnus et fluuius ſonorus in Terra occidentali. Idem fere Mſſ. Jacuti كورة ونهر في بلاد البربر i. e. regio et fluuius in Magrab et quidem in terra Barbara. Cf. Shaw verſ. germ. p. 61. Leo 621.

Terra Zab montibus et vallibus ſeparata ſit, reſpondit Otterus et, quantum equidem intelligo, Edriſii cauſam bene egit. Exempla ſane non deſunt, quibus, modo eſſet opus, comprobari poſſet, vrbem, imo regionem, natura ipſa ab alia terra vel regione diuulſa, ad eandem tamen pertinere. Sed iam manus victas dediſſe videtur Shawius; in editione enim operis ſecunda iſta reprehenſio non legitur, licet vrbem noſtram non in deſcriptione Zabi regionis, ſed longe antea memoret *f*). Leo de regione *Zab*, vel vt ipſe effert, *Zeb*, in Numidiae deſerto poſita, verba faciens, quinque oppida, *Peſcara* (Edriſii Beſcara), Bargi vel Borgi, Nefra, Teclaca, et Deuſen, plures vero pagos, ſub eius themate eſſe tradit. In catalogo, quem de oppidis his exhibet, Tobna vrbs, vt vidimus, deſideratur; nec Marmolius eam nouit, caput regionis Mezeb tradens; vnde recentiores, vti Dapper, de la Croix, ad verbum Leonem ſecuti, eam neceſſario obticent *g*).

Vrbis huius ruinas hodie vix conſpicere licet *h*). Vid. *Mokra*, *Dar Malul*, *Bagai*.

Iam diſtantias metitur Edriſius; ita ſeſe habet eius menſura:

Mokra مقرة (p. 8?). *A Tobna ad Mokra habes ſtationem vnam.* Cf. Abulfeda Annal. Moslem. T. II. p. 594. Forte *Boo Muggar* Shawii ſitus ſaltem in ſepten-

f) Shawii verba p. 141. verſ. gall. ad primam editionem compoſitae, haec: Je penſe, qu' Abulfeda n'a pas eu raiſon de placer Tabnah entre les villes de Zaab, puisqu'elle eſt ſeparée par un bon nombre de montagnes et de vallées. Otteri caſtigationem vid. in Mem. de l'Acad. des Inſcript. Tom. XXI. p. 130.

g) Vid. Leo pag. 621. Marmol Tom. II. pag. 534. de la Croix Tom. II. p. 317.

h) Shaw verſ. germ. p. 51. Die wenigen Ueberbleibſel davon ſind ſo ſehr in Sand und Schutt begraben, daſs es ſchwer ſeyn wird, ihre vorige Gröſse zu beſtimmen.

ſeptentrione et occidente vrbis Tobnae admittit hanc coniecturam *i*).

Bagai باغاي (p. 83). *A Tobna ad Bagai* 4 *habentur ſtationes.* Supra (p. 129) adfuit باغاية; num باغاي idem locus, non liquet. Fere tamen crediderim. Num autem باغاي vel باغاية verior ſit ſcriptura, me quidem fugit. Shawius deſcribit *k*) ruinas vrbis, *Ba-gai* nomine, in confinio montis Auras, ad flumen eiusdem nominis ſitae, olim memorabilis. Procul dubio eſt Edriſii باغاي. Vrbs quaedam Africae, باغة *Baga* nomine, venit apud Caſiri, Bibl. T. II. p. 105 forte eadem. Caſiri nomen arabicum latine reddidit *Biga*. Vid. paullo poſt, *Baai*.

Dar Malul دار ملول (p. 83); *a Tobna orientem verſus ad Dar Malul, ſtationem habes grandem;* 3 *autem ſtationes a Dar Malul ad Kalaa* vid. *Nekaus.*

Nekaus نقاوس (p. 83) (Shaw *Nik-howſe,* et *Nic-kuſe;* Turcae, eodem teſtante Ben-cuſe efferunt; Leo *Necaus*). *Dar Malul inter et vrbem Nekaus, interuallum eſt trium ſtationum. Ab vrbe Nekaus ad Almaſila* (Meſila), *habes* 4 *ſtationes ſecundum alios vero,* obſeruante Edriſio, 3 *tantum. Vna ſtatione diſtat a monte Auras.* Plura ſi cupis de hac vrbe praeterquam nomen, quod fere ſolum ex Edriſio patet, Leonem *l*), Marmolium *m*) et qui illos ſunt ſecuti Dapperum, de la Croix etc. adeas. Omnes vt amoeniſſimam Bugiae vrbem depingunt. Leo illius diſtantiam

i) Vid. Shaw verſ. gall. p. 142. germ. p. 52. vbi haec: *Bu Muggar* ein fruchtbarer kleiner Strich, der einige Spuren von alten Gebäuden hat.

k) p. 164. De flumine Ba-gai vid. p. 154. verſ. gall. at germ. p. 53. In mappa D'Anvillii flumen hoc *Abiga* audit; quo ſub nomine latere videtur nomen *al-Bagai.* Cf. *Handbuch* p. 147.

l) pag. 536.

m) Tom. II. p. 422. Dapper p. 270. de la Croix Tom. II. p. 103.

ſtantiam a Stefa metitur. — Sed nouiſſimis temporibus gloria iſta tranſiiſſe videtur *n*). Vid. *Beſcara.*

Beſcara بسكرة (p. 83) Timim. بِسْكَرَة *Baſcarha*; Abulfeda بِسْكَرَة; Leo et Dapper *Peſcara*; Herbel. *Baſcarah*; de la Croix *Biſcare*; Shaw *Biſcara*. *A Nekaus ad arcem Beſcara duas habes ſtationes o*). Licet hic nominetur arx, tamen eſt idem locus, qui ſub nomine vrbis notus eſt. Ibn Said apud Abulfedam eam vrbem primariam eſſe regionis Zab contendit, quocum Shawius *p*) conſentit. Idem quoque refert Timim. Zab eſſe partem Belad al gerid (vid. infra). Secundum eundem a Tuzar diſtat Beſcara 4 ſtationibus. Plura dabit Leo *q*).

Naus r) (p. 83). *Arx, diſtat a Beſcara 3 ſtationibus; ſita eſt ad imam radicem montis Auras; et hinc ad vrbem Meſila ſtationes habemus quatuor.*

Auras

n) Shaw p. 142. Nikhowſe eſt ſituée, ait, dans une plaine de tous côtés environnée de montagnes &c. — Paucis interiectis pergit: On trouve ici les veſtiges d'une grande ville. . . . La ville de Nikhowſe eſt fameuſe parce qu' elle ſe glorifie d'avoir chez elle les tombeaux des ſept Dormeurs, que les habitans ſoutiennent fermement avoir éte bons Muſulmans &c. Vana gloria, quae reſtat! cf. eiusdem verſ. germ. p. 52.

o) Idem habet Timim. verba eius: وبالقرب من مدينة بسكرة مدينة صغيرة تسمي نقاوس وبينها وبينها مرحلتان i. e. In confinio vrbis *Baſcarha* ſita eſt vrbs parua, nomine *Nekaus*. Diſtant ab inuicem ſpatio duarum ſtationum.

p) Abulfeda p. 19; et Shaw p. 167. Verba eius: Biscara çapitale de Zaab; il y a une garniſon Turque. Vid. verſ. germ. p. 61.

q) p. 621. de conditoribus, terrae bonis &c. diſerte agit. Dapper p. 314. De regione Zab breuiter ſed pulchre egit Brunsius, vrbem Peſcare bene cum Veſcerita Ptolemaei conferens. Vid. *Handbuch* p. 147. Cf. de la Croix II, p. 317.

r) Ita Sionita. In libro eſt ناوس, prima littera ſine puncto. Nusquam veſtigium arcis huius deprehendi. In Leone ac Marmolio

Auras اوراس, (p. 83) *mons. A Dar Malul diſtat ſtationis interuallo et quod excedit. Ferunt, hunc montem partem eſſe Atlantis occidentalis, cumque eo cohaerere.* Leo pronuntiat *Auraz s)*, Marmol *Auraz* vel *Riega t)*, Shaw Jibbel (mons) *Aureſs* vel ex pronuntiatione Turcarum *Eures* (Αὔδον Ptolem. p. 174). Obſeruat idem vir doctiſſimus *montem Auraſium* medii aeui et montem *Audum* Ptolemaei vnum eſſe eundemque montem; praeterea quod nullus ante eum, quantum memini, obſeruauit, non vnicum montem eſſe, ſed ſeriem longam montium. Idem poſt Shawium obſeruat Brucius *u)*.

Mila ميلة (pag. 83) (Timimaei pronuntiari iubet مِيلَه; *Milaha;* Leo *Mela;* Shaw, *Meelah*, i. *Milah*) *urbs, ſita ab oriente Kalaa filiorum Hamad, a qua etiam 4 ſtationibus diſtat. Ab vrbe hac orientem verſus ad vrbem Koſantina interuallum 18 miliarium* (vid. paullo poſt Koſantina, not. x). *Mons inter ambas deprehenditur, qui eas quaſi coniungit et per quem via patet ab vna ad alteram.* (vid ibid.) Cod. Pariſ. diſtantiam inter Milà et Koſantina quoque notat; omittit vero vocabula في الشرق; pro ميلة ter habet مسيلة procul dubio mendoſe; et pro قسنطينة ſemper effert قسطينة *Koſtina.* Addit quoque lineam, quae ex Impreſſo

vbi limites montis Auras finiunt, legitur eum in ſeptentrione regionibus Meſilae, Stefae, Nicaus atque Conſtantinae terminari; nihil autem de arce Naus. Quodſi locorum diſtantia non obſtaret, primamque literam Nun eſſe conſtaret, putare poſſes ق (Kaf) Nun inter et Elif omiſſum fuiſſe, ita vt reſcribi deberet Nekaus نقاوس.

s) p. 591. de altiſſimo hoc ac frequentiſſimo monte loquitur.

t) Tom. II. p. 430. Diſtantiam eius a Bugie, Coſantina &c. ad modum LEONIS emetitur.

u) SHAW p. 144. . . . Il vient après les montagnes des Hirkaat et eſt au Sud de Conſtantine. Vid. verſ. germ. p. 52 ſq. BRUC. Tom. I. verſ. p. 26.

Impreſſo exulat, cuius ſumma haec: ومدينة مسيلة (leg. ميلة) حسنة كثيرة الاشجار والثمار ومياتها عذبة i. e. *vrbs Mila pulchra eſt, abundat arboribus et palmis. Aqua ibi dulcis eſt.* Quae vltima verba fontem forte ſpectant de quo Leo breuiter ita ſcribit: Eſt hic in foro fons quidam limpidiſſimus. Concinit Shawius, qui hortorum quoque et prouentuum copiam celebrat *v)*.

Koſantina قسنطينة الهوى *w)* (p. 83 et 84) (Abulfeda effert قسنطينة, vti Cod. Par. excerptum ex Edriſii opere exhibens; vid. paullo ante; Timimaei ſcribit القسنطينة *Koſtantina magna*; in Bibl. Caſiri T. II. p. 239 et 242 قسنطينة; Leo, Shaw, alii, efferunt *Conſtantina* et Mauri teſte Autore libri die Staaten *Cuſſantina*, vel, vti Marmolius ſcribit, *Cucuntina*, pronuntiant). *Ab vrbe Mila*, vt paullo ante

v) SHAW verſ. gall: p. 131. germ. p. 59. vbi ita: Fünf Seemeilen, oder nach dem Antoniſchen Reiſebuche 25 Meilen nach Nordweſten von Conſtantina, iſt die Stadt *Milah*, das *Milevum*, oder *Milen* der Alten, mitten unter angenehm abwechſelnden Bergen und Thälern. *Es iſt mit Gärten umgeben, und mit Waſſerquellen reichlich verſehen;* eine davon quillt *in der Mitte der Stadt* hervor, und fällt unmittelbar in ein groſses viereckiges Becken von römiſcher Arbeit. Conſtantina wird hauptſächlich von dieſem Orte mit *Kräutern und Früchten* verſehen. Die Granatäpfel daher ſind insbeſondere von einer ſo anſehnlichen Gröſse, und haben dabey eine ſo leckerhafte Miſchung von Sauer und Süſse, daſs ſie überall in dem ganzen Königreiche in groſser Achtung ſind. Leo und Marmol bezeugen gleichfalls die Güte der Aepfel, um ſo viel mehr, da es ihnen beliebt hat, ſelbſt den Namen der Stadt von *dieſer* (?) Frucht abzuleiten. Verba LEONIS pag. 544 haec: Maxima hic eſt non *fructuum* modo, vnde deductum nomen *putant*, verum et carnium frugumque copia. Adde his MARMOL. Tom. II. p. 25. DAPPER p. 271. DE LA CROIX II, 119. qui inter alia: et au milieu de la ville il y a une fontaine.

w) Cognomen apud Noſtrum habet الهوى; SIONITA explicat per *ventum*; male, ſi quid iudico. Ex mea enim ſententia reſpicit cognomen hoc vrbis ſitum; tum et commodius, forte et verius vertas *decliuis*. Et KURZMANN ad h. l. ab *acclinitate* dictum putat الهوى. Idem cognomen vrbi Koſtantina impoſuit TIMIMAEI [illegible]

ante vidimus, *orientem verſus ſpatio 18 miliarium diremta eſt x). Mons inter ambas deprehenditur y) qui eas quaſi coniungit, et per quem via patet ab vna ad alteram*; imo, ſi Leonem audias z) Coſſantina cincta quaſi eſt montibus; et autore Shawio *a)* maximam partem ſuper monte, qui inſtar promontorii habetur, exſtructa eſt vrbs ipſa; Brucius tandem *b)* de eius ſitu verba faciens, ad abyſſum horribilem, praecipitem ac triſtem eſſe aedificatam contendit. Quae omnia ſatis et Edriſii vocabulum الهوي (vid. not. w) eiusdemque, huius vrbis delineationem ex Cod. Par. excerptam, quam iam exhibemus, bene firmiterque tuentur. — Cod. nimirum Par. ſupplet, quae ab Epitomatore praetermiſſa ſunt, additque quae ſequuntur: قال في نزهة المشتاق وقسنطينة عامرة وبها اسواق وتجارات والحنطة تقيم في مطاميرها مايه سنه لا تفسد وهي علي قطعه جبل منقطع مرتفع فيه بعض استداره لا يتوصل اليه

x) Leo p. 544: *Mela* oppidum a Romanis in *duodecimo* a Conſtantina miliario exſtructum. Secundum Dapper p. 271. a Conſtantina 3 miliaribus paruis diſtat. de la Croix II, 119. habet: dont (Conſtantine) elle (Mele ou Mile) n'eſt éloignée que de trois lieuës. Shaw vid. not. praeced. *v.* Diſtantiam eius ab vrbe Begiaia notat Timimaei Mſſ. et ad quatuor ſtationes accedere innuit.

y) Huius montis Cod. Pariſ. (vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 593) quoque mentionem facit. Habet enim: (leg. ميلة) وبين مسيلة وقسطينة جبل متصل Impreſſ. offert ويصل بينهما جبل ſed addit quaedam, quae deſunt in Cod. Par.

z) Leo p. 539 ita refert: In monte quodam altiſſimo ea facie poſita eſt, quae meridiem reſpicit. Rupibus altiſſimis cingitur &c. Add. Marmol. T. II. p. 438. Dapper p. 268 ſq. de la Croix T. II. p. 113.

a) Shaw verſ. gall. p. 156. germ. p. 56. Ante omnia in ſitum et ambitum maximum vrbis *Cirta* inquirit, deinde diſquiſitioni huic addit: Allein die gegenwärtige Stadt iſt lange nicht ſo groſs, indem ſie ganz allein in das Vorgebürge eingeſchloſſen iſt.

b) Vid. Burch Itin. T. I. p. 25. verſ. germ.

c) المدينة الا من جهة بابه من قربها ليس بكبيرة السعة i. e. *Koſtinah locus eſt habitatus, emporeticus, mercibusque abundans d): Repoſitoria habet ſubterranea* [Mattamoren e) vocant] *in quibus frumentum reconditur, quod ſine vlla corruptione ad centum annos ibi aſſeruari poteſt. Sita eſt vrbs haec ad ſegmentum montis abruptum excelſumque* (vid. paullo ante textum et notas t. u. x), *quod eam ex parte ambit. Interea tamen eam non attingit, niſi ex parte portae eius vicinae, verum non maxima amplitudine. Vrbem hanc* pergit Edriſius, typis exſcriptus, *circumit fluuius ac circumdat eam omni ex parte veluti.*

c) Vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 592. Ad verba excerpti ex Cod. Pariſ. vltima, cf. infra not. g. verba Epitomatoris. Paullo ante Epitomator haec excerpſit: وهذه المدينة اعني القسنطينة يحيط بها الوادي من جميع جهاتها كالعقد مستدير ابها Cod. Par. poſt verba ſupra adpoſita بكبير السعة ita pergit: ويحيط بقسطينة الواد من جميع جهاتها. Mentem Edrisii hic procul dubio habemus, non autem verba eius ipſiſſima.

d) Tempore Leonis qnoque ob mercaturam vrbs haec adhuc claruit. Audi, quaeſo, quae p. 539 habet: Mercatorum quoque maxima hic eſt affluentia, quorum alii pannum atque lanam venalia habent, alii oleum atque ſericum ad Numidas mittunt, telam aliaque quamplurima dactylis et mancipiis commutant. Idem p. 543. Incolae bis in anno maximam in Numidiam ſolent mittere mercium copiam: et quoniam iter a latronibus Arabibus non admodum ſecurum ſciunt, Turcas quosdam ſclopetarios grandi pecunia conductos ſecum ducunt. Tunetum proficiſcentes nullum omnino tributum perſoluunt &c.

e) De his foueis ſubterraneis iam Plinius L. 18. c. 30. ſcribit. Verba eius: Vtiliſſime ſeruantur (frumenta) in ſcrobibus, quos *Siros* (Σειρὲς Var. L. I. c. 57.) vocant, vt in Cappadocia et in Thracia. In Hiſpania et *Africa*, ante omnia, vt ſicco ſolo fiant, curant: mox vt palea ſubſternatur. . . . Ita frumenta, ſi nullus ſpiritus penetret, certum eſt, nihil maleficum naſci. Idem refert Hirtius bell. afr. cap. 57. Eſt in Africa conſuetudo incolarum, vt in agris et in omnibus fere villis, ſub terra ſpecus, condendi frumenti gratia clam habeant; atque id propter bella maxime, hoſtiumque ſubitum aduentum praeparent. Cf. Shaw p. 125. verſ. germ. vbi: Wenn das Getraide geſichtet iſt, ſo thun ſie es in *Mattamoren* oder unterirrdiſche Gewölber &c. Add. Autor libri Die Staaten &c. p. 531 ſq. et inprimis Hoest. p. 129.

veluti vinculum, ſeu annulus. Fluuius iſte deſcendit e parte meridionali, alluit vrbem primo a latere occidentali, tum flectit ſe orientem verſus et, circumita vrbe, deſerit eam, ſeptentrionem verſus tendens, donec ſe in mare exoneret, ad latus occidentale fluminis Sohar صهر. De fonte et oſtio fluuii Sohar, in ſeptentrione Koſantinae vid. Shaw (p. 116 verſ. gall.) qui *Zhoore* eum compellat.

Pulchre cum Edriſio conſpirant Abulfeda, Leo et qui eum nunquam deſerit, Marmolius, vna cum illis, qui hos ſunt ſecuti, Dappero, de la Croix etc. *f*) modo vnum vel alterum addunt inque eo Edriſium illuſtrant. Fluuius nimirum *Suſegemare* nomine, vna cum rupibus vtrinque poſitis, vti Leo loquitur, Conſtantinae *ceu foſſam quandam praebet.* De vario huius fluuii flexu Shaw ll. cc. quoque loquitur.

Non eſt vrbi intra illam murus altior ſemiſtatura, niſi ex parte portae Milenſis g). Muros ſplendidos eam olim habuiſſe, non eſt dubium; Leo *h*) enim inde con-

f) Abulfeda p. 20 haec habet: Koſtina habet fluuium, qui in foſſam vrbis magnam ſe ingenti cum fremitu horrificoque effundit. Quia vero vrbs immane quantum excelſa eminet ſuper foſſam ſuam, apparet fluuius in foſſa deſpicienti quaſi cometa ſeu cauda ſtellae. Leo l. c. . . . huic fluuius *Suſegmare* ſubterfluit, qui et rupibus etiam clauditur, adeo vt fluuius profundiſſimus, vna cum rupibus vtrinque poſitis, Conſtantinae ceu foſſam quandam praebet. Cf. Marmol. Tom. II. p. 438. de la Croix Tom. II. p. 113. qui haec refert: Elle eſt ſituée au midy d'une haute montagne, entourée de tous côtez de rochers eſcarpées, qui lui ſervent de foſſé, au travers deſquelles coule une riviere nommée *Suſegemar*. Shawius obſeruat nomen huius fluuii *Rummel* (Poiret I, 218 *Ruramel*) vſitatius eſſe nomine Suf-jim-mar vid. verſ. gall. p. 115. coll. p. 159. Apud Ptolemaeum pag. 169. flumen hoc Αμψαγα celebratur. Verſ. germ. Shawii p. 56 conciſior.

g) وليس للمدينة من داخلها سور يعلو اكثر من نصف قامة الا من جهة باب ميلة ſunt verba Edrisii, i. e. Epitomatoris.

h) p. 538. . . . qui muros altiſſimos, antiquiſſimos, nigris atque elaboratiſſimis lapidibus compoſitos animaduertit . . . ad ſeptentrionalem latus murum habet craſſiſſimum. (Poiret I, 218. eum . . . tüchtige Mauer vocat.)

conditam eſſe a Romanis coniecturam concepit. In eo vero quod noſter dicit, neminem habet conſentientem, i. e. idem docentem.

Duas habet portas (pergit); *portam ſcilicet Milenſem ex parte occidentali, et portam, nomine Alkantara, orientem verſus, quae inter mirifica aedificia referri meretur.* Pulchritudinem portarum Leo quoque laudat, numerum vero earum ex ſolo Edriſio noſtro ſcimus, colligere autem ex Leone eundem poſſes, quippe qui de duabus tantum viis arctiſſimis loquitur, quibus iter ad vrbem pateat *i*).

More ſueto locorum diſtantias colligit Edriſius.

A Koſantina ad vrbem Begiaia, 6 dierum ſpatium, 4 nempe ad Gigel et hinc ad Begiaiam 50 miliaria k). A Kol diſtat 4 ſtationibus. A Koſantina ad

باعي *Baai, tres ſunt ſtationes.* Qualis hic ſit locus non habeo dicere. Forſan qui ſupra adfuit (p. 237) باغاي *Bagai?*

Abres l) (p. 84). *A Koſantina ad Abres 5 habentur ſtationes. A Begiaia diſtat 4 ſtationibus; hinc Baſcher* بشر *m) arcem, bidui iter; hinc ad . . . .* (*Tifaſch*)

i) p. 539. Sunt, ait, *duae tantum viae* arctiſſimae, quae in vrbem ducunt, quarum haec ex *oriente*, illa vero ex *occidente* patet. Portas quoque habet maximas, ampliſſimas atque elegantes. POIRET I, 219. Die Stadtthore ſind von einem feinen röthlichen, dem Marmor gleichen Steine erbauet, und die noch erhaltenen Verzierungen zeigen von ehemaliger römiſcher Gröſse.

k) Differt paululum TIMIM. Mſſ. 5 ſtationes tantum numerans; خمس مراحل.

l) *Abres* reddit SIONITA. In libro eſt ابرس, litera ſecunda ſine puncto. Eſt forte ابرس infra occurrens.

m) Forte legendum بشنر *Baſchner.* Eſt itaque arx in vicinia Begiaiae vid. ſupra p. 228.

(Tifaſch) duarum magnarum dierum iter n); hinc ad Kalema o) ſpatium duarum dierum magnarum; hinc ad Kasrin p) iter trium dierum; hinc ad Dur Madin q) 6 dierum interuallum; hinc ad Kol portum (de quo infra), *bidui iter.*

Gigel جيجل (p. 84) [Leo, de la Croix, *Gigel;* Marmol, Arvieux, *Gigery;* Shaw *Jijel;* Ptolem. Ἰγιλγίλει p. 268 *r)*] *vrbs, ad ripam maris appoſita, quod illam cingit; muris* (بسور) *eſt inſtructa.* Situm eius ad mare omnes autores comprobant, modo Leo loco *vrbis Caſtrum* habet *s)*. Autores laudati pagum eſſe dicunt regionis, ad Algerienſe regnum pertinentis. *Habet vero vrbs Gigel*, ſecundum Edriſium *duos portus, quorum vnus, ab eius ſcilicet meridie ſitus, difficillimus omnium eſt ingreſſu, niſi ductorem nauta ſibi optauerit peritum; alter vero portus, a ſeptentrione eius,* *Schara* الشعرا *nomine* (procul dubio idem, qui ſupra adfuit), *ab omni agitatione et fluxu tutus et ad appellendum valde opportunus ac commodus, modo non eſſet tam paruus ac maiorem nauium numerum caperet. Ceterum eſt arenoſus.* Ita fere Edriſius. Recentiorum fere omnes hos portus tacent *t)*.

 Noſtro

n) Legendum eſſe ſuſpicor تيفاش; in libro enim impreſſo conſonantes eaedem, ſed omnes punctis diacriticis deſtitutae; ſupra adfuit Tifaſch p. 228.

o) Vid. ſupra p. 229.

p) Vid. ſupra p. 230.

q) Vid. ſupra p. 230.

r) Leo p. 534. Marmol. T. II. p. 419. Dapperus p. 267. *Gigeri* et *Gigel* effert, de la Croix T. II. p. 109. cf. *Handbuch* p. 149.

s) p. 534. cf. Marmol. II, p. 419. Dapper p. 267.

t) Solus eſt Arvieux, qui Tom. V. pag. 202. verſ. germ. portum, quem Edriſius ſub nomine Schara celebrat, depingere mihi videtur. Verba eius haec: Gigery liegt morgenwärts, und die *äußerſte Abendſeite* der Rheede ſtöſset an ein groſses Vorgebürge, das weit ins Meer gehet, wo ein durchgehauener Felſen iſt, der einen natürlichen Kettenhafen ausmacht, wo die Schiffe, die dahin einlaufen, *völlig ſicher ſind.*

Noſtro tempore de vrbe Igilgili nihil ſuperſtes praeter domos quasdam miſerabiles et caſtrum parvum, vti ex Shawio *u*) percepimus.

More ſuo nunc locorum diſtantias emetitur Edriſius. *Ab vrbe Gigel ait ad*

Koſantina iter 4 *dierum* (vid. ſupra Koſantina, vbi quoque diſtantia vrbis Gigel a Begiaia); *item ab vrbe Gigel ad*

Margiten طرف مرغيطن (p. 84) *promontorium v*) *ad*

Aſie العافية (p. 84) *inſulas*, *ad*

Fag al Zarzur فج الزرزور (p. 84): Nihil niſi nomen ex Edriſio patet *w*); *tum ad*

Manſurie المنصورية (p. 84) *inſulam in mari* (جزيرة على البحر). Shawius *x*) de flumine Manſoureah loquitur, quod pro Ptolemaei Σίσαρος (p. 168) habet, cuius oſtium inter Jijel (Gigel) et inſulam ſitam eſſe perhibet paruam, quam Zeert' al Heile compellat. Num haec eadem? — *ad*

Matuſa

u) p. 114. verſ. gall. at germ. p. 43.

v) Forſan huc pertinet, quod SHAWIUS p. 114 ſcribit. Vis-à-vis de cette Isle (Zert' al Heile vid. pag. ſeq.) il y a un petit port et un promontoire, qui doivent être l'un *l'Audus* et l'autre le *Jarſath* de PTOLEMÉE.

w) SIONITA explicat per: laqueum ſturnorum; legit ergo فخ. Cauſam vero huius emendationis nec addidit, nec, quantum equidem video, addere potuit; vides itaque etymologiae non vbique indulgendum eſſe. فج eſt (ſi explicatum cupias) via ampla et aperta per montes et زرزور vel ſturnus, vel vehiculum anguſtum. Nomen proprium eſſe, nullus dubito.

x) pag. 114. A cinq lieu de *Naſava*, ait, eſt l'embouchure de la *Manſou-reah*, autre grand rivière, qui ſeparé les diſtricts des *Beni Iſah* et des *Beni Maad* &c. — vid. verſ. germ. pag. 42. Idem de tribu Manſure loquitur pag. 127. Fortaſſis in mente habuit EDRISIUS vrbem *Manſuriah*, quam, teſte CARDONNE II, 44. Al Manſur Billah aedificauit; inde forſitan vertere liceat: *Manſurie ad flumen peninſulae inſtar ſita*; flumen autem idem, quod SHAWIUS compellauit Manſoureah.

Matuſa متوسة (p. 84) *oppidum populoſum. Gypſi fodinam habet, quod inde Begiaiam aſportatur, quam inter et oppidum noſtrum ſunt* 12 *miliaria.*

Begiaia Naſarie بجاية النصرية (p. 84). *A Gigel ad hunc locum* 50 *habes miliaria y*). Ex ſitu coniiceres, vrbem hanc eſſe Begiaiam vrbem, de qua ſupra p. 221 ſqq. verba fecimus. Sed ibi cognomen hoc non lectum fuit, quod [illegible] expiicatum vis, eſt *adiutrix* vel *Chriſtiana;* neſcio an alterutrum quadret.

Kol القل (p. 84). *A Gigel ad vrbem Kol* 70 *habes miliaria.* In parte prima Climatis tertii, ab Edriſio, huc vsque deſcripti, *vltima eſt vrbs, atque diſtat a Koſantina meridiem verſus duarum ſtationum interuallo; duarum item dierum a Dar Mudin.*

Eſt ſine dubio Shawii *z*) *Cull,* hodie vrbs exilis. Obſtare videtur, quod Shawius كل ſcribi vult contendens, a portu vrbem nomen forſan deſumſiſſe. Sed in ſcriptura Shawius haud aeque felix eſt. De la Croix *a*) in deſcriptione prouinciae Conſtantinae vrbem *Chollo* memorat, quae eadem eſt. Poiret, *Kollo* et *Kallo* effert *b*).

y) Dapper p. 267 habet: 15 miliaria. Leo p. 534. mil. 60. Marmol. Tom. II. p. 234. 419. 12 lieues.

z) p. 117. Cull, ait, ou Cullu (Ptolem. Κόλλοψ μέγας ἢ Κόλλα p. 172. Plinii *Cullu*, Libr. V. 4.) des anciens garniſon maritime des Algerien, eſt ſituée ſous le plus oriental des ſept Caps a 18 milles de la grande rivière. C'eſt comme Jijel une pauvre ville &c. Verſ. germ. p. 43. idem. Cf. Dapper p. 269.

a) Tom. II. p. 114. Sanut, ait, place près de Conſtantine la ville de *Chollo*, autrefois *Cullx* et maintenant *Aſcol.* Elle a été batie par les Romains près de la mer mediterr. &c.

b) Vid. Poiret I. 25. 20. 155. inprimis vero p. 158 ſq.

SECT. II. PARS V.

Afrikia.

§. 1.

Nouam, vt auſpicemur, ſectionis ſecundae partem, quintam puta, ipſe Edriſius Noſter poſtulare videtur, qui, quod ſupra (pag. 124. not. d.) iam declarauimus, vrbibus, oppidis, caet. quae nunc deſcribuntur, id quod inprimis ex vrbis Bagani delineatione (infra pag. 251) lucide apparet; ſpecialius nomen *Afrikia* impoſuit. Conferatur item locus, ſupra (p. 128) ex Edriſio adſcriptus. Nomen hocce, aſt corruptum; et hodie, ni fallor, in vſu eſt *c*).

Afrikia ergo, Edriſio autore, quantum ſcilicet ex initio ſectionis ſecundae Climatis tertii perſpicere licet, protenditur ab vrbibus Kamuda et Bagani ad vsque vrbes Tripolim et Lebedam. (vid. paullo poſt §. 2.) Autores alii aliter quidem ſentiunt; plerique tamen Arabum ſcriptores a Tuneto, vel ab vrbe Bona ad Barcen (Barkam); quidam eorum autem ad vsque vrbem Alexandriam producunt.

Abulfeda nimirum *d*) in notis (quas vocant) marginalibus tertiam partem *Magrab orientalis*, Afrikiam dictam, porrigi ab vltimis regni Begiaiae limitibus

c) Vid. Shaw verſ. germ. p. 67, vbi haec: Der Sommerbezirk wird . . . mit dem Africa propria des Plinius (L. V. c. 4.) Solinus (Polyhiſt. c. 17.) u. a. mit dem öſtlichen Theile des Africa des P. Mela und Ptolemaeus . . . einerley ſeyn. *Es iſt beſonders die Frigih*, wie ſie diejenigen Theile deſſelben nennen, die bey Keff und Baigah liegen, beſſer bewohnt, als irgend ein Theil des benachbarten Königreichs von eben der Gröſse &c. Vocabulo *Frigih*, ipſe Shawius addit notam ſequentem: *Frigih*, eine gewiſs verdorbene Benennung von dem alten Namen Africa.

d) Abulfeda pag. 1. والقطعه الثالثه الشرقيه افريقيه تمتد الي برقه الي حدود ديار مصر.

tibus ad Barkam et per hanc ad ipſos vsque limites Aegypti, tradit aſſeueratque.

Lexicographus, a Schultenſio excitatus *e*) ita refert: حد افريقية من طرابلس المغرب من جهة برقة والاسكندرية الي بجاية وقيل الي مليانة فيكون مسافة طولها نحو من شهرين ونصف وعرضها من البحر الي الرمال التي في اول بلاد السودان, i. e. Terminus Afrikiae, a Tripoli Occidentis, quae Barkae et Alexandriae contermina, porrigitur Begiaiam vsque, vel, vt aliis placet, ad Melianam. Longitudo patet per duos ferme menſes cum dimidio; latitudo a mari pertinet ad arenas, quae inchoant terras Nigritarum.

Bakui, Geographus, qui de vrbe Africa loquitur; terrae huius nominis quoque mentionem facit *f*).

Denique hanc eandem Prouinciam, de qua nobis ſermo eſt, Golio obſeruante, جزيرة المغرب *Magrab inſulam*, quoque vocant Arabes, quippe gemino mari, Mediterraneo et Atlantico, geminoque fluuio Nigro et Nilo, vndique circumdatam. Haec Golius *g*). Forte جزيرة h. l. Peninſulam denotat. Golii ſaltem interpretationi aegre adſtipulor.

 Con-

e) Vid. SCHULTENSII Index Geographicus voce *Africa.*

f) BAKUI vid. Notices T. II. p. 424. vbi: *Afrikia*, grande ville du Mogreb, dans un terroir très-fertile, enſemencé, rempli de palmiers & d'oliviers; c'etoit anciennement un grand pays, à preſent tous les environs de la ville dans quarante jours (!) de marche, ne preſentent qu' un deſert, ou ſont des tribus des Berbers, qui ont des citernes. Il y a des mines d'argent, de fer, de cuivre, de reſas, d'antimoine & de marbre. Haec BAKUI. vid. infra *Bagaui*; *Barka*; *Kasr Kafez*. Inter Terrae bona nimirum EDRISIUS celebrat dactylorum copiam; tum mira de terra quadam, quae in confiniis Barkae vrbis effoditur, narrat; denique ſyluam Kasr Kafez laudat.

g) Vid. GOLIUS ad Alfrag. p. 91. 105. 161. et quae diximus, ſupra

Conſentiente ergo praeter autores alios ipſo Edriſio iam ad prouinciam *Afrikia* delineandam me accingo.

§. 2.

Priusquam autor noſter ipſam tertii Climatis ſecundae ſectionis deſcriptionem adoritur, haec fere praefatur. *Continet haec ſecunda Climatis tertii ſectio montes, vrbes, oppida, caſtella, arces. Quae in regionibus ipſis occurrunt loca, haec ſunt: Kamuda*, (forte *Kamunia*), *Bagani*, *Meſciana* (مسكيانة, in tabula non occurrit hic locus), *Magana* (مجانة in ſequentibus non occurrit), *Baga*, *Bona*, *Mars al Charaz* (in libro l. c. eſt مرسى الخزز, *Mars al Hazaz*; male) *Benezert* (legitur h. l. quidem نبزرت *Nabzert*, infra autem Benezert), *Arbes*, *Marmagena* (مرماجنة, in tabula deficit), *Kaſtilia*, *Nefzava*, (نفزاوة, infra ſcriptum occurrit نقزاوة *Nekzaua*), *Nilſau* (ita Sionita reddit; in libro eſt نيلفان, Nun fin. excepto ſine vllis punctis diacriticis. In ſequentibus non occurrit), *Nekius* (نقيوس, paulo poſt exaratum eſt تقيوس *Tekius*), *Zprud*, *Kaffa*, *Nafta*, *Hama*, *Tunes*, *Aklibia* (l. Kalibia), *Ehraklia*, *Suſa*, *Mahedia*, *Safakos*, *Galula* (جلولا tabula hoc nomine caret; apud Cardonne Tom. I. pag. 24, vrbs *Dſchelula* nomine occurrit, quae procul dubio eadem. Legatus Ebn Hadidſch eam cepit), *Sabra* (صبرة in tabula non occurrit), *Tripolis et Lebeda*. *Ad mare porro exſtructa ſunt arces, portus et varii generis aedificia.*

His praelibatis vrbes, arces ac oppida more conſueto recenſet. Auſpicatur ab *vrbe*

Kamuda قمودة. Praeter nomen huius vrbis, forte mediterraneae nihil nobis reſiduum fecit. Arent et fontes mei; aſt coniicio, pro قمودة forte eſſe

legendum, vel قمونية *Kamunia*, vel قمونة *Kamuna*, eamque eſſe, vrbem, quam Ebn Hadidſch vi armorum cepit *h*).

Bagani باغاني (p. 86); *vrbs eſt magna, muro forti cincta. Palmis abundat plurimis ac feraciſſimis, quorum fructus per totam Afrikiam large transportantur.* Vid. Kaſtilia.

Kaſtilia قسطيلية *i*) (p. 86) (Ortelius in theſ. geogr. effert *Caſtellum*; Cardonne Tom. I. pag. 115 *Kaſtila*); *diſtat ab vrbe Bagani* 4 *ſtationibus*. Vid. infra *Kaſſa*. (Verba Ortelii: Caſtellum Ripenſe, in Mauritania Caeſarienſi, epiſcopalis ſedes.)

Hama الحمة (p. 86) *vrbs. Medium inter occidentem et meridiem vrbis Bagani tenet ac proxima illi eſt* Leo *k*) *el Hamina* vrbem 15 miliaria a *Capes* diſtantem deſcribit: forte conuenit. Shawii *el Hamma* 4 mil. ad occid. Gabs ſita, procul dubio eadem vrbs. Eſtne *Ethama* autoris libri die Staaten etc. p. 448?

Tekios تكيوس; (vid. paullo ante prolegom. ad hanc partem, vbi نكيوس *Nekius* ſcriptum occurrit) (p. 86) *ab vrbe Hama diſtat fere* 20 *miliaribus*. Forſan Shawii *Tuckuſch*, pagus, e regione inſulae eiusdem nominis *l*).

Kaſſ

h) Vid. Cardonne T. I. p. 24. Ebn Hadidſch lagerte ſich am Fuſs eines Berges, ungefähr 5 Meilen von *Communiah*, welche von 30000 Griechen bedeckt wurde. . .'. Endlich wurde dieſer Ort mit Sturm erobert und geplündert.

i) Abulfed. p. 25 de terra Kaſtila ſcribens, Tuzar vrbem primariam terrae Kaſtilae vocat. (Conſentit Timim.) Effert autem قصطيلة quae lectio verior, non exputo. Sed Abulfeda ſibi non conſtat: قسطيلية enim ſcriptum deprehendimus in eius *Annal. Moslem.* T. II. p. 430. — vid. Reiske ad Abulf. l. c. p. 763.

k) Leo p. 580. Shaw p. 151.

l) Shaw ed. germ. p. 44.

Kaſſa قفصة (p. 86) [Timim. قَفْصَة, Abulf. قَفْصَة, Leo *Caſſa*, Shaw *Gaſſa*, Ptol. (p. 79) Κάψα, Salluſt. *Capſa*) *vrbs; diſtat a Tekios ſtationis interuallo. Vrbs eſt pulchra ac muro cincta m). Flumen, quod ad eam excurrit, ciuibus potum praebet; aqua eius ſuperat bonitate ac ſuauitate Kaſtiliae aquam. In vrbe tandem ipſa fons ſcaturit, qui apud illos Tarmid* (الطرميد) *celebratur. Ceterum Noſuſa mons in huius vrbis meridie eſt.* Vid. *Safakos; Kairoan; Zorud; Naſta; Nekzava.*

Qui copioſam vrbis huius ac lectu non indignam deſcriptionem nobiſcum communicauit Leo *n*), magnam partem quae ex Edriſio dedimus, ſua auctoritate confirmat. Murum memorat, at bis fato infelici deſtructum. — Edriſium vera adnotaſſe inprimis, teſtatur Shawius, non ſolum fontem, cuius Noſter mentionem facit, ſed et flumen vel riuum commemorans *o*). Quae Brucius *p*); vbi de thermis, iuxta

m) Differre videtur Shawius ſitum eius minus amoenum depingens p. 270. Sa ſituation, ait, eſt auſſi melancholique que celle de Ferreanah, avec cette difference ſeulement, que ſes environs ſont un peu plus riants . . . , mais ces agreables objets ne s'étendent pas fort loin. Vid. verſ. germ. p. 112.

n) pag. 625. Ibid. etiam de terrae foetibus &c. loquitur. cf. Dapper pag. 315.

o) p. 271. L'eau, ait, dont ces arbres ſont arroſées, vient de deux ſources, dont l'une eſt dans la citadelle & l'autre au centre de la ville. La derniere probablement celle dont parle Salluſte (cap. 93. Bell. Jug. atque, ait. *ea intra ingi* aquae &c.) & le *Tarmid* d'Edrisi étoit autrefois couvert d'une dôme &c. Ces deux ſources s'uniſſent avant que de ſortir de la ville & forment un *aſſez gros ruiſſeau* lequel, vû la quantité de ſon eau, & la rapidité ſon courant, etendroit ſon cours fort loin, ſi les habitans du pais ne l'arrêtoient pas, pour arroſer leur plantages. Vid. verſ. germ. p. 112. Opportune etiam Leo p. 626 haec habet: Huius oppidi medio quadrati quidam profundi atque latiſſimi ſunt fontes, muris vndique circumcincti. — De fonte intra vrbem loquitur etiam de la Croix T. II. p. 320. cf. Gramaye p. 191.

p) Tom. I. verſ. germ. p. 32. Ich hegte, ait, die ſtärkſte Hoffnung ſchöne Ruinen daſelbſt (de Feriana vrbe loquitur) anzutreffen, betrog

iuxta vrbem Feriana ſitis, loquitur, ad marginem adiecit, non admittenda ſunt. De prouentu huius vrbis Abulfeda conſulendus (pag. 19). Timim. mſt. eam 4 ſtationum ſpatio ab vrbe *Tuzar* et 3 ab vrbe *Kabes* abeſſe ait.

Sobeitala سبيطلة [hod. ad c. Tunet.] (Iisdem quoque literis Abulfeda vrbis huius nomen exarauit; Shaw effert *Spaitla*, et ob rudera inſcriptionesque varias pro Veterum Suffetula habet. *Spaitla* et Brucius pronunciat; *Sabtelah*, Cardonne.) Vrbis huius deſcriptio et nomen adeo ex textu Epitomatoris typis exſcripto, plane exulant; explet vero lacunam excerptum ex Codice Pariſienſi *q*), quod forte h. l. commode inſeram. Verba eius ita ſeſe habent:
قال الادريسي ومدينه سبيطله كانت قبل الاسلام مدينه جرجيس ملك الروم الافارقه وفتحها المسلمون. في صدر الاسلام وقتلوا ملكها المذكور ومنها الي مدينه قفصه مرحل وبعض اخري ومنها ايضا الي القيروان سبعون ميلا ۞
i. e. *Edriſio teſtante fuit vrbs Sobeitala ante Islamismum vrbs Gergis r*) (Georgii vel h. l. Gregorii) *Regis* (h. l. Praefecti) *Graeciae* (*diuiſae* vel potius) *Africanae s*). Vrbem hanc quondam fuiſſe ſedem regiam Abul-

betrog mich aber in meiner Erwartung und fand nichts als warme Bäder vor der Stadt. Male igitur ad originem harum thermarum demonſtrandam ad marginem adiecit: *Die Quelle heißt El Tarmid.* Geogr. Nub. p. 86.

q) Vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 99.

r) Infra occurrit *Kasr Gergis* قصر جرجيس; num autem Rex, de quo h. l. ſermo habetur eam aedificauerit inhabitaueritue, equidem neſcio.

s) Per *diuiſam* verto vocabulum الافارقه, incertus tamen, an id ſignificet. Forte verius verteretur *Graeciae et Africae* vel *Graeciae Africanae*. Apud Schehabeddinum (Notices T. II. p. 151.) ni fallor, eodem ſenſu quoque occurrit. Verba eius: La partie maritime de Magreb étoit alors habitée par les Francs & les Africains (Alfrandj *walafareka*). Neſcio an legendum ſit والافارقه. Senſus, niſi me omnia fallant, hic: Fuit vrbs haec ſedes Praefecti vel Patricii Graecorum in Africa.

Abulfeda quoque teſtatur *t*). Pergit Edriſius: *Expugnauerunt eam Moslemi ſub initio Islamismi, regemque ſupra dictum interfecerunt.* Bene; fuit autem Rex, de quo h. l. ſermo eſt,* Patricius Gregorius, qui, non fortitudine Ducis Moslemorum, Abdalla Ebn Said, ſed potius arte et ſtratagemate Zobeiri ſuperatus deuictusque, fruſtra ſe ab Moslemis defendit *u*). Addit Edriſius: *Ab vrbe Kaſſa diſtat internallo ſtationis et quod excedit; a Kairwan* 70 *miliaribus.* Haec Edriſius; quae Abulfeda de antiquitatis monumentis adhuc addit, Shawii autoritatem, rudera deſcribentis depingentisque habent *v*). Caeterum vide an non Sucaicada Leonis, eodem annuente a Romanis aedificata, idem ſit locus *w*). Nomen eius forſitan vel translatoris vel vitio typographico ita fuit deformatum.

Kairuan

t) Vid. Abulfeda p. 21 cuius verba haec: وسبيطله كانت كرسي مملكه افريقيه في القديم i. e. *Sobeitala erat quondam ſedes regia Africae.*

u) Hiſtoriam expugnationis, de qua Edrisius noſter ſcribit, fuſe narratam, diſces ex Cardonne T. I. p. 9 - 19. Inter alia huc reuocanda videntur verba p. 17. Gregorius ſuchte vergeblich mit ſeinen tapferſten Soldaten Widerſtand zu thun. *Er wurde ſelbſt getödtet.* Ein Theil der Armee ward in Stücken gehauen, und der Reſt derſelben *flüchtete ſich in die Stadt Sabthelah;* et p. 19. Nach dieſer Niederlage der Chriſten belagerten die Muſelmänner *Sabtelah.* Sie nahmen dieſe Stadt mit Sturm ein, *und* machten eine unermeſsliche Beute. . . . *Sabtelah* wurde geſchleifet.

v) Abulfeda l. c. وبها اثار عظيمه تدل على ذلك i. e. *monſtrat ea adhuc maxima monumenta eius rei* (vid. ſupra not. t). Paucis interiectis: قال ابن سعيد وهي مدينه ازليه اثارها تدل على عظمها i. e. *Saidide teſtante eſt vrbs antiqua, cuius rudera docent, quanta olim fuerit.* Cf. Shaw verſ. germ. p. 107 ſq. Dieſe Stadt liegt ohngefähr 12 Seemeilen nach Süden von Keff, und iſt eine von den merkwürdigſten Oertern in der Barbarey wegen der Gröſse und Pracht ſeiner Ruinen &c. Templa reſidua, quae depinxit Shawius, ea vidit quoque Brucius; Tom. I. p. 29 ſq.

Kairuan قيروان (p. 86) (Abulfed. القيروان, Leo *Cairaoan l. Caroen*, Herbel. *Cairouan*, Marmol. *Carvan*, Dapper *Kairaoan* l. Karure, l Karoen, Cardonne et Shaw *Kairwan*, *Guirina*, Tabb. de l'isl). *Ab vrbe Kaſſa ad Kairuan vrbem, ſeptentrionem inter et orientem 4 ſtationum interuallum. Kairuan porro* (p. 87) *ab vrbe Tunes 2 x); ab vrbe Arbes, Zagoan monti proxima, 3 ſtationibus* (p. 88) *diſtat.* — Paucula haec nobis impertire voluit Edriſii epitomator. Quam gratum nobis facturum ſe putare poterat, ſi etiam locorum quorundam diſtantias apponeret, aliarum rerum ſcitu dignarum memoria deleta! Plura itaque de vrbe hac celebri ſi forte cupias, adi Bakui, Abulfedam, Leonem etc. y). Vid. *Baga.*

Zagoan زغوان (p. 88) [Thevenot *Zagouam*, Shaw *Zow-waan* l. *Zagwan* z), Cardonne *Zagwan* a), Brucius

x) Mirum quantum differt Leo, qui p. 575 ita habet . . . a mari mediterr. XXXVI, a Tuneto vero C fere abeſt miliaribus. Cum Edriſio faciunt: Marmol. T. II. 532. . . . a douze lieuës de Sus, du coſté du midy & a trent-quatre de Tunis vers le Levant. Dapper p. 290. . . 7 oder 8 Meilen von der See; 20 von Tunis; et de la Croix T. II. p. 231 . . . ſituée à ſept milles de la mer, à 20 de Tunis & à 11 de Carthage. Shawius alia ex parte ſitum vrbis huius deſcribit . . . à 8 lieuës au Oueſt de *Suſa*, & à la même diſtance au Sud-Oueſt de Hercla.

y) Vid. Abulfed. p. 23. *Eiusd.* Annal. Mosl. T. I. p. 396. vbi de conditore eius, *Ocba ben Nafi* verba facit. Coll. Marigny Geſch. d. Ar. II, 33. Bakui p. 451. Timim. ſitum vrbis Tunet. inter et Tuzar cenſet. Multa idem ad hiſtoriam pertinentia commemorat. Leo p. 575-79. Marmol. T. II. p. 532-34. Dapper l. c. de la Croix l. c. Cardonne T. I. p. 26. Shaw p. 257. verſ. gall. at germ. p. 105 ſq. &c.

z) Shawius p. 234. verſ. gall. vbi de vrbe Zow-an vel Zagwan verba facit, montem quoque hunc memorat et pro *monte Ziguenſi*, cuius Victor mentionem facit, habet. Plura vid. l. c. et verſ. germ. p. 88 ſq. Cf. Marmolium de hoc monte magno quidem at deſerto, vnius miliaris interuallo ab vrbe Tunis meridiem inter et occidentem diſſito, T. II. p. 534. ſermonem inſtituentem. Adde Thevenotum T. I. p. 395. —

a) Cardonne Tom. II. p. 187.

Brucius *Zowon b*). *Mons altus, prope Kairuan ſitus. Tendunt ac dirigunt ad eum naues curſum ſuum ex alto mari inde eum conſpicientes c*). Diſtantia montis huius a Kairuan me quidem latet, autores enim, qui eius mentionem faciunt, diſtantiam non ab vrbe Kairuan, ſed ab vrbe Tunes peruarie inſuper referunt *d*). In eo autem conſentiunt omnes quod grandis ſit ac ſublimis. Plura de hoc monte, ſi forte cupias, adi Shawium l. c. et autores infra not. e. laudandos *e*).

Zorud زرود (p. 87). *Ab vrbe Kaſſa, meridiem verſus, ex parte Noſuſa montis, eſt vrbs Zorud, quam inter et Kaſſam habentur 5 ſtationes.* Eſtne *Zoara* l. *Sara*, Veterum *Piſidan? f*)

Noſuſa نفوسة (p. 87. 88) *mons.* Edriſio autore (vid. ſupra pag. 143) Noſuſa monti Daran (Atlanti) nomen ſuum commodat. Daran itaque inde a regni Tunetani finibus nomine Noſuſa venit. Aliter ſentire videntur Leo et Marmolius *g*), duos montes commemoran-

b) Brucius Tom. I. Verſ. p. 31.

c) وهو جبل عال جدا يقصل اليها المراكب من البحر وارتقايه في الجو Verba ſunt Edrisii.

d) Abulfeda. 2 montes commemorat, quorum tamen nomina ſilentio praetermittit: Kairuan, inquit, eſt vrbs noua — ſita ad montis ſeptentrion, habetque viciſſim ab auſtro montem &c.

e) Marmol. T. II. p. 534. Inter alia: Zagoan eſt une grande montagne, deſerte à une lieue de Tunis entre le midi et le Levant. Dapper pag. 274. . . . ohngefähr 6 Meilen vom Tunis. de la Croix T. II. p. 191. Lectis apud Marmolium verbis: Il y a une montagne *à quatre lieuës* de la place &c. caue ne montem Z[illegible] cum monte *Gueslet* confundas. Vid. Leo p. 579. . . . Ab[illegible] hoc oppido mons quidam *Gueslet*, in quo nonnulla adhuc vi[illegible]tur Romanorum aedificia. de la Croix l. c. diſerte inter Gu[illegible] et Zagoan diſtinguit.

f) Zoara oder Sara ſoll das Piſidan der Alten ſeyn: die mannigfal[illegible]gen Veranderungen aber, ſo der Ort erlitten, haben ihn zu einem ſchlechten Flecken gemacht &c. Ita autor libri die Staaten p. 449, in deſcriptione vrbium Tripolis.

g) Leo p. 167 de monte Maroccani regni *Niſiſa* et p. 594 de Bene-Teſreni atque Nuſuſae montibus loquitur. Marmol. Tom. II. p. 60 de Neſuſa Maroccani regni monte et p. 575. Tom. II. de Neſuſa Tuneti monte verba facit.

morantes, quorum alterum ad regnum Maroccanum, alterum ad Tuſetanum referunt; ſed, eorum aſſertis diligenter perponderatis, non magnopere ab Edriſio abhorrent.

Nekzaua نقزاوة *h*) (p. 87). *A Kaſſa ad Nekzaua, meridiem verſus, diſtantia duarum dierum et quod excedit.* Apud Leonem occurrunt *i*), ſub nomine *Neſſaoa*, tria caſtra, ciuibus referta. Quod ſi forte haec caſtra cum Edriſii Nekzaua conferre velis نفزاوة *Nefzaua*, lectio, quae ſupra (p. 250) adfuit, non aduerſaretur. Shawius *k*) obiter de regione quadam, loquitur, quam vocat "diſtrict de Nifzowah" (نفزاوة); forſan conuenit. Coniecerim fere legendum eſſe تقزاوة quod forte eſſet Shawii *Tegewſe*, (verſ. germ. effert *Te-guſe*) cui idem ſitus, diſtantia eadem a Kaſſa et Tuzer. — Vid. Tuzer.

Tuzer توزر (p. 87) (Abulfeda توزر, Shaw. et Brucius *Tozer*, Leo *Teuſar?* Ptolem. Τίσυρος). *Inter Nekzava et Tuzer* 1½ *dierum interuallum.* Abulfeda autore metropolis terrae Kaſtiliae *l*). Plura idem ex *Ibn Said* de vrbe hac adnotauit; plura quoque habent Leo, Shaw etc. *m*).

Nafta

h) Vid. ſupra p. 250. vbi نفزاوة *Nefzaua* exaratum.

i) p. 627. Adde DE LA CROIX T. II. p. 320 qui *Nefçaoa* effert.

k) p. 273. Ibidem refert: Tegewſe, l'ancien Tichaſa (PTOL. Τιχάσα) a douze lieuës de Sud-Oueſt (de *Gaſſa*). Et paullo poſt: Tozer, 4 lieuës a Sud-Oueſt de Tegewſe. Verſ. germ. p. 114 multo conciſior.

l) p. 25. cf. *einsd.* Annal. Moslem. T. II. p. 430. Conſpirat cum eo quoque TIMIM. qui Beladalgerid in duas partes diuiſam eſſe perhibet, quarum alteram Kaſtiliam, alteram Zab, vocat. Vid. quoque PAULUS Memorabilien St. 3. p. 139.

m) LEO pag. 625. SHAW pag. 273. verſ. gall. at germ. pag. 114. Adde GEOGRAPHUM PERSAM apud HERBELOTUM ſub voce *Touzar*; cf. BRUCIUS Tom. I. verſ. p. 32.

Naſta نفطة (p. 87) (Shaw *Neſta*, Ptolem Νηγέτα) *diſtat ab vrbe Kaffa interuallo duarum paruarum ſtationum; ſtationis vnius ab vrbe Kabes n).*

Baga باجة (p. 88) [Abulfeda effert باجة o) Leo, *Beggia;* Marmol, *Beggie;* Shaw, *Beja* vel *Bayjah;* Salluſtius, bell. Jugurth. §. 20. *Vacca* ſcribit Plutarch. in Mario p. 409, Βαγα. Plinius, *oppidum Vagenſe p)*] *vrbs eſt pulchra, ſita e regione Mars a Charaz, in dimidio itinere a Tabarka ad Tunes, quam inter et Tabarkam plus quam ſtationis interuallum.* Codex Pariſienſis q) hanc eandem diſtantiam ex Edriſii exemplari Abulfedae adſcripſit; pro طبرقة *Tabarka* tamen, per errorem, ni fallor, habet طرفة *Tarſa*; tum poſt مرحلة بعض addit vocabulum اخري; deinde emetitur diſtantiam inter Baga et Kairoan, his verbis: وبين باجة والقيروان خمس مراحل i. e. *Bagam inter et Kairoan interuallum quinque ſtationum r)*, denique addit paragraphum ſequentem: وباجة عين في وسطها ينزل اليها بادراج منها شرب اهلها i. e. *In media vrbe Baga fons eſt, qui*

n) SHAW p. 273: *Neſta*, l'ancien *Negeta*, a 5 lieuës au Sud-Oueſt de *Tozer*. Verſio germ. ſi recte vidi, his plane caret.

o) De fixione nominis huius, vid. excerpta noſtra in EICHHORN Bibl. l. c. p. 596.

p) Cf. ABULFEDA p. 21. LEO p. 550., MARMOL, T. II. p. 430., SHAW verſ. gall. p. 209 ſq. et verſ. germ. p. 84 ſq. Add. MICHAELIS Oriental. und exeget. Bibl. T. VIII. p. 11 et T. X. p. 132. et ad ll. cc. verba LEONIS ſequentia: "Verum quandoquidem [illegible] ea *non ſit arabica*, ſatis veriſimile eſt, primum nomen variis [illegible] eo tempore mutationibus corruptum fuiſſe." Pulchre et vere!

q) Vid. EICHHORN Bibl. l. c. p. 598.

r) De ſitu et diſtantiis quae adnotarunt LEO et SHAWIUS haec ſunt: LEO l. c. Beggia oppidum in monte quodam a Romanis conditum diſtat a mari mediterraneo viginti fere paſſuum millibus, (ABULFEDA teſte مسيرة يوم ferme diei iter). A Tuneto autem Occidentem verſus plus minus octuaginta, *ea via quae Conſtantina Tunetum ducit.* SHAW l. c. haec habet: Nicht weit von den Gränzen der Algierer, *ungefähr 7 Seemeilen von Tabarka, und 10 Seemeilen nach Südweſten von Matter* iſt die Stadt Beja oder Bayjah &c.

qui ad eam per ſcalam (Canalem?) *decurrit et incolis potum praebet.* Aquam ibi non deficere, ex Abulfedae et Shawii dictis, ſatis apparet *s*). — Vrbem hanc, ne cum vrbe Begiaia confundas, caue. Vid. ſupra pag. 221. not. b.

Caeterum et ex Edriſio patet, vrbem باجة eſſe duplicem, alteram Africae, de qua diximus, Hiſpaniae alteram, quam p. 166. verſ. lat. memorat Noſter.

Arbes اربس (p. 88). *Diſtat vrbs Arbes ab vrbe Baga duabus ſtationibus; a Kairuan tribus ſtationibus.* Vid. *Kairoan.*

Hamamet الحمامات (pag. 88) [Leo *Hammamet.* Secund. Shaw. *Adrumetum*; Sionita interpretatur nomen vrbis huius per *balnea;* Shaw per *columbas feras* (حمام); Marmol. *Mahamet* corrupte pro *Hamamet* pronuntiari obſeruat. Poireti *Hammam mes Koutten* (balnea incantata) quorum et Shaw verſ. germ. p. 59 et 134 mentionem facit, caue, ne cum Hammamet confundas]. *Vrbem Baga inter et mare, et Tunes, et Hamamet ſtatio magna intercedit;* Leo multum differt, oppidum *Hammamet* 50 fere paſſuum millibus a Tuneto diſtare perhibens. Dapper habet 13 miliaria; Marmol. 17 (lieues) ab oſtio lacus Tunis, itinere terreſtri; 60 maritimo. Noſtro tempore vrbs Hamamet obſeruante Shawio multo eſt opulentior ac amoenior quam tempore Leonis *t*).

Baſchek

s) Vid. Abulfeda l. c. ولها عيون ما i. e. et illi ſunt fontes aquae. Shaw p. 85. verſ. germ. Die heutige Stadt iſt auf die abhängige Seite eines Hügels gebauet, mit der Bequemlichkeit, *daſs ſie reichlich mit Waſſer verſehen iſt.* Idem commercium vrbis huius conſpicuum celebrat; et Abulfeda de vrbe hac magna, forti muro munita ac in ſolo plano ſita, plura tradit. —

t) Leo p. 570. Dapper p. 289. Shaw p. 204 ſq. C'eſt une petite ville, ait, mais opulente & batie agreablement, ſur un promontoir bas; Leon nous apprend, qu' *Hamamet* fut bâti de ſon tems,

mais

Baſchek u) (p. 88) *inſula, cuius longitudo ad ſtationem* accedit.

Mahadia مهدية (p. 87) (Liv. L. 33, c. 34. et Juſtin. *Turris Hannibalis;* Abulfeda المهدية, Bakui افريقية, Leo *El Mahdia*, Herbel. *Mahdia*, Marmol. *Africa*, Cardonne *Mahadia* l. *al Mohdia*, Shaw *El medea* vel *Africa*). *Diſtat a Safakos duarum ſtationum interuallo.* Eſt procul dubio Mahadia, quam primus Chalifa Fathemitarum, Mahedi Abdalla exſtruxit *v*) ac ſedem regni Africani fecit *w*). Bakui dat ei long. 40-5; lat. 32-30. De conditore vrbis huius imprimis conferendus Schehabeddin (ex quo in multis Herbelotum corrigere licet); qui omnino de vrbe hac celebri plura ſcire cupiunt, adeant Abulfed., Bakui, Schehabeddin, Leon., Marmol., imprimis vero Shawium, qui eos errare contendit qui pro Aphrodiſio Veterum habent *x*).

Safa-

mais il n'eſt devenu floriſſant que vers la fin du dernier ſiecle. Vid. verſ. germ. p. 82 ſq. MARMOL. T. II. p. 494. . . . quoiqu' on dit par corruption *Mahamet* pour *Hamamet* &c. Cf. POIRET I, 214. de Hamam mes Koutten.

u) In libro eſt باشق; vltima litera ſine punctis diacriticis. SIONITA *Baſcec* reddidit; per *accipitres* explicat. Quo iure? non exputo; vix credam illum legiſſe باسق. SHAW inſulas *Jowries*, Tarichiae *Strabonis* memorat; ad has forte pertinet inſula *Baſchek*, vid. verſ. germ. p. 100.

v) HERBELOT ſub voce *Mahdia*, male pro Aphrodiſio Veterum habet.

w) ABULFED. p. 24. وبعدلها. المهدي كرسي مملكة افريقية

x) Cf. BAKUI l. c. T. II. p. 424. 462. (et add. GOLII not. ad ALFRAGAN. p. 162.) SCHEHABEDDINUS l. c. Tom. II. p. 147 ſqq. ABULFED. *Annal. Moslem.* Tom. II. p. 328. LEO p. 573. MARMOL. T. II. p. 502. DE LA CROIX T. II. p. 229. CARDONNE I. p. 43. SHAW p. 245. *El Medea*, ait SHAW, qui eſt auſſi nommée *Africa* par les Géographes modernes eſt ſituée dans une peninſule à 5 milles au Sud de Demaſs. Paucis interiectis: *Leon* nous dit, que la ville a été fondée par *Mahadi* . . . il veut apparemment dire *rebâtie* (ab Arabibus itaque differt) &c. Mr. *de Thou*, pergit, nous a donné une deſcription très exacte de ce lieu; il s'eſt ſeulement trompé

Safakos سفاقس (pag. 87) Abulfeda صَفَاقُس (Edriſi conſtanter cum س ſcribit. Tim. mſt. سَفَاقُس Safakoſa effert) Marmol. *Esfaque*, Paul Lucas *Sfachs*, autor libri die Staaten effert *Fax*, Shawius *Sfax*, *Asfax* et *Elsfacus*, Cardonne T. I. p. 19 Sphax et p. 119 Faks at T. II. p. 149 *Sfaks*. *Diſtat haec vrbs a Kaſſa interuallo trium dierum; a Kabes ſi littus proſequeris, 70 miliaribus y); a Mahadia duarum ſtationum itinere z); a Kabodia via flexuoſa miliaribus* 48; *recta vero* ٣٠; *et ab inſula Karkona* 15 *miliaribus*. Vid. Kasr Gabla. Infra, vbi de ſinu Tunetano agit, ſaepius ad hanc vrbem recurrit.

Situm huius vrbis etc. Abulfeda *a*) fuſe deſcribit; omnes, omnino quos inſpeximus autores, multo ſunt Edriſio diligentiores *b*). Shawio autore *Sfax*

20

trompé en le prenant pour l'ancien *Aphrodiſium*. Vid. verſ. germ. p. 100. Multo conciſior autor libri Die Staaten p. 424 qui ita tradit: Afrika oder Almedia iſt eine mit einer Mauer befeſtigte Stadt, die einen guten Hafen hat.

y) Alio menſurae genere vtitur Timim. mſt. ومن قابس الي مدينة صغيرة علي ساحل ايضا تسمي سَفَاقُس اربع مراحل i. e. ab vrbe Kabes ad vrbem paruam, littori adiacentem, Safakoſa vocatam, 4 habemus ſtationes.

z) Differt Timim. mſt. ita tradens: ومن سفاقس الي مهدية بني عبيد ثلث مراحل i. e. a Safakoſa ad Mohdeiah Beni Obed *internallum trium ſtationum*.

a) p. 25. Marmol. Tom. II. p. 528 . . . C'eſt une petite place de quelques ſix cens feux ſur le bord de la *mer à 26 lieuës de la ville d'Afrique* du coſté du Levant &c. Shaw p. 249. verſ. gall. at germ. p. 102. Dapper p. 291. pro Ptolemaei *Ruspae* l. Tafrute habet.

b) Herbelotus ſub voce *Safacos* Geographi Perſae huius vrbis deſcriptionem memorata, addit: C'eſt peut être du nom de cette ville, que celuy de *Siphax* a été tiré par les latins.

Etymologia, a Shawio in fine deſcriptionis huius vrbis florentis exhibita, laborare videtur. Elle, inquit, eſt plus probablement

 une

20 miliaria (milles) verſus auſtrum et occidentem inſularum Querkynnes ſita eſt.

Kabes قابس (p. 87), [ad Tun.] Abulf. قابس, Leo *Capes*, Marmol. *Capez*, Herbelot *Cabes*, Dapper *Kapes*, Shaw *Gabs* ita et Brucius *c*), (Plin. *Tacape*, Scylax *Epichus*, vid. Shaw l. c.).

A Neſta ad Kabes plus quam ſtationem habes d). Kabes vrbs eſt magna, illuſtris et ſecundum Abulfed. *e*), in Africa id, quod Damaſcus in Syria. *Habet fluuium deriuatum ad eam e magno quodam ſtagno* — [vel: *loco paluſtri f*)] *ſuper quo exſtructa arx Saga* قصر تجة, *diſtans a Kabes tribus miliaribus. In hunc fluuium, in quem ſe extendit fluxus ac refluxus maris, recipiunt ſe nauigia, quia portus, quem vrbs ad mare habet, parum valet, nec ab ventis protegit: ſed quoniam fluuius hic paruus eſt, ipſe quoque non capit nauigia, niſi parua.*

Quum

une ville moderne, qui prend ſon nom de la grande quantité de Concombres (فقوس Fakouſe), qui croiſſent dans ſon voiſinage. Scriptum eſſe deberet فقوص. Ceterum vid. vrbis huius delineationem apud Paul Lucas T. II. p. 137. Autor libri die Staaten p. 438 vbi haec: Die Hauptſtraſsen in dem tuneſiſchen Gebiete führen nach Goletta, Byſerta, Porto-Farino, Gallipa, Souſa, Meneſterra und Fax, darunter der letzte Ort der beſte, als welcher Ebbe und Fluth hat.

c) Leo p. 580. Marmol. T. II. 535. Dapper 294. Shaw p. 253. verſ. gall. et germ. pag. 103. Brucius p. 33. Plinius p. 211. Scylax Peripl. p. 46.

d) Timim. mſt. vrbem hanc maris mediterranei littori appoſitam, diſtare perhibet, ab vrbe Tripoli ſitum eundem obtinenti, 10 ſtationibus. وبينها (طرابلس المغرب) الي مدينة تسمي قابس عشر مراحل وقابس هذه علي ساحل البحر الرومي وكذلك طرابلس.

e) Vid. Abulfeda pag. 23.

f) In libro eſt غدير Sionita vertit: e magno quodam lacu. De la Croix T. II. p. 191 le fleuve *Caps* ou *Cabes*, inquit: ſort d'un deſert ſablonneux, près du mont de Vaſſalat.

Quum Edriſius de vrbis ſitu, minus accurate egerit, neſcio an de vetere vrbe vel noua, quas inter Shawius *g*) diſtinguit, in deſcriptione ſua locutus ſit. De fluuio ſibi conſentaneum habet Leonem *h*) et Shawium. Shawius *i*) fontis diſtantiam ab vrbe definit, ac cuncta illuſtrat. Si, quod coniicit, quodque ad rem noſtram multum conducit, *Aquae Tacapitanae* Itinerarii, fontes eius ſint i. e. lacus ille fabuloſus, ex quo oritur Edriſii fluuius, res indubitata eſt. Abulfeda *k*) quidem de duobus fluminibus e monte, qui ad vrbis meridiem eſt, decurrentibus loquitur, ſed id nos, rebus ita conſtitutis, non turbabit. —

Ita nimirum res ſe habet ſi vocabulum غدير per locos paluſtres reddis. Vertis autem per *lacum* vel *ſtagnum*, tum excitari poteſt de la Croix *l*) de lacu leproſorum, quem hic fluuius formet, verba faciens, ex quo lacu ergo fluuius iſte deductus ſit ad vrbem Kabes. Sed hoc falſum; et Edriſius noſter procul dubio iis adnumerandus eſt de quibus Shawius l. c. ſcribit geographos veteres et recentiores erraſſe, qui crederent flumen hoc lacus plures formare, et in monte Vaſelat oriri.' In hoc errore verſatur quoque autor libri Die Staaten etc. p. 448.

g) p. 252. verſ. gall. at p. 103 verſ. german..

h) p. 580. Huic, ait, fluuius quidam aquae calidae atque ſalſae praeterfluit.

i) La riviere de Gabs (inquit p. 253), le Triton des Anciens, tombe dans la mer au Nord de l'ancienne ville & fait du terrain, ſur lequel elle étoit ſituée une peninſule. Cette riviere n'a ſa ſource qu' à trois ou quatre lieuës ſeulement au Sud-Sud-Oueſt de Gabs (c'eſt là peut être, qu'il faudra chercher les Aquae Tacapitaine de l'Itineraire) & forme tout d'un coup un courant conſiderable (Aquam calidam obticent SHAWIUS et EDRISIUS) &c. vid. verſ. germ. p. 103.

k) pag. 23. *l*) T. II. p. 191. MARMOL. T. II. p. 135.

Arcem *Sagae* nemo poſt Edriſium memorat; loquuntur quidem de arce quadam Leo (l. c.) et Marmolius (l. c.) num autem eadem arx ſit, cuius Edriſius mentionem iniicit, ſubdubito. De portu quoque, quem Edriſius deſcribit, apud eos altum ſilentium. Vid. *Kaſr Rum; Saſakos; Kaſr Ibn Aiſchun.*

Tunes تونس (p. 87) [vrbs primar. Civ. Tun.] Abulfeda تُونُس *Tunus*. Bakui dat illi lat. 32′ 5°. Autor libri die Staaten habet Tunis ſub 36′ 58° lat. ſeptentr. et 9′ 10° long. orient. auſpic. a Lond. Vrbem quam Abulfeda (pag. 32) capitalem Africae, proprie ſic dictae, compellat, et Bakui *m*) magnam vrbem ac facile principem, eandem Edriſius noſter celebrat tanquam *antiquiſſimam, quae in Annalibus n) vocetur Larſis* لرسيس, *ab Arabibus vero, poſtquam bello eam expugnaſſent ac nouis aedificiis auxiſſent, compellatam fuiſſe Tunes. Larſis* diſerte in impreſſo legitur; Itaque Herbelotus, qui, id quod ex locis innumeris apparet, non Mſſ. Edriſii, ſed opus impreſſum ante oculos habuit, ex coniectura, ni fallor, annuente forſan Leone, *Tharſis* Edriſium expreſſiſſe aſſeuerat *o*). Leo enim, *apud quos*, inquit, *Tharſis eſt appellata, qualis ea, quae in Aſia eſt.* Num ex iisdem cum Edriſio fonti-

m) *Notices* T. II. p. 431. vbi haec: Grande ville du Mogreb, ſur le bord de la mer, c'eſt une de principales villes de l'Afrique; l'air y eſt ſain; les eaux y ſont bonnes; (Contrarium refert Brucius I, 21. . . . Das Klima iſt nicht geſund. Die Stadt liegt niedrig und feucht; gutes Waſſer fehlt hier); il y a des fruits, qu'on ne trouve point ailleurs, et toutes ſortes de poiſſons. Cf. Marmol. T. II. p. 447. C'eſt, inquit Marmol., une grande & ancienne ville baſtie par les premieres Arabes, qui vinrent en Afrique de l'Arabie heureuſe, ſous leur roy Melec-Iſiriqui (Rex Africus).

n) Pro التواريح leg. التواريخ Cl. III. ſect. 2. p. 2. lin. 14.

o) Vid. Herbelot ſ. v. *Tounes*, vbi haec: Le Scherif al Edriſi dit que cette ville eſt l'ancienne *Tharſis* d'Afrique &c.

fontibus, vel adeo ex ipſo Edriſio id hauſerit Leo *p)* non exputo, nec etiam memini, me vnquam de vrbe quadam in Africa *Tharſis* vel *Tharſus* nomine, legere, et *Themiſſa* veterum, quacum quidam vrbem Tunes confuderunt, ſub hoc nomine vix latere poteſt.

Lectio quidem لرسيس *Larſis* adfecta eſt; aſt nihilominus bene ſeſe habere videntur, quae diximus. Pro Larſis enim reſcribi debet, monente Th. Hyde *q)* *Tharſchiſch* ترشيش: Ergone vrbs *Tunes* Sacri Codicis *Tarſchiſch?* Bocharti verba ſine dubio hunc locum reſpiciunt; "תרשיש, ait *r)*, Joſepho et Chaldaeis *s)* eſt *Ciliciae Tarſus;* LXX. Vulg. Hieronym. et Theodoreto *Carthago; arabi Geographo Tunis.*" Verum non probat Bochartus Edriſii ſententiam; et impraeſentiarum in *Tarſchiſch* eiusque ſitum inquirere, libelli noſtri moles non fert.

Sita eſt vrbs haec, ſecundum autorem noſtrum, *in medio ſinu quo exit e mari, ad lacum cuius latitudo ad 8 miliar. longitudo ad 6 miliar. accedit. Oſtium eius, Fom al Vadi* (فم الوادي) *t) appellatum, cum mare eam coniungit. Lacus iſte antea non erat, ſed effoſſus fuit per continentem et ad vsque vrbem Tunes deductus.* Ita

 Edri-

p) Vid. Leo p. 555.

q) "Male igitur in Impreſſo Cod. لرسيس; Mſt. exhibet ترشيش." Ita Th. Hyde ad Peritsol p. 24. not. 17.

r) Vid. Bochart. Phaleg. L. III. c. 7. p. 188.

s) Confer. Jo. Merceri &c. Comment. Locupl. in vates quinque priores &c. (cura G. C. Bürcklini &c. Giſſae Haſſ. 1695. 4.), vbi pag. 481. ad Jon. I, 3. Dicit Hagaon Tarſiſa eſſe Tarſum, At R. Mebaſſer dicit eſſe vrbem *Tunes* in Africa.

t) Vel ſecundum alios *Halk el vedi* (حلق) quod Itali *Guletta* tranſtulerunt. Vid. Herbelot l. c. et plura vid. ſub voce *Halc alouad.* Vid. Brucius T. I. Verſ. p. 20. De lacu hoc ita refert Thevenot p. 395. T. I. Wir fuhren nach Tunis auf einem Canale oder vielmehr Seegraben, der im Anfange ſehr enge, umb und umb, zur Fahung der Fiſche, unten am Waſſer mit vielem Schilfe beſetzt iſt, und ſich hernach weit ausbreitet.

Edriſius noſter. Vides ex hoc loco Cothonem Carthaginienſem Afros Tunetum vsque produxiſſe. Vid. Bochart. Phaleg. p. 513.

Situm huius vrbis etc. recte a noſtro eſſe definitum omnes, qui de ea ſcripſerunt autores facile euincunt *u*), modo in eo ab Edriſio abludere videtur Abulfeda, quod hunc lacum e mari ortum eſſe tradit. Geographus Perſa *v*) apud Herbelotum ambitum huius lacus ad 24 miliar accedere perhibet. Per oſtium illud, Fom al Vadi, cohaerere vrbem cum mari Edriſius, Marmolius et Shawius vna mente inter ſe conſentiunt *w*). Vid. Kairoan; Aſchaluna; Benezert et loca ſeqq.

Kartagena قرطاجنة (p. 87) (Jacuti mſt. قرطاجنة Timim. قرطاجنة) *ab oſtio huius ſtagni ad vrbem hanc tria habes miliaria vna cum dimidio. Arx Gerdan* (vid. infra) *ab vrbe Kartagena* 2 *miliaribus diſtat.* Nihil de vrbe, tot tantisque fortunae viciſſitudinibus omni tempore inſigni, praeter hanc diſtantiam habet; quam pſam autem forſan, lecto Shawio, minus accurate redditam eſſe dicas *x*). Secundum Timim. mſt. circi-

u) Vid. Leo p. 555. Marmol. T. II. p. 448. Dapper p. 274. de la Croix T. II. p. 193. ex *Gramaye* p. 78 breuiter haec adnotavit: elle reſſemble à peu près à la ville d'Utrecht. Shaw p. 196. verſ. gall. at germ. p. 76 ſq.

v) Sub voce *Tounes.* Cf. Marmol. l. c. p. 465. Abulfèd. l. c. qui idem tradit.

w) Shawius p. 194. verſ. gall. Marmol. l. c. Plura dabunt autores laudati, quibus add. Brucius (ſupra, vid. Algezaier). Tom. I. Verſ. p. 20.

x) Liv. lib. 30. c. 9. abeſt, inquit, Tuneta a Carthagine 12 millia ferme paſſuum; ce (addit Shawius p. 192) qui eit preciſement la diſtance qu'on trouve encore aujourd'hui entre cette derniere ville (Tunes) & un morceau du mur de l'ancienne Carthage, qui ſubſiſte encore près des grandes citernes. Idem Shaw. Polybium quoque lib. 24. ὁ δὲ Τύνης ἀπέχει μὲν τῆς Καρχηδόνος ὡς ἑκατὸν εἴκοσι ϛαδίας ſcribentem tuetur. Brucius eandem diſtantiam habet vid.

circiter 4 paraſangis ab vrbe Tunes diſtat بينها وبين تونس نحوًا من اربع فراسخ. Ceterum vid. *Satkura; Kasr Gerdan.*

Satkura سطقورة (p. 87). *Iuncta eſt terra Kartagena, qua occaſum ſpectat, ditioni* (Climati) *perſpicuo vrbis Satkurae y) pulchrae, quae tres vrbes continet; quarum vna*

Aſchaluna اشلونة (p. 87), *proxima vrbi Tunes eſt; tum*

Tangia تنجة (p. 87); vrbs haec diſtinguenda a *Tanger* ad fretum Gaditanum ſita, quam ſupra p. 180 deſcripſimus. [Forſan *Tunga* (*Tannica*) Shawii? p. 218]; *et*

Benezert بنزرت z) (pag. 87) [hod. ad Tun.] (Abulfed. نبزرت *Nabzert*, Leo, Marmol. etc. *Biſerta*, Shaw *Bizerta*, autor libri die Staaten: *Byſerta*, p. 410.) *Vrbs maritima, munita et per ſe* (في ذاتها) *minor quam Suſa* سوسة. Comparationem cum vrbe *Suſa* nemo autorum meorum inſtituit; Leo quidem vrbem paruam eſſe perhibet. In ſitu, ad mare ſcilicet, cum Edriſio conueniunt omnes, et Shawius voca-

vid. T. I. p. 20. verſ. germ. Adde, ſi placet; Dapperum p. 274. . . . ohngefähr 3 Meilen vom alten Carthago, (totidem Thevenot I, 403) et de la Croix T. II. p. 193. Ceterum cf. Herbelotus ſub voce *Karthage*; Leo p. 553. Marmol. T. II. p. 445. Abulfeda p. 6. Plura quoque habent Timim. et Jacut.

y) Apud Cardonne T. I. p. 36 occurrit vrbs Safatkura in confinio Biſertae ſita; quam ex ſitu facile pro Satkura Edrisii habebis. — Secundum Oberlin. eſt Satkura *Vtica*, Catonis morte celebris.

z) Paulo poſt exaratum eſt بنيزرت (ita quoque Timim. mſt. in marg.) et ſupra (pag. 250) نبزرت Nabzert, vti Abulfeda. Shawius p. 180, verſ. gall. et p. 68. verſ. germ. vbi deriuationem nominis huius ab incolis prolatam adducit, ſcribit بين شرط quod explicat per *filium Canalis.* — Caeterum obſeruandum eſt, ab Edrisio quodammodo differre Abulfedam; quippe qui vrbem hanc ad *Afrikiam* pertinere prouinciam aſſeuerat.

vocabulum حصينة (*munita*) abundantur tuetur, adeoque Noſter vbicunque ſidus reperitur *a*).

Ad latus eius orientale, pergit Noſter, *eſt lacus eius; qui ab ipſa nomen deſumſit, cuius longitudo eſt* 16, *latitudo vero* 8 *miliarium.* [His ipſis addit Cod. Par. *b*) والحلوة اربعة اميال في مثلها. Quid hoc? corruptum eſſe nemo non videt; Michaelis ſuſpicatur Abulfedam (vel potius Librarium) ſcripſiſſe (طولها اربعة اميال وعرضها في مثلها.] *Oſtium eius iunctum eſt mari ita, vt, quo magis in continentem penetrat, eo ſit latius, quo autem propius mari, eo ſit anguſtius et arctius.* Ita quidem Edriſius.

Abulfeda l. c. de duobus lacubus dulci ab auſtro, falſo ab oriente, multa ac varia ſecundum varios autores quos excitat, nobiscum communicauit. Edriſium, de vno lacu loquentem etc. tuetur Shawius *c*). Magnitudinem autem eius obticet. Marmolius pariter de vno lacu loquitur, ſed in duos diuidi *d*) ad marginem obſeruatum eſt.

Tandem

a) Abulfed. pag. 21 ſq. ex verſ. Reiſk. *Nabzart* eſt *portus* Tuneti. Leo p. 552. Marmol. T. I. p. 437. Dapper p. 286. de la Croix T. II. p. 221. Herbelot ſ. v. Biſerte: Shaw p. 179. & huit milles (inquit Shaw) au Sud-Oueſt du *Cap Blanco*, & dans le fond d'un grand golfe, ſe trouve la ville de *Bizerta* agreablement ſituée ſur un Canal entre un grand lac & la mer. Elle a environ une *mille de circuit*. & eſt defendue *par pluſieurs Forts & batteries*, dont les principaux ſont du côté de la mer. Idem verſ. germ. p. 68.

b) Vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 601.

c) Shaw p. 180. Le lac, ait, ſur lequel *Bizerte* ſituée, a *communication avec la mer*, et p. 181. Ce Canal de Communication entre le lac & la mer (i. e. *oſtium* Edrisii) fait le port d'Hippone, qui ne reçoit à preſent que de petits vaiſſeaux &c. Verſ. germ. pag. 69.

d) Tom. II. p. 437. La mer entre auprès par un Canal etroit qui s'elargit peu à peu en tirant vers le midi & forme un grand lac (autrefois Ipodiaritos, aujourd'huy Alboheyra. Verba ſunt margin.); qui ſe ſepare en deux.

Tandem (ait Noſter) *Tunem inter et Benezert eſſe iter per pedes eunti uno die vix abſoluendum e).* Non differunt autores. Leo l. c. 35 miliaria habet; Marmolius (l. c.) "à dix-ſept lieus;" Thevenot II, 394, "60 Meilen."

Marmolius *f)* pro *Vtica* vrbem hanc habet. Shawio *g)* ſummo iure contra Hippo Diarrhytus, Dirutus, vel Zaritus eſt, ex quo nomen Biſerte corruptum eſſe, docet. Conſentit Oberlin. Vid. *Tabarka; Ras Taref.*

Tabarka طبرقة (p. 88) [hod. ad. Tun.] *A Benezert ad vrbem Tabarka h) 70 habes miliaria.* Et paullo poſt: *A Tabarka ad extremitatem ſinus* (Azkak) *via recta habes 15 miliaria; flexuoſa vero 24.* Cod. Par. (l. c. p. 602 vid. not. h) ex opere integro addit, quae ſequuntur: وطبرقة حصن علي البحر قليل العمارة وحوله عرب لا خلاق لهم وبها مرسي المراكب

Thabraca

e) De ſitu huius vrbis TIMIM. mſt., ita refert: بين تونس وبونة بليدة صغيرة تسمي بنيزرت بينها وبين تونس يوم تام في البر i. e. Tunim inter et Bonam oppidum eſt paruum Benizert vocatum, quod ab vrbe Tunes diei iuſti itinere terreſtri diſtat &c.

f) l. c. Ptolemée, ait, la ville (Biſerte) nomme Vtique. Margini adiecta ſunt verba: autrefois Ipodiaritus. Sibi non conſtat MARMOL. p. 445 enim ait: Port Farine, où l'on voit d'un coſté les ruines d'une ancienne ville, qu'on dit Vtique &c. Pro Vtica eam quoque habet THEVENOT II, 394.

g) l. c. Bizerta ou Hippo Diarrhytus, Dirutus ou Zaritus. Le mot Bizerta eſt une corruption de l'Hippo Diarrhytus ou Zaritus des Anciens, quoque les Habitans du païs le derivent de leur propre langue, diſant que c'eſt le *Ben Shertd*, qui veut dire l'Enfant du Canal, ou du ruiſſeau. Cette etymologie, quoiqu' aſſez ingenieuſe ne ſçauroit pourtant être reçue, puisqu' elle repond en partie à la ſignification du Diarrhytus des Grecs & de l'Aquarum irrigua ou bien arroſée de Pline. (Lib. 9. Ep. 33.)

h) Cod. Par. vocabulum مدينة omiſit. Idem pro بنيزرت exhibet بيزرت italice ſcriptum contra orthographiam ante ab autoribus, EDRISIO et ABULFEDA receptam. Vid. EICHHORN Bibl. l. c. pag. 601 ſq.

Thabraca et *Tabraca* ſcribit Shawius *i*), et obſeruat hodie pronuntiari *Tabarka*. Loquitur ille de loco hoc in deſcriptione regni Algerienſis, addit autem, in caſtro quodam paruo eſſe praeſidium Tuneteniſum. Num ad Algerienſe vel Tunetenſe regnum ſecundum Edriſium pertineat, in incerto ſum. Eſt forſan inſula Tabarka, hodie ſub ditione Tuneti regni (Thevenot I, 397. Poiret I, 230. Brucius T. I. verſ. p. 19 ſq.). Subdubito; Dapperus enim de vrbe huius nominis loquitur, quae forte conuenit *k*). Vid. *Baga*; *Mars al Charaz.*

Bona بونة *promontorio proxima* (p. 88) Abulfed. بُونَة, Timim. بُونَة, Leo *Bona*, Poiret *Bonne*, Shaw *Bona* et, quemadmodum apud incolas audit, Blaid el Aneb [Leo, Beld el huneb *l*)]. Idem Shaw nomen Bona corruptum eſſe perhibet ex Hippone vel Hippona *m*). — *Imminet vrbi Bonae ex parte ipſius ſepten-*

i) p. 123. Les ruines, inquit, de l'ancienne *Thabraca* ou *Tabraca* nommée préſentement *Ta-barka* (conſentit OBERLIN pag. 272) s'etendent ſur ſes bords (de fluuio Guadilbarbar ſermo) à l'occident &c. — LEO, ſed obiter tantum, vbi de fluuio Guadilbarbar loquitur, memorat Tabracum portum deſertum p. 738.

k) p. 271. Verba eius: Tabarka liegt an der See, und iſt der Fiſcherey wegen, die dichte dabey geſchiehet, ſehr berühmt. Recht gegen über liegt die *Inſel* Tabarka. POIRET I, p. 236 ruinas vrbis *Tabrarca*, deſcribit.

l) POIRET T. I. p. 179 effert *Baled el unied*, ſimulque cauſam denominationis his verbis addit: Man ſieht hier beſonders viele Obſtgärten, worin vor andern der Sebeſten oder Bruſtbeerbaum in groſser Menge gezogen wird. Der arabiſche Name dieſer Stadt, *Baled* &c. bezeichnet aus dieſer Urſache einen Platz wo dieſer Fruchtbaum beſonders häufig anzutreffen iſt. Cf. SHAW verſ. germ. p. 44 vbi idem fere legimus. LEO p. 545 *Zizyphorum ciuitas* exponit et propter magnam eius fructus copiam ſic appellari contendit. vid. not. ſeq.

m) SHAW verſ. gall. p. 118. germ. p. 44. LEO pag. 544 ſq. Add. POIRET I, 167 ſq. 170. BRUCIUS T. I. Verſ. p. 19. CASIRI in Bibl. T. II. p. 80. praeclare ita ſcribit: *Bona* ſpectat ad *Belad al unnab* (بلاد العناب) i. e. ad Zizyphorum Regionem quibus maxime abundat. vid. not. praeced.

ſeptentrionali mons Iadog. Inter vrbem Mars al-Charaz et Bonam intercedit ſtatio vna n); expugnata eſt anno 548 (I. C. 1152-53); eodem ergo anno, vt ſupra (vid. Prolegom.) vidimus, quo librum in lucem emiſit Edriſius. Victoris Rogerii nomen h. l. omiſſum. Cod. Pariſ. *o*) verba Edriſii, quae de vrbe hac exponunt, in Impreſſo autem deſunt, ita excitauit:

وبونه وسطه ليست بالكبيره ولا بالصغيره وهي علي بحر الخزر

وكانت لها اسوار حسنه وبساتين قليله واكثر فواكها من باديتها

i. e. *Buna vrbibus mediae magnitudinis adnumeranda, neque enim eſt nimis magna, neque nimis parua. Adiacet mari Chazar; habet (equites conſpicuos) mercatus conſpicuos, hortos paucos; at in campis eius ſatis frumenti prouenit.* Mare Chazar eſt, ſi recte iudico, mare mediterraneum, vel a regione quadam, forte ab vrbe Mars al-Chazar; vel a corollarum piſcatu ita denominatum. Lectio enim Chazar, ſaepius quidem in Cod. Pariſ. (ſemel etiam in editione Edriſiani operis typis diuulgata, deprehenditur) recurrens, procul tamen dubio vitioſa; lectioque verior Charaz *p*). — In mentem mihi venit, pro اسوار forte eſſe legendum اسواق. Scilicet Leo nonnullos ciuium mercaturam exercere refert, quocum Shawius amice conſentit *q*). Vix enim mihi perſuadeo hoc verbo ad graecum

n) Jacuti mſt. ita refert: بونه مدينة في اقصي افريقية بين موسي الحرر وجزيرة بني مزغناي i. e. Bona vrbs in extremitate Muſi al Harar et inſulam Beni Mazganni. — Pro موسي الحرر quod mſt. habet, procul dubio legendum مرسي الخزر *Mars al Charaz.*

o) Vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 596.

p) Vid. infra Mars al Charaz; et ibi locum ex Leone adſcriptum.

q) Leo p. 545. Audi eundem pag. ſequ. ita differentem: Solent in hanc ciuitatem quotannis Tunetani, Gerbenſes atque Genuenſes confluere, maximamque frugum atque butyri copiam emere. Singulis diebus Veneris extra vrbem non procul a muris mercatum habent,

graecum vocabulum (Hippo, ἵππος) graecamque nominis originem de qua nonnulli ſomniarunt, reſpexiſſe Edriſium, originum ex etymologia petendarum alias minus curioſum. De hortis, quorum noſter mentionem facit, plura ſcribit Poiret l. c. vocabulum قليلة (*paucos* deſignans) ſua obſeruatione refutans; at de frumenti abundantia caeterorum ſcriptorum neminem ſibi contradicentem habet Edriſius. *Inter montes*, vt diximus, excellit

Iadog يدوغ *tam altitudine ſumma, quam ferri fodinis.* (vid. paullo ante.) — Abulfeda p. 20 in extremo Begiaiae imperio, et initio Africae ſitam eſſe vrbem Bonam ex Saidide adnotauit, qua in ſitus definitione autem a veteribus geographis *r*) vel maxime differt *s*). Laudat idem terrae bona, nihil autem neque de montibus neque de ferri fodinis tradit. Qui de Bonae montibus, in eius occidente ſitis, peculiari ſectione expoſuit, Leo p. 592, nihil tamen in medium protulit, quod aſſerta Edriſii vel firmare

habent, qui in Veſperam vsque frequentiſſimus eſt. SHAW ed. germ. p. 44. Es wird eine groſse Menge Korn, Wolle, Häute und Wachs jedes Jahr von dieſem Orte eingeſchifft, der durch beſondere Sorgfalt und Aufmunterung zum blühendſten Handelsplatze könnte gemacht werden. Adde BRUCIUM I, p. 89. . . . die einen groſsen Handel mit Waizen treibt, wenn die Regierung zu Algier in fruchtbaren Jahren deſſen Ausfuhr erlaubt. Opifices varii generis recenſet POIRET I, 172. et inter alia haec habet: Auſserdem findet man auf dem *dortigen Markt* oder *Baſalt* (vel POIRETI vel Interpretis eius germanici vitium, pro *Bazar*) alle Arten von Kramwaaren und Lebensmittel.

r) Vid. SHAW p. 119. verſ. gall.

s) Idem tamen docet TIMIM. وهي مدينة بونه اول حد بلاد افريقية i. e. vrbs Bona prima eſt vrbium terrae Afrikiae. Alio loco *vrbem paruam* vocat: ومن مدينة تونس الي مدينة صغيرة علي ساحل البحر تدعي بونة ومعني هذه اللفظة بلسان الافرنج جيده ست مراحل, i. e. ab vrbe Tunes, ad vrbem *paruam* Buna, littori maris appoſitam 6 ſtationes. Buna apud Francos *excellens* (*bona*, praeclara) audit.

firmare vel labefactare poſſet. Marmolius montem Iadog pariter ſilentio praetermittit, imo Bonam ſitam eſſe ad flumen Iadoc conſtanter aſſirmat *t*). Shawius vero l. c. de monte *Edough* verba faciens, Edriſium tuetur, licet ferri fodinas non memoret.

Azkak ازقاق (p. 88) *u*). *Ab vrbe Bona, quae proxima eſt promontorio* (الطرف), *ad ſinum Azkak habentur 6 miliaria. A ſinu hoc ad*

Mars al Charaz مرسى الخرز (p. 88); *et hinc ad Tabarkam 24 miliarium iter. Sita eſt vrbs al Charaz e regione vrbis Bagae ſeptentrionem verſus prope v) ad mare. A Bona vrbe diſtat interuallo vnius ſtationis. Vrbem hanc inter et Bagam magnae ſtationis eſt interuallum.* [Cod. Par. l. c. hunc locum ex Edriſio ita excitauit ويقابل باجا على البحر مرسى الخرز مدينة صغيرة عليها سور حصين i. e. *E regione vrbis Bagae, et quidem ad mare, ſita eſt vrbs parua, at firmis moenibus cincta, nomine Mars al Chazar* (ſic ſcribit, pro Edriſii Mars al Charaz; at perperam). Vides librarium nunc plus nunc minus ex Opere Edriſiano Codici ſuo adſcripſiſſe.] Bakui, qui nomen iisdem characteribus exprimit, laudat vnionum et coralliorum piſcatum, vnde etiam, ni fallor, nomen vrbis deriuandum. (Vid. paullo ante Bona.) — Teſte Abulfeda ab oriente Koſtinae iacet, in extremo fine Begiaiae. Apud Leonem et Shawium occurrit *Marſa* oppidum, ſitum in

t) Tom. II. p. 434. Sed caſtigatur a SHAWIO p. 120. verſ. gall. not. Verſio germ. his caret; at mappa offert M. *Edugh*.

u) Vrbibus ante memoratis deſcriptis, in ſinu Tunetano et eius confiniis diu multumque moratur, ac ſaepius ad vrbes Kabes et Saffakos, de quibus ſupra mentionem fecimus, reuertitur EDRISIUS.

v) SIONITA vertit ad oras maris. In libro eſt بحر quod ſenſu carere videtur. Procul dubio legendum بحر; mutatio ر in ر facilis eſt.

in eo loco, vbi Carthaginienſium portus fuit. Vix credo oppidum hoc cum noſtra vrbe conferendum eſſe *w*). — Pergit Noſter: *ab hac* (Tabarka) *ad extremitatem ſinus* (طرف الجون) 15 *miliaria via recta; arcuata vero* 24. *Ibi eſt promontorium* (طرف), *quod vocatur*

Menſchar المنشار (p. 88); *diſtat* 16 *miliaribus*. Eſt forſan, quod in mappis viſitur, *Cap Blanco* vel Cap Serra Shawii p. 177. *Hinc ad arcem*

Abi Chaliſa ابي خليفة (p. 88) *decem miliaria. Hinc ſinum perluſtrando recta via habebis* 20 *miliaria; arcuata vero* 28 *miliaria — tum ad*

Ras Taref راس الطرف *x*) (p. 88) 12 *miliaria; hinc ad Benezert* 8 *miliaria; et ab hoc* (Ras Taref) *ad*

Beni Vagas بني وجاس (p. 89) *portum; ad*

Kasr Mars al Vadi قصر مرسي الوادي (pag. 89) 3 *miliaria. Eſtque hoc oſtium parui cuiusdam fluminis. Hinc ad*

Kasr y) *Tarſcha* قصر ترشة (p. 89) *tria miliaria; hinc ad*

Kasr

w) Leo p. 570. Shaw p. 159. De coralliorum piſcatu et de arce quadam loquitur Leo p. 546 in vrbis Bonae deſcriptione, et Mars al Charaz in huius vrbis vicinia ſita eſt. Verba Leonis haec: Non procul hinc locus quidam eſt in mari, in quo eſt maxima corallii copia: et quoniam illud expiſcandi artem non nouerunt, Tuneti rex Genuenſibus quibusdam mercatoribus eius rei copiam fecit: qui quum propter piratarum crebras iniurias nihil efficere poſſent, rurſus a rege impetrarunt *ut arcem in vicino loco* extruerent &c. Habes hic quidem arcem, ſed recens conditam; ergo cum Edriſii vrbe non comparari poteſt. Quomodocunque autem res ſe habeat, ſitus vrbis huius ex Edriſio ceterisque Arabibus manifeſtus. * Coralliorum piſcatus mentionem quoque facit Bruceus I, 20. Adde Poiret I., 23 &c.

x) Taref nomen proprium eſſe videtur. Num recte per caput redditum ſit necne, dubius haereo. Sionita vertit: *tum ad ſummitatem promontorii;* hoc eſſet promontorium *Menſchar* (*Almenſciar* Sionita effert).

y) Vocabulum قصر *Kasr* h. l. et in ſequentibus retinuimus; arcem denotat. Sionita *turris* reddit. Obiter moneo Kurzmannum ſilentio praetermiſiſſe diſtantiam huius arcis a Kasr Mars al Vadi.

Kaſr Suli قصر صولي (p. 89) 5 *miliaria; hinc ad*

Ras al Gebel راس الجبل (p. 89) *duo miliaria; et hoc promontorium vocatur Ceniſa* الكنيسة *z*). Senſus forſan: ab arce Suli ad extremitatem promontorii Ceniſa vocati. — *A Ras al Gebel ad*

Nagerda نجردة (p. 89) *fluminis oſtium a*), *via flexuoſa 6 miliaria.* Forſan lectio Nagerda affecta atque Megerdam *b*) flumen, quod veteres *c*) Bagrada compellabant, in animo habuit Edriſius. Legendum itaque eſſet بجردة Secundum Timim. Mſt. flumen *Bagardaha* بجردة, ad dimidium ſtationis ab vrbe Tunes diſtat, ex monte ibi exoritur ac in mare Mediterraneum ſeſe exonerat." Verba Timimaei ipſa, vbi de fluuiis Magrab exponit, haec ſunt: فاول ذلك نهر ببلاد افريقية علي نصف مرحلة من مدينة تونس يسمي بجردة ينصب من جبل هنالك ينتهي الي البحر الرومي. Pergit Edriſius: *et ab oſtio fluminis* (*huius*) (موقع الوادي) *ad*

Kaſr Hale قصر حله (p. 89) 4 *miliaria d*); *hinc ad*

Kaſr Gerdan قصر جردان (p. 89) 2 *miliaria; hinc ad vrbem Kartagena 2 miliaria; hinc ad fauces fluminis Tunes* 3 *miliaria; hinc, ab oſtio fluminis* (فم الوادي *Nagerdae?* putem *Tunes*) *ad*

S 2 *Kaſr*

) In libro eſt طرق; procul dubio legend. طرف.

) موقع hac ſignificatione non occurrit apud GOLIUM

) Vid. LEO p. 738. SHAWIUS de *Mejerda* pro more ſuo docte verba facit p. 138. verſ. gall. et germ. p. 70.

) Vid. BRUCIUS T. I. Verſ. p. 21. THEVENOT II., p. 397. imprimis vero BOCHART. Phal. L. 1. c. 24. p. 532. qui varia huius fluminis nomina, vt ex vno fonte deducta, fuſe dilucidat.

) Errore quodam deceptus KURZMANNUS ad h. l. arcem *Hale* 4 mill. paſſ. diſtare perhibet; et ad Kaſr Gerdan diſtantiam nullam notauit.

Kaſr Gehennam قطر جهنم (p. 89) 12 *miliaria; ad*

Kaſr Farbas قصر فربص (p. 89) 16 *miliaria; ad*

Afran افران (p. 89) *promontorium* (طرف), 14 *miliaria; et hoc eſt promontorium* (قرطيل) *in mare procurrens. Omnis ergo via flexa huius ſinus eſt* 74 *miliarium; traiectus vero rectus a Ras al Gebel ad promontorium Afran* 28 *miliaria.'* — Non intelligo.

'Porro (pergit Edriſ.) *e medio ſinus, vbi eſt oſtium fluminis Tunes ad promontorium Afran viam rectam ſi proſequeris, habebis* 28 *miliaria; flexam vero ſi petis* 56. *A promontorio Afran ad*

Marſ' al Nachla مرسي النخلة (p. 89), *vel portum Nachla,* 6 *miliaria;' hinc ad*

Kaſr Manzut قصر منزوت (p. 89) 12 *miliaria; hinc ad*

Kaſr Nuba قصر نوبة (p. 89) 30 *miliaria. Ita ab oſtio fluminis Tunes ad Nuba* 70 *miliaria.* — Calculum Edriſii non intelligo; nam 28 + 6 + 12 + 30 = 76 vel 56 + 6 + 12 + 30 = 104. Detegere errores poſſum, emendandis non par ſum. — Vid. *Ras Rachima.* Reſpectu ſitus huic arci forſan conuenit hod. *Low-harih*, de quo Shaw ſcribit *e*): *E regione Nubae eſt*

Algiamur magnum الجامور (p. 89), *in mari ſitum, diſtans a Kaſr Nuba* 12 *miliaribus; et*

Algiamur paruum (p. 89); *et inter haec habentur ab inuicem ſeptem miliaria.* Olim in eo fui, vt mihi perſuaderem, ſub his nominibus latere Syrtis maioris et minoris veſtigia. Situs tamen minime huic con-

e) Vid. Shaw verſ. germ. p. 79. Zwo Seemeilen nach Oſtnordoſten von *Sidy Doude* (delubro quodam, iuxta ruinas Vet. Niſua vel Miſua) und ein wenig ſüdwärts von dem Vorgebirge des Mercurii iſt *Low-harib*, das *Aquilaria* der Alten &c. vid. not. ſeq. h.

coniecturae fauet; et, ſi recte video, pro inſulis habenda ſunt haec locorum nomina. Shawius de inſulis Zembrae vel Zowamures, verba facit, quae, niſi me omnia fallunt, optime conueniunt. Situs ſane idem. Soni etiam ſimilitudo parum abludit; ſed ad hanc ſimilitudinem equidem non prouoco *f*). *A Ras Rachima diſtat Algiamur paruum 6 miliaribus.*

Ras Rachima راس الرخيمة (p. 89) *inter et Algiamur paruum 6 miliaria. A Kasr Nuba via recta per ſinum ad Ras Rachima interuallum vnius miliaris. Huius ſinus menſura eſt per flexus ſuos 6 miliarium; eſtque totus vadoſus et ſalebroſus* (وهو قصير كله). Forte hodie *Cape Bon.* Vid. paullo poſt Bakle et infra not. f. *A promontorio Rachima ad*

Bakle البقلة (p. 89) *promontorium* (طرف); *Eſt autem hoc extremitas* (طرف) *montis g*), *Adar* ادار *dicti, ac ſiti ab orientali parte Aklibiae.*

Promontoria Bakle et Rachima habenda eſſe pro partibus montis Adar coniecerim (diſtantia ſaltem nulla eſt notata); vnum autem ex his eſſe promontorium Mercurii vel promontor. Hermaeum, hodie Cape Bon, vel, vt apud Mauros vocatur, *Ras-addar h*).

f) Shaw verſ. gall. p. 202 et germ. p. 80. Verba eius haec: Die zwo Inſeln *Zembrae* oder *Zowamures*, wie ſie die Tuneſer nennen, liegen unter dieſem Vorgebirge (*Cape Bon*; de quo ſtatim loquimur); die kleinere, nicht weit von der Küſte, die gröſſere vier Meilen weit. Probe! Sonum hunc quoque imitatur Inſula *Aegimurus*.

g) Impreſſum exhibet خبل; ſed procul dubio legendum جبل.

h) Vid. Shaw verſ. germ. p. 80. vbi ita: *Cape Bon*, das *Ras-addar* der Mohren, und das *Vorgebirge Mercurii* oder des *Hermes* der Alten, iſt ungefähr eine Seemeile Nordwärts von *Lowha-rib* (not. e Low-harih) gelegen. Mir wurde von den Nachbarn berichtet, daſs ſie von hieraus, bey ſehr ſchönem Wetter, die Berge von Sicilien erkennen könnten, die doch über zwanzig Seemeilen davon entfernt ſind. Die zwo Inſeln &c. vid. not. praeced. f.

Aklibia اقليبية (p. 89) [Marm... ...ca- *libie i*); Cardonne, *Calibia k*); Shaw, *Clybea*, et, eodem teſtante eſt Graecorum Ἀσπις et Latinorum *Clupea* vel *Clypea l*). Hinc putem legendum eſſe القليبية *al Kalibia*]. *Ab extrema parte* [طرف *m*).] *Aklibia* (l. al Kalibia) *ad Monaſter* (منستير; vid. paullo poſt) *ſpatium vnius curſus*. (i. e. vt paullo poſt videbimus 127 miliaria. vid. *Kasr Ibn al Gad.*) *Nam vela faciens ab Aklibia ad*

Kasr Abi Marzuk قصر ابي مرزوق (non ابني) (p. 89) *habes miliaria ſeptem.* Forte *Gurba*, olim *Curobis* vel *Curubis*; diſtantia fere eadem, ſed nihil definio *n*). *Hinc ad*

Kasr Lobna قصر لبنة (p. 89) 8 *miliaria; et a Lobna ad*

Kasr Sad قصر سعد (p. 89) 4 *miliaria. Ab arce Sad ad*

Kasr Karie قصر قرية (p. 89) 8 *miliaria* — *ad promontorium*

Tuſihan طرف توسيهان (p. 89) *miliaria decem. Protenditur Tuſihan in mare ad miliare et dimidium; eſtque*

i) Vid. Marmolius T. II. p. 495. C'eſt une fortereſſe, baſtié ſur la coſte entre Tunis et Hamamet &c.

k) Cardonne T. III. p. 56. vbi haec: Viele Städte ſeines Reichs (de Muley Haſſan ſermo eſt) z. B. Suſa, Monaſter, Mahadia, Aſſacos, und *Calibia* empöreten ſich &c.

l) Shaw verſ. gall. p. 202 et germ. p. 81 vbi inter alia haec: Es iſt nichts mehr von dieſer alten Stadt übrig; denn das Caſtell iſt von neuerer Bauart; und was man heut zu Tage *Clybea* nennt, das iſt ein elender Haufen Hütten, eine Meile weit von dem alten entfernt.

m) Bene ſe habet vocabulum طرف et ſitui vrbis pulchre reſpondet. Audi Shaw l. c. Clybea iſt auf einem kleinen Vorgebirge, dem Taphitis des Strabo, gebauet, das, weil es die Figur eines Schildes, oder einer Halbkugel hat, zu dieſem Namen Gelegenheit gegeben hat.

n) Shaw l. c. *Gurba*, das alte *Curobis* oder *Curubis* liegt ſieben Seemeilen von Clybea. Es war vor Zeiten ein anſehnlicher Ort.

eſtque veluti dens proſiliens ac exertus. Ab hoc dente (i. e. procul dubio: *promontorio o*); paullo ante enim adfuit (طرف) *ad*

Kaſr Tuſihan قصر توسبهان (p. 89) *per ſinum* (في الجون) 4 *miliaria.* Hanc arcem ſilentio praetermiſit Kurzmann in Comment. ad h. l. *Hinc ad*

Kaſr Nabal قصر نابل (p. 89) [Leo effert *Neapolis p*); Marmol. *Nebel* vel *Nabis q*); Shaw, *Nabal r*) *miliaria habemus octo.* Leo oppidulum Neapolis a Mauris, *Nabel* vocatis, cultum eſſe perhibet. Shawio autore oppidulum hodienum, ſtadii interuallo a veteri Neapoli diſſitum, ob vaſa, quae ibi conficiuntur, admodum claret. *Hinc ad*

Kaſr Hit l. *al Heiat* قصر الحياط (p. 89) *miliaria octo. Inter hanc arcem et mare interuallum duorum fere miliarium. Hinc ad*

Kaſr Nahal l. *Nahl* قصر النحل (p. 90) *ſex miliaria. Tum ad*

o) Promontorium indigitari vix dubitem." Golius quidem ſub voce سن hanc ſignificationem non profitetur; aſt ſuccurrere videtur vſus linguae hebraeae, vbi ſaltem שן cum סלע iunctum *montem altum, rupem acutum*, ſonat. Vid. loca Hiob c. 39. v. 28 vel 31. et 1 Samuel. c. 14. v. 4. vbi et in verſ. Syr. vocabulum ܫܢܐ per *promontorium*, vel *cacumen petrae* explicandum venit. Ac Syris hunc ſignificatum omnino n[illegible]notum eſſe, diſces ex Assemani Biblioth. Orient. T. II. p. 2[illegible]

p) Vid. Leo p. 569. et qui eum ſequitur, Dapper p. 284.

q) Marmol T. II. p. 494. Leonem quoque ante oculos habuit.

r) Shaw verſ. gall. p. 240. germ. p. 82 vbi haec: „Wenn man *Gurba* verlaſſen hat, ſo kömmt man nach *Nabal*, einem reichen und nahrhaften Städtchen, das wegen ſeiner irdenen Gefäſse ſehr berühmt iſt. Es liegt ſehr niedrig, eine Meile von der Seekuſte; und ohngefähr eines Feldweges weit nach Weſten zu, iſt das alte Neapolis, das eine weitläuftige Stadt geweſen zu ſeyn ſcheint &c.

Hamamet promontorium طرف الحمامات, *miliaria ſeptem s)*. Supra de vrbe Hamamet ſermo fuit, Shawio autore, humili promontorio impoſita. Verum editio Itinerarii Shawii ſecunda et verſ. germ. hunc ſitum tacent; imo et in diſtantiis deſignandis abludunt *t)*. Quare coniecerim, promontorium quidem Hamamet ad vrbem eiusdem nominis initium habere; deinde vero mare verſus vlterius ſeſe extendi. *Hinc ad*

Kasr Manar قصر المنار (p. 90) *miliaria quinque; a mari remota eſt Arx Manar.* Shawius de promontorio eiusdem nominis verba facit *u)*; ſed vix convenit. Nec *Menarah*, mauſoleum magnum, de quo Shawius idem ſermonem inſtituit, in animo habuiſſe videtur Edriſius; ſitus tamen idem et diſtantia fere eadem *v)*. Pergit Edriſius: *ab hac arce ad*

Kasr Marſad قصر المرصد (p. 90); (diſtantia deficit) *tum ad*

Kasr Morabetin قصر المرابطين (p. 90) *6 miliaria. Sita eſt haec arx in terra plana ſinus* (جون فاغ) *Madſun w)*. Sinus Madſun Edriſii forte planities illa, quam

s) *Septem miliaria* deſunt in verſione SIONITAE et in Comment. KURZMANNI.

t) SHAW verſ. germ. p. 82 vbi haec: Wenn man (von Nabal) *zwo Seemeilen weit* durch einen ſteinichten Weg fortgeht, der auf eine angenehme Art mit Olivenbaumen beſetzt iſt, ſo kömmt man nach *Hamam-et*, welches, wie uns LEO berichtet, ungefähr zu ſeinen Zeiten [illegible]et wurde (vid. ſupra p. 259 verſ. gall.) &c. Promontorium *Hamamet* paullo ab vrbe remotum eſſe ex SHAWIO item colligo. Vid. verſ. germ. p. 96.

u) Vid. SHAW verſ. gall. p. 178.

v) Vid. SHAW verſ. germ. p. 83 vbi, quae ſequuntur: Ein wenig jenſeits *Caſſir Aſeite* (Eſtne *Kasr Marſad* EDRISII? non liquet) kömmt man in eine *weite Ebene, die bis Herk a ſich erſtrecket* . . . und innerhalb dieſer Ebene, *zwo Seemeilen von Hamam-et*, iſt *Menarah*, ein groſses Mauſoleum, das 20 Ellen im Durchſchnitte hat, cylinderförmig gebauet iſt, und ein Gewölbe unter ſich hat.

w) SIONITA vertit: Sita in imo continente Madſun.

quam memorat Shawius (vid. not. v); vel locus quidam paluſtris, de quo idem l. c. verba facit *x*). *Et hinc ad*

Madſun promontorii extremitatem طرف قرطبل المدفون (p. 90) *ſex habemus miliaria.* Forte *Jibbel Hadeſſa* Shawii *y*). *Hinc ad*

Ehraklia حصن اهرقلية (p. 90) [Leo offert *Eraclia z*); Marmolius, Dapper et de la Croix, *Héraclée a*); Shawius, *Herkla;* idem pro *Adrumeto* veterum habet *b*); Oberlin vero comparat *Horrea Coelia c*)] *arcem, 8 miliaria.* Autores laudati, excepto Shawio, parum etiam de oppido hoc tradunt. *Tum ad*

x) Vid. not. v. et paullo poſt: *Zwo Seemeilen weiter* (ante de planitie et de colle *Sellume* in eius medio ſito, item de ruinis portus cuiusdam parui, quem olim ad vrbem *Faradiſe* pertinuiſſe exiſtimat Shawius, ſermo fuit), an dem Ufer, trifft man ein groſses Stück Marſchland, nebſt einem nahgelegenen See an, der ſich beſtändig durch daſſelbe in das Meer ergieſst. Iam opportune addit: Eine Brücke, oder oft auch nur ein gepflaſterter Weg, war vor Zeiten über die ganze Länge dieſes Moraſtes, zu nicht geringer Bequemlichkeit und Sicherheit derjenigen gebauet, *die ihn auf ihrem Wege nach Herkla und Suſa paſſiren muſsten.*

y) Vid. Shaw verſ. germ. p. 96 . . . der Proſpect iſt auf beyden Seiten durch hohe Berge geſchloſſen, von denen ſich die ſüdöſtliche Reihe bis *Jibbel Hadeſſa, und dem Gränzſee* erſtrecket. Cf. not. praec. vbi poſt verba: *paſſiren muſsten* additum legimus: *Dieſen Moraſt*, nebſt dem aus ihm flieſenden ſumpfichten Bache, halte ich *für die Gränze* zwiſchen Zeuzitania und Bizazium nach dem Meere zu. Et Herkla, vbi de vrbibus Bizazii verba facit, primo loco occurrit.

z) Vide Leo p. 571 vbi paucula haec: *Eraclia* oppidulum vetuſtiſſimum a Romanis in monte quodam exſtructum, ab Arabibus poſtea deletum fuit.

a) Marmol Tom. II. p. 495. Dapper p. 289. de la Croix Tom. II. p. 228. Hi ad verbum Leonem ſequuntur.

b) Shaw verſ. gall. p. 297 et germ. p. 96 vbi inter alia: *Herkla*, das *Heraklea* des untern Reichs, das *Juſtinianea* der mittlern und das *Adrumetum* der älteſten Zeiten . . . lag *zwo Seemeilen* nach Südoſten von dem Moraſte, den ich für die Gränze zwiſchen Zengitana und dieſer Provinz (Bizazium) halte. Vid. paullo ante nott. x. y. Idem paullo poſt *ſinum* Herkla laudat.

c) Vid. Oberlin p. 272.

Suſa سوسه (p. 90) [Abulfeda pronuntiat سوسه (num سُوسَه? vtique; vid. Eichhorn) *d*); Timimaei Mſſ. effert سُوسَة; سوسة, aſt ſine fixione ſcriptum, quoque exhibet Caſiri *e*); P Lucas, *Souſé* et autor libri; Die Staaten etc. *Souſa f*); de la Croix, *Suſe g*); Leo, Cardonne et Shaw ſcribunt *Suſa h*). Cum vrbe *Sus* سوس, de qua ſupra p. 142; caue, ne confundas] *vrbem* 18 *miliaria.* Paucula haec ex opere integro Epitomator excerpſit; opportune ergo Cod. Par. ea, quibus caremus, exhibet *i*); ſunt autem haec:
قال الادريسي ومدينة سوسه عامرة بالناس كثيرة المتاجر والمسافرون اليها قاصدون وعنها صادرون بالمتاع الذي يعدم قربة من انواع الثياب والعمايم المنسوبة اليها وعليها سور من حجر حصين
i. e. *Edriſio autore vrbs Suſa hominibus culta eſt quamplurimis, qui mercaturam faciunt: Tendunt enim ad eam Itineratores, indeque reportant merces quibus vicini deſtituuntur, veſtes puta ac Cidares, quae ab ipſa adeo denominantur.* Ceterum *cincta eſt muris ex firmiſſimis lapidibus exſtructis.* Ita fere Edriſius, qui in multis conſentientes ſibi habet Abulfedam et Leonem imo et ſequioris aetatis autores quamplurimos. Diſſentire quidem videtur Abulfeda ſcribens وفي قليلة العمارة *eam eſſe parum aedificiis excultam;* ſed haec de ſua tempeſtate dicta ſunt; calculum ſuum autem Edriſio addit Leo, de priſtinis temporibus verba faciens. Ait enim: "incolas habuit infinitos aedificiorum elegantia celeberrimum, quorum hodie nonnulla cum „templo

d) Vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 608. et Abulfeda p. 24.

e) Casiri Biblioth. T. II. p. 240.

f) Paul Lucas II, 2, p. 137. Autor libri die Staaten &c. p. 424.

g) de la Croix T. II. p. 227.

h) Leo p. 571. Cardonne Tom. III. p. 56. (vid. not. praeced. k.) Shaw verſ. gall. p. 242 et germ. p. 98. Brucius T. I. p. 34.

i) Vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 609.

„templo quodam ampliſſimo viſuntur." Aſt vbi de ſequiori tempore loquitur, Abulfedae adſtipulatur; addit enim: "Nunc autem vix inhabitatores vllos „habet, quinque tantum aut ſex in eo ſunt officinae, „idque propter frequentiſſimas Regis exactiones." Noſtra aetate vrbi Suſa teſte Shawio *k*) vetus ſplendor rediit. Iam ante Shawium, Marmolius (l. c.) eam 1500 domos habere, innuit. Male ergo, vt videtur, et Edriſio et Shawio imprimis, aliisque autoribus contradicit de la Croix *l*) qui tamen ratione fidei his facile poſthabetur.

Quae porro de mercibus adnotauit *Edriſius* noſter, ita comparata ſunt, vt et autores veteres et recentiores in genere ea confirment. Abulfeda nimirum opportune سوق وفنادق *forum et fondegos* (pandochea) *eam habere* refert; et Leo ita quoque tradit, vt facile videas, verba eius de mercatura ſumi poſſe *m*).

Cete-

k) Shaw verſ. gall. p. 242 et germ. p. 98 vbi haec: Nun kommen wir auf *Suſa* den nächſten *merkwürdigen Ort* (antea de Herkla ſermo fuit) auf der Küſte, ohngefähr 5 Seemeilen nach Südoſten. Es iſt hier der Hauptverkehr von Oele und Leinwande, und es kann *für eine der anſehnlichſten und reichſten Städte der Tuneſer* gerechnet werden &c. cf. paullo poſt not. m.

l) de la Croix l. c. La vile de *Suſe* étoit autrefois une grande vile & la capitale de cete Province; *mais* elle n'eſt pas fort conſiderable à preſent. Leonis verba ſupra adſcripta, vt videtur, tempori ſuo male adcommodare voluit. Dapper p. 288. Marmol T. II. p. 496. et Gramaye p. 91 parum abludunt.

m) Leo l. c. inter alia haec habet: Maxima incolarum pars nauigio ad regiones Orientales atque Turciam proficiſcuntur; nonnulli etiam oppida Siciliae atque Italiae viciniora inuiſunt. Reliqua ciuium pars aut telae ſunt textores, aut armentarii, aut torno vaſa conficiunt lignea, *quibus totam Tuneti implent regionem.* Sed cf. quae paullo ante ex Leone adſcripſimus. — De mercatura, quae hodie floret, vid. not. praecedentem k. Similia iam ante Shaw ſcripſit P. Lucas l. c. Verba eius: Cette ville (Souſe) eſt *entourée de murailles*, a un Château aſſez fort, & fait un commerce paſſable d'huile, de laine, de cire, & ſur tout de Thons, que l'on fait mariner. Plura ſi cupias rerum, quarum Edriſius mentionem non facit, adeas autores huc illuc laudatos.

Ceterum nec verbis Edriſii وعليها سور من حجر حصين deeſt autoritas aliorum ſcriptorum; ſiquidem Abulfeda autore لها سور من لبن murum habet lateritium; et teſte Leone: elegantiſſimum oppidum munitiſſimis muris cinctum in planitie quadam amoeniſſima ſitum eſt. A parte horum ſtat quoque P. Lucas; vid. paullo ante not. m. Edriſii verba itaque vbique fida. Iam pergit: *A Suſa ad*

Kasr Schakanes قصر شقانص (p. 90) *miliaria octo.* Suſa inter et Monaſter de pago quodam *Sahalil* nomine ſcribit Shawius; forte conuenit; ſitus et diſtantia ſaltem non aduerſantur *n*). *Ab hac arce ad*

Kasr Ibn al Gad قصر ابن الجعد (non بني) (p. 90) 4 *miliaria; et hinc ad*

Monaſtir قصور منستير (p. 90) [hod. ad Tun.] [Abulfeda effert مُنَسْتِير *o*), Leo, Marmol, Cardonne, *Monaſter p*); de la Croix, *Monaſter* et *Moneſter*

n) Shaw verſ. germ. p. 98. *Anderthalb Seemeilen* von *Suſa* geht man durch ein Thal, mit einem ſchnellen und klaren Bache, der durchflieſst, und ſich hernach in das Meer ergieſst. *Eine halbe Seemeile* weiter, unter eben den Bergen mit *Suſa*, liegt *Sahalil*, wo man zugleich einige Ueberbleibſel von Alterthümern antrifft. Dieſes Dorf liegt *eine gute Meile weit* von der See, und kann daher eher das alte *Ruſpina* ſeyn als *Suſa* &c.

o) Abulfeda p. 6. Errare videtur Abulfeda ex Moſhtareko tradens: وهو موضع بين المهديه وسوسه من ارض افريقيه بينه وبين كل واحده منهما مرحله i. e. Monaſtir locum eſſe inter al Mahedia et Suſa *ab vtraque pariter diaetam diſtantem.* Edriſio enim autore ab vrbe Suſa diſtat 8 + 4 + 2 = 14 miliar. Statio ſaltem Abulfedae eſt admodum parua (vid. ſupra Prolegom. §. de menſura Edrisii). Leone autore a Suſa diſtat duodecim fere paſſuum mil. Autore de la Croix: à quatre lieuës de *Suſe* & à une lieuë de la petite Afrique. Shawii menſuram vid. paullo poſt not. s.

p) Vid. Leo p. 572. Marmol T. II. p. 499. Cardonne T. III. p. 56. (vid. ſupra not. praeced. k.)

neſter q); autor libri: Die Staaten obiter quaſi, memorat vrbem *Meneſterra;* procul dubio i. q. Monaſter *r*), Shaw effert *Monaſtir s*)], *arces, duo miliaria. Ab Aklibia curſus vnius interuallo diſtat.* Curſus hic [facta computatione *t*)] aequiparatur 127 miliaribus; eſt ergo grandis. (vid ſupra prolegom. § de menſura Edriſii.) *E regione Monaſtir in mari eſt*

Kuria قورية (p. 90); *hinc ad Monaſter 9 miliaria.* In vicinia Monaſter offert mappa tertia Shawii inſulam, ſine nomine. Num eadem? non liquet. Videtur tamen; cf. verſ. germ. p. 100, vbi obſeruatum legimus inſulam quandam extendere ſeſe a Monaſtir vsque ad viam dimidiatam, quae Lemptam ducit. *Ab hac inſula* (Kuria) *ad*

Lamta لمطة (p. 90) 10 *miliaria.* Leptis parua Ptolemaei IV, 3. et *Lempta* Shawii *u*). Supra p. 132 alia huius nominis adfuit vrbs; caue ne cum hac confundas. *Hinc ad*

Dimas

q) DE LA CROIX T. II. p. 128. (vid. not. praeced. o.)

r) Autor libri *die Staaten* p. 438. (vid. ſupra *Saſſakos.*)

ſ) SHAW verſ. gall. p. 243. germ. p. 98. *Fünf* Meilen Sahalil gegen über, auf der Spitze eines kleinen Cap, iſt *Monaſtir*, eine artige in guten Umſtänden ſich befindende Stadt, die, wie *Suſa*, mit einer Mauer umgeben iſt &c.

t) Scil. Ab Aklibia ad K. Abi Marzuk, mil. 7; ad Lobna 8; ad Sad 4; ad Karie 8; ad Pr. Tuſihan 10; ad K. Tuſihan 4; ad Nabal 8; ad Hit 8; ad Nahl 6; ad Pr. Hamamet 7; ad Manar 5; ad Marſad et Morabetin 6; ad Pr. Madfun 6; ad Ehraklia 8; ad Suſa 18; ad Schakanes 8; ad Ibn al Gad 4; ad Monaſtir 2; ſumma ergo = 127 mil.

u) Vid. SHAW. verſ. gall. p. 243. germ. p. 99 vbi haec: Zwo Seemeilen ſüdwärts von Monaſtir iſt *Lempta*, das einen Hafen oder eine Rheede bedeutet. (Sequitur nimirum SHAWIUS Bochartum, qui לִמְּה; punice ſtationem notans, confert. Mihi quidem diſplicet haec etymologia; ex Graeco ad literas fere arabice redditum nomen potius putem. M et B ſaepius inuicem permutantur. Pergit nimirum SHAW.) Dieſs war das *Leptis* oder *Leptis parva* der Alten . . . heute zu Tage iſt nichts davon übrig, als die Ruinen eines Caſtells &c.

Dimas الديماس (p. 90) 12 *miliaria*. Eſt procul dubio *Demaſs* Shawii *v*), Ptolemaei (p. 173) Θάψος et Plinii (p. 211) *Thapſus*. *A Dimas ad*

Mahadia المهدية (p. 90) 10 *miliaria*. Forſan vrbs illa celebris, quae ſupra p. 260 adfuit Shawius ſaltem deſcripta vrbe Demaſs, vrbem El Medea deſcribit *w*), quam *Saletto* ſequitur. *A Mahadia ad*

Kasr Saletta قصر سلقطة (p. 90) 6 *miliaria*. Sionita effert *Solcota*, Shawius *Saletto*, *Sulletti* vel *Sublette* Tab. Peut. XV. mill. paſſ a Thapſus. Veſtigia arcis deuaſtatae deprehendit Shawius; forſitan caſtellum, de quo Edriſius, idem, cuius ruinas Shaw inſpexit *x*). *Hinc ad*

Kasr al Alia قصر العالية (p. 90) 6 *miliaria*. *El alia* pronuntiat Shawius *y*) *Alaleah* occurrit apud eundem, ſed huc non pertinet. *Ab arce hac ad*

Kobodia قبودية (p. 90) 13 *miliaria*. Eſt *Capoudia* Shawii l. c. et ſecundum ipſum *caput Vada* Procopii; Strabonis ἄκρα Ἀμμωνος (pag. 556) et Ptolem.

v) Shaw verſ. gall. p. 244. germ. p. 99 vbi: *Demaſs*, das alte Thapſus, iſt auf einer niedrigen Landſpitze drey Meilen oſtwärts von *Tobulba* gelegen.

w) Shaw verſ. germ. p. 100: *El Medea*, das bey den Neuern auch Africa heiſst, liegt auf einer Halbinſel, *fünf Meilen gegen Süden von Demaſs &c.*

x) Vid. Shaw verſ. gall. p. 246. germ. p. 100 vbi: Fünf Meilen ſüdwärts von *Elmedea* iſt *Salette*, das *Sulletti* oder *Sublette* der mittlern Zeit; wo man die Ruinen eines ſehr *weitläuftigen Caſtells*, das im Umfange dem Tower zu London wenig nachgiebt, ſieht.

y) Shaw verſ. gall. p. 247. germ. p. 100. *Elalia*, ein weitläuftiger Umfang von Ruinen, liegt an der Gränze einer fruchtbaren Ebene, die einige Meilen von Saletto bis *Soe-ah* ſich erſtrecket (*ſunt forte ruinae, quas vidit* Shawius *reliquiae Arcis, cuius* Edrisius *mentionem facit. Paucis interiectis, pag. 101 pergit* Shaw). *Elalia* ſcheint das *Acola* oder *Acilla* der Alten zu ſeyn &c. In den peutingeriſchen Tafeln findet man *Akolla*, ohne Zweifel der verdorbene Name von *Achola* &c.

Ptolem. (pag. 173) βραχώδης ἄκρα *). Pag. 170 Edriſius haec habet: *Inter inſulam Lampedoſam et viciniores Afrikiae oras, in quibus eſt Kabodia, intercedit ſpatium duorum curſuum.* Bene; vid. Mappam D'Anvillii et cf. infra *Kasr Gabla et Karkona. Hinc ad*

Kasr Melian قصر مليان (p. 90) 8 *miliaria.* Eſt forſan Shawii' Melounouſh 3 mill. a Capoudia in auſtro et occidente. *Tum ad*

Kasr Rihana قصر الريحانة (p. 90) 4 *miliaria. Hinc ad*

Kasr Kanata قصر قاناطة (p. 90) 4 *miliaria. Ab arce Kanata ad*

Kasr Aluza قصر الوزة (p. 90) 4 *miliaria; ad*

Kasr Zejad قصر زياد (p. 90) 6 *miliaria;* (vid. *Karkona, Kezal*) *hinc ad*

Kasr Mahdunes مصدونس (pag. 90) 8 *miliaria;* (Eſtne قصر احمد Abulfedae? p. 26) *ad*

Kasr Kaſa قصر قاسا (p. 90) 8 *miliaria; hinc ad*

Kasr Kezal قصر قزل (p. 90) (*Cquezel:* Sionita) 2 *miliaria. A Kasr Zejad ad promontorium* (طرف) *Kezal* قزل (idem locus ni fallor) 18 *miliaria;* et a *Kasr Kezal ad*

Kasr Gabla قصر جبلة (p. 90) *duo miliaria per ſinum; et ab arce hac ad Saſſakos per ſinum miliaria. Omne ergo ſpatium, quod Saſſakos et Kabodiam intercedit, aequatur 48 miliaribus via flexuoſa, recta vero 30 miliar.* Bene quidem ſeſe habet diſtantia notata (vid. Mapp D'Anvillii); tamen lubenter fateor, me non intelligere calculum Edriſii, ſi recte translatum eſt: omne *ergo* ſpatium: Forſan in genere loquitur et quaſi ex abrupto; *omne ſpatium* etc.

Karkona

*) Vid. Shaw verſ. gall. p. 247. germ. p. 101.

Karkona قرقنه *a*) (p. 90). *E regione Kaſr Zejad in mari, orientem verſus, eſt Karkona inſula; ſita medio in loco inter Kaſr Zejad et Saffakos. Nam a Karkona ad Kabodiam habentur* 20 *miliaria et a Karkona ad Saffakos* 15 *fere miliaria.* Vid. *Kaſr Bit.*

Expugnauit Ragiar (Rogerius) *hanc inſulam anno* 548. (Sionita 558; male) vid. Proleg. et p. 271.

Ramle طرف الرملة (p. 90) *promontorium; diſtat a Saffakos* 4 *miliaribus. Ibi eſt initium ſinus.*

Kaſr al Maguſ قصر المجوس (p. 90). *A promontorio Ramle, reflectendo meridiem verſus, ad Kaſr al Magus* 4 *habentur miliaria. Hinc ad*

Kaſr Niaa (p. 90) (ita reddo poſt Sionitam in libro quidem bis occurrit نبعه, at prima littera bis ſine punctis diacriticis) 10 *habentur miliaria. Ab hac arce ad*

Kaſr Telida قصر تلبدة (p. 90) 8 *miliaria; hinc ad*

Kaſur (arces) *Rum* قصور الروم (p. 90) 4 *miliaria; hinc ad Kabes* 18 *miliaria. De Kabes vero* (pergit noſter) *eiusque memorabilibus ſatis ſupra diximus.* — Vtique. Vid. ſupra p. 262. *A Kabes per oras maritimas ad*

Kaſr Ibn Aiſchun قصر ابن ايشون (pag. 90) 8 *miliaria; ad*

Kaſr Raguna قصر رجونة (p. 91) 8 *miliaria; ad*

Kaſr Beni Mamum قصر بني مامون (pag. 91) 20 *miliaria; ad*

Amrud

a) Forte ex inſulis Querkineſs vid. Shaw p. 248. verſ. gall. at germ. p. 101 vbi haec leguntur: Die, zwo flachen und an einander ſtoſsenden Inſeln Querkineſs liegen gegen Süd-Oſten von Capondia, ungefähr in einer Entfernung von fünf Seemeilen. Sie ſind die *Cercina* oder *Circinitis* der alten Geographie. — Mappa D'Anville offert ad nomen Kerkeni duas inſulas inuicem cohaerentes.

Amrud امرود (p. 91) 11 *miliaria; ad*

Kasr Garb قصر الجرب *b*) (p. 91) 18 *miliaria.*

A promontorio Garf (idem cum Kasr Garb, vt opinor) *ad*

Gerbe جربه (p. 91) *inſulam in mari*, 4 *miliaria.*
Eſt procul dubio *Lotophagites*, inſula Leonis *c*); inſula *Gelves* Marmolii; Dapperi, *Gerbes;* Pauli Lucas, *Gerbe.* Diſtat a continenti, teſte Leone, non multis paſſuum millibus etc. Hodie ad Tunin pertinet.

Antigian d) (pag. 91) *eſt promontorium inſulae Gerbe, a quo ad*

Kasr Bit قصر البيت (p. 91) 90 *miliarium intervallum. Item a promontorio Antigian ad* (al. Kantara) *pontem e*) *qui eſt in Karkona* 82 *miliaria.*

Ras al Audia راس الاوديه (p. 91). *Redeamus,* ait Noſter, *ad promontorium Garf, de quo paullo ante mentionem fecimus; ab illo nimirum ad Ras al Audia iuxta litus habentur* 24 *miliaria.* Kurzmann ab arce Bit 24 mil. diſtare perhibet; perperam. *A promontorio hoc ad*

Kaſur (*arces*) *Zarat* قصور الزرات (p. 91) *ad*

Kasr Beni Dacumin قصر بني دكومين (p. 91). Vrbs *Dacama* دكمه apud Abulfedam occurrit; ſed huc pertinere non videtur *f*). *Hinc ad*

Kasr

b) جرب impreſſum eſt; quotiescunque in ſequentibus occurrit, ſcribitur جرف Garf.

c) Leo p. 582. Marmol. T. II. p. 538. Cardonne II, p. 83. Ex mente de Murr eſt veterum Meninx. Dapper p. 296. — De ſitu eius in oriente et auſtro Cabes 3 mil. ab ea in eius ſinu vid. Shaw p. 254. verſ. gall. germ. Paul Lucas T. II. p. 135 ſq.

d) Legitur اينتجان Aintigian; at paulo poſt انتيجان. Quaenam ſit lectio verior, non liquet.

e) القنطرة — num nomen proprium ſit, incertus ſum.

f) Vid. Abulfedae Annales Moslem. T. II. p. 594.

Kaſr al Hava قصر الهوا (p. 91) *ſex miliaria.* Vocabula سكة اميال in verſione ſua non expreſſit Kurzmann. *Hinc ad*

Kaſr Gergis, قصر جرجيس (p. 91) *ſex miliaria.* Vid. ſupra vrbis Sobaitalae deſcriptionem. Mappa D'Anvillii (ed. anno 1749. 2 fol.) *Gergis*, cum ſigno pagi exhibet. *Ab arce Gergis ad*

Kaſr Chatab قصر خطاب (paullo poſt ſcribitur قصر بني خطاب, *Kaſr Beni Chatab*) (p. 91) 25 *miliaria; Kaſr Beni Chatab ſita eſt in extrema terra paludoſa Calab,* الكلاب, *ex parte occidentali.* Vide paullo poſt *Kaſr beni Schamach.*

E regione Kaſr Beni Chatab in mari eſt

Scala (اسقالة) *inſulae Zirua* زيروا (p. 91) g) *cuius longitudo eſt* 40 *miliarium; latitudo vero dimidii miliaris.* Inſulam Zirva pro *Girbi* Vet. habet Oberlin *h*); aſt diſſentit Mappa D'Anvillii.

Kaſr Beni Schamach قصر بني شماخ (pag. 91) (بني تماخ *beni Tamach;* et بني سماخ *Beni Samach;* perperam). *A Kaſr Beni Chatab ad Kaſr Beni Shamach habentur* 25 *miliaria;* [*et inter eas paruus eſt* (جون) *ſinus, qui vocatur*

Saleb al hemar صلب الحمار]. Vncinis incluſa ſilentio praetermiſit Kurzmann. *A Kaſr Beni Schamach ad*

Kaſr

g) Fere crediderim exaratum eſſe زيزوا *Zizva;* aſt bene ſe habere videtur lectio زيروا *Zirva;* (Mappa D'ANVILLII J. *de Zirva* exhibet;) inſulae Zirvae enim mentionem quoque facit PERITSOL cap. VI. p. 50 verſus finem, vbi: וכן נמצאו איים אחרים קטנים סמוך לטוניס אין תועלת בהזכרתם כגון איי לאזירבאס וזולתם i. e. Et ſic reperiuntur aliae inſulae paruae prope Tunetum, quas inutile eſſet enumerare, ſicut inſulae *La Zerbas* et eiusmodi aliae.

h) Vid. OBERLIN p. 274. "Inſulae in mari interno. *Girbe* (Zerbi)."

Kaſr Saleh, قصر صالح (p. 91) *miliaria decem. Kaſr Saleh ſita eſt ſuper promontorio* (قرطبل) *ab oriente in occidentem protenſo, cuius longitudo ad miliaria quinque* accedit quodque

Ras Machbaz راس المخبز (pag. 91) *vocatur.* Mappa D'Anvillii offert *Ras-al Mahbes. A promontorio hoc ad*

Kaſr Cutin قصر كوطين (pag. 91) 20 *miliaria. Hinc ad*

Kaſr Beni Valul قصر بني والول (p. 91) 20 *miliaria* i); *tum ad*

Marcetit مرسي مركتيت (non: مركريت *Markerit*) (p. 91) *portum*, 20 *miliaria.*

Kaſr Marcia قصر مركيا (p. 91). De nouo incipit Edriſius. Diſtantia non ſolum a portu Marcetit, ſed et omnis loquendi formula huc vsque conſueta, ſilentio praetermiſſa. Coniecerim fere *vel* ومن قصر مركيا eſſe vitioſum, proque eo legendum eſſe ومن مرسي مركتيت الي قصر غفسلات i. e. *Et a portu Marcetit ad arcem Gaſſelat* etc. *vel* reſcribendum: ومن مرسي مركتيت الي قصر مركيا --- ومن قصر مركيا الي قصر غفسلات i. e. *Et a portu Marcetit ad arcem Marcia* . . . (diſtantiam addere nec poſſum nec audeo) *et a Kaſr Marcia ad Gaſſelat.* Num omnino textus emendari debeat; et, ſi forte opus ſit, quae emendatio verior? iudex ſedere non audeo. Noſter pergit: *Ab hac arce ad*

Kaſr Gaſſalat قصر غفسلات (p. 91) 20 *miliaria; hinc ad*

Kaſr Sabart قصر سبرت (p. 91) 4 *miliaria.* Pro Tripoli vet. habet Sabart Mappa D'Anvillii. *Ab arce Sabart ad*

 Kaſr

i) Ab arce *Beni Valul* vsque ad *Kaſr Sabart* diſtantias nullas notauit KURZMANN ad h. l.

Kaſr Sanan قصر سنان (p. 91) 2 *miliaria. Hinc ad*

Kaſr Bonderabi قصر البندرابي (p. 91) 3 *miliaria,* Sionita et Kurzmann habent *Bonderani;* aſt in libro non legitur البندراني. Dubito omnino an bene ſeſe habeat emendatio haec et vix conferri poteſt arx noſtrà cum vrbe Bon Andrea, quam de la Croix memorat *k*); *ad*

Kaſr Gargara قصر غرغرة (p. 91) 10 *miliaria.* Forte eſt *Zanzour*, pagus, quem offert Mappa D'Anvillii; *tum ad*

Atrabolos (Tripolis) اطرابلس, (p. 88) [paullo poſt, et pag. 6 inde ab initio Climatis tertii lin. 12 legitur طرابلس ſine Elif, طربلس ſcriptum occurrit in deſcriptione itineris Ahmedi Ibn Haſſan. Abulfeda effert اطرابلس الغرب *Tripolis occidentis.* Timimaei طرابلس الغربا; hoc illi datum eſt agnomen, vt facilius diſtinguatur ab vrbe Tripoli Syriae. *Rothman* eadem ex cauſa effert Tripoli di Barbaria; et Leo: Tripolis Barbariae *l*)] 20 *miliaria. Tripolis vrbs munita, habens murum lapideum, ſita ad littus maris, pulchra m*) *viisque egregiis inſtructa.* De ſitu vrbis huius

k) Vid. DE LA CROIX T. II. p. 250, vbi: Le Pentopolis n'eſt qu'une partie de cete Province, qui comprenoit les viles de Cyrene, Berenice ou Heſperie, Apollonie, Ptolémais, Arſinoë ou Teuchire, aujourd'hy Coreno, Berbic ou Bernic, *Bon-Andrea*, Tolomete & Trocara. — Infra enim occurrit *Bondaria;* vix idem eſt locus; at verius, ni fallor, cum Bon-Andrea, comparatur. Vid. infra *Bondaria.*

l) Vid. ABULFEDA pag. 26. PAULUS Memorabilien St. 2. p. 50. et St. 3. p. 127. vbi vitium a nobis in prima libelli huius editione caſu quodam commiſſum; candide correxit RINCKIUS. ROTHMAN apud SCHLÖZER l. c. IX. p. 138 &c. Adde LEO. p. 586 et DE LA CROIX. T. II. p. 240 vbi haec: Le nouveau Tripoli, qu'on nomme d'ordinaire *Tripoli en Barbarie*, pour le diſtinguer de celuy de Syrie & qui eſt apellé par les Turcs *Terabulus* & par les Mores *Trebeliz* ou *Tarabilis* &c.

m) SIONITA pro *pulchra* habet *alba.* In libro ſane legitur بيضا, at ſenſum eius non bene capio.

huius autores, ad vnum omnes facile conſentiunt. Abulfeda inprimis veritatem dictorum Edriſii autoritate ſua comprobat, ſcribens: "Tripolis eſt vrbs ad litus maris, ſtructa ſaxis, fertilis, ingentem habet nomum, perquam eſt munita" Leo parum abludit tradens: . . . haec muris altiſſimis atque elegantiſſimis *quanquam non admodum munitis* cingitur etc. De la Croix cum Edriſio facit *n*). — Timimaei Mſſ. vbi de Barbarorum origine et Africi in Afrikiam aduentu verba facit, Tripolim vrbem celebrat, quippe quae omnium prima fuerit inhabitata. Edriſius pergit:

Expugnauit vrbem hanc Ragiar (Rogerius) *anno* 540 (C. 1145) *o*); *mulieres captiuas abduxit, mares vero interemit.* Plura de hac vrbe, vid. apud autores laudatos. Caeterum Tripolin nouam cum Tripoli antiquiori, quam deſcribunt Leo et Marmolius, caue ne confundas. Vid. paullo poſt *Mokra; Sort.*

Mokra, مقرة (p. 88); *mons ſupra vrbem Tripolis, quam inter et vrbem interuallum 3 ſtationum.*

 Supra

n) Abulfeda l. c. واطرابلس مدينه علي البحر مبينه بالصخر خصبنه واسعه الكوره خصبه جدا. Leo l. c. de la Croix l. c. ita habet: Cete vile n'eſt pas grande, mais elle eſt fort peuplée, fermée de bonnes murailles & fortifiée de Tours & de rempars: il n'y a point de foſſez &c. P. Lucas II, 2, 108 vbi: Tripoli eſt une petite ville, entourée de murailles, & aſſez jolie &c. At de hodiena vrbe vid. Lucas apud Cuhn T. II. p. 175. et cf. quae diligenter congeſſit Borheck in: Neue Erdbeſchreibung von ganz Africa T. II. Sect. I. p. 116 ſq.

o) Plura vid. apud de Guignes Hiſt. d. H. l. c. p. 372. Annum habet 541. (Chr. 1146.) et Cardonne Tom. II. p. 86 et 90 ſq. De expugnatione Tripolis veteris ſub Chalifa Omar vid. Leo p. 585. Marmolius T. II. p. 562. De vrbis eiusdem expugnatione tempore ſequiori facta, ſcribit R. David Ganz in Chronologia ſacro-profana &c. dicta צמח דוד (ed. per G. H. Vorſtium) p. vlt, i. e. 182. his verbis: Tripolis, vrbs magna Dei in Africa, capta eſt anno 5270 et 1510 Chriſtianorum et Judaei, qui ibi erant, captiui iuerunt ante hoſtem, atque exiuerunt Tripoli omnes ciues et vrbs relicta eſt deſerta. Ex Chronicis R. Joſeph Cohen p. 129.

Supra pag. 143 ex Edriſio adnotauimus, montem Daran, ſ. Atlantem, ad Tripolin vsque ſeſe extendere, Tripolis montibus deinde miſceri ac tum paullatim deficere. Et ex Marmolii teſtimonio patet, omnem tractum a freto Gaditano ad Tripolin vsque montibus eſſe obſitum; quem Marmolii locum, qui proſtat Tom. I. p. 12 iam ante me Kurzmann ad h. l. opportune excitauit. Iam facile hinc oritur coniectura, montem Mokra, ni forte ipſe pars Atlantis ſit, ad montes tamen iſtos pertinere, quos l. c. in animo habuit Edriſius. Imo coniicio montem Mokra Edriſii eundem eſſe, quem Rothman ſub nomine *Garean* laudat *p*).

Iam viam ab vrbe Tripoli ad vrbem Sort perſequitur Edriſius. Verba eius haec: *Ab vrbe Tripoli, orientem verſus ad vrbem Sort iter* 230 *miliarium* i. e. (interprete ipſo Edriſio) 11 *ſtationum iter. Viator enim egrediens ex vrbe Tripolis attingit poſt interuallum 22 miliarium.*

Vardaſa ورداسا (p. 88); *hinc ad*

Raguga رغوغا (p. 88) 25 *miliaria. A Raguga ad*

Tauaraa تاورغا (p. 88) 22 *miliaria; tum ad*

Manſaf منصف (p. 88) 25 *miliaria. A Manſaf ad*

Kaſur. Haſan ben Naaman Gaſani (pag. 88) قصور حسان بن النعمان الغساني *habentur* 40 *miliaria; tum ad*

Aſnam الاصنام, 30 *miliaria;* Mappa D'Anvillii *Aſna* habet; *tum denique ad vrbem.*

Sort سرت (p. 88) (Abulfeda سرت; Leo *Serte*), 46 *miliaria.* Supra dixit ab vrbe Tripoli ad vrbem *Sort*

p) ROTHMAN apud SCHLÖZER l. c. VI. 326. Verba eius haec: *Garean* iſt der Theil vom Gegirge Atlas, welcher unter Tripoli di Barbaria ſteht, und von dieſer Städt ohngefähr zwey Tagereiſen weit gerade gegen Süden liegt. — Montes *Guariano*, quorum LUCAS apud CUHN II, 182. mentionem facit, ni fallor, iidem, quos Edriſius ſupra l. c. indigitauit.

Sort haberi 230 *miliaria.* Iam miliaria 22 + 25 + 22 + 25 + 40 + 30 + 46 = 210. Vbinam lateat error; num in priori 230, vel in diuerſis miliaribus, non capio. — *Inter vrbem Sort* (pergit) *et mare intercedit duorum miliarium ſpatium.* Situm vrbis huius bene et ad nutum Edriſii expreſſit mappa D'Anvillii. Vrbem hanc ad mare ſitam eſſe, teſtatur quoque Abulfeda *q*); plura adhuc cupienti dabit.

Reuertitur Edriſius ad vrbem Tripolis. *Ab vrbe Tripolis*, ait, *ad*

Kasr . . . . *r*) (p. 91), *ſita ſuper capite* (promontorio).

Kaliuſcha قليوشا (pag. 91) 4 *miliaria.* Offert quidem mappa D'Anvillii ad h. l. promontorium paruum, at ſine nomine. *Hinc ad*

Kasr Cetab قصر الكتاب (p. 91) 8 *miliaria. Ab arce Cetab ad*

Kasr beni Gaſan قصر بني غسان (p. 91) 12 *miliaria.* Paullo ante, ni fallor, iam arx adfuit; ad hanc tribum pertinens; *tum ad*

Lades لادس (p. 91) *fluminis oſtium* 18 *miliaria.* Eſt forſan *Lathon* fluuius *s*); vel *Wadi Ramel* mappae D'Anvillii. *Hinc ad*

Ras Schara طرف راس الشعرا (p. 91) *promontorium* (Sionita vertit: *ſummitas ſyluae*). Mappa D'Anvillii Ras al Sciaara offert. *Hinc ad*

Kasr Sericos قصر سريكس (p. 91) 14 *miliaria*; *tum ad*

q) Abulf. p. 28. Leo p. 634. Marmol. T. III. p. 54. qui ruinas huius vrbis pro reliquiis vrbis Cyrene habet; ſed fallitur. Add. Dapper p. 323.

r) Ad *turrim quandam*, vertit Sionita. In libro eſt رانيبر ſine punctis diacriticis. Sionita, quem nomen arcis latuit, breuiter *quandam* reddidit. Scilicet!

s) Cf. Dapper. p. 299 apud quem Milel audit.

Meſan قرطبل المسين (p. 91) *promontorium*, 4 *miliaria.* *Promontorium* (طرف) *hoc procurrit in mare.* Viſitur promontorium hoc, in mappa D'Anvillii, ſed nomen ſilentio praetermiſſum. *A Meſan ad*

Lebeda لبدة (p. 91) 4 *miliaria.* Eſt Leonis *Lepida t)*, Mapp. D'Anvillii *Lebida*, Brucii *Lebeda u)* et Itin. Anton. pag. 104. *Leptis magna.* Lebedam diſtare ab vrbe Tripoli 70 miliar. nullibi inueni; Kurzmann, qui hanc diſtantiam notauit ex contextu eam deſumſit; verum calculo ſubducto non 70 ſed 74 miliarium numerus prodit. *Hinc ad*

Kasr beni Haſan قصر بني حسن (p. 91) 17 *miliaria; ab hac arce ad*

Bacru مرسي باكرو (p. 91) *portum, miliare vnum. Hic portus eſt bonus, fidus et tutus ab omni vento. A portu hoc ad*

Kasr Haſchem هاشم (p. 91); *ad*

Kasr Samia سامية (p. 92) 12 *miliaria. Hinc ad*

Süikat Ibn Matcud سويقة ابن متكود (p. 92), 12 *miliaria.* Forte *Sudeikat* Marmolii *v)*. *Hinc ad*

Kanan طرف قانان (p. 92) *promontorium celebre,* 20 *miliaria.* *Kanan vltimus eſt locus in Climatis tertii ſecunda ſectione obuius.* Mappa D'Anvillii exhibet *C. Canan ou de Mezrata.* P. Lucas II, 2, 102. Meſurata effert. In ſectionis tertiae deſcriptione ad Kanan iterum recurrit et viam a *Kanan* ad *Barka* proſequitur *w)*. *Iter a Kanan ad Barka eſt eiusmodi.*

Primus,

t) pag. 585.

u) Tom. I. Verſ. pag. 36. Adde Luças apud Cuhn II, 187. qui *Lebida* effert.

v) Vid. Marmol. T. II, p. 569. Sudeikat cum τριηρων ακρον Ptolemaei comparat.

w) Initium ſectionis tertii Climatis ita ſe habet: *Maior pars regionum huius ſectionis eſt deſerta* (خلا). *Sunt vero regiones: Zavila filii Chatab; Meſlib; Zala; Augela et Barka. Ad littus maris mediterranei extant arces complures. Vrbes clariores ſunt Sort et Agedania.*

Primus, inquit, *ſi a Kanan egrederis*, *qui tibi occurrit locus*, *eſt Kaſur Haſan* قصور حسان (ſupra adfuerunt arces Haſan ben Naaman Gaſani, quas fortaſſis in animo habet Noſter). Verum enimuero iter hoc moleſtum eſt, *peragrabis* enim *ſpatio* 4 *ſtationum magnarum deſertum*, *in quo aquae inopia valde premeris. Hinc perges ad*

Aſnam الاصنم (p. 92) *confectis* 30 *miliaribus.* (Supra iam adfuit Aſnam; ac ſinus ibi nulla fit mentio.) *Sinus iſte x) vocatur*

Sinus Zadic زديك جون (p. 92), *vbi aqua reperitur. Deprehendes nimirum iuxta littus maris procedendo in arena effoſſas foueas*, *in quibus aqua conſeruatur.*

Forſan *Gun Zadic* noſter idem cum *Gun* Rodakiah Abulfedae. Verſio *Reiſkiana* (textus enim arabicus hoc paragrapho caret) ita ſonat: *y*) In occidente vrbis Sort, ait filius Saidi, eſſe ſinum maris, *Gun* (ſeu ſinum) *Rodakiah*, appellatum ſinum Rodaik. Num ſcriptura زديك vel Rodaik (رديك ?) ſit verior, me quidem fugit. Infra ſcribitur زديق *Zadik.* Caeterum huius ſinus ſitum bene expreſſit mappa D'Anvillii.

Aras العرس (p. 92). *Ab Aſnam peruenies ad Aras*, *arcem magnam et cultam*, *intra quam conſpicies puteum profundum*, *in quem aqua pluuiae colligitur. Hinc iter diriges ad*

Kasr Abadi قصر للعبادي (p. 92) *iuxta mare ſitam*, *et conficies* 34 *miliarium iter; hinc ad*

Iahudia اليهودية (p. 92) *item* 34 *miliarium iter.* Abulfeda *z*) vbi de Tolmeitſa verba facit, memorat

 arcem

x) Crediderim fere excidiſſe quaedam e textu; quae ſi ex ingenio reſtituere licet, ita forte ſe haberent: Incipit hic ſinus qui vocatur &c.

y) pag. 9. *z*) pag. 28.

arcem *Iehud;* num autem Edriſius eandem, (quam tamen ſeparatim ab vrbe Tolmeitſa nominat) in animo habuerit, decernere non auſim. *Tum ad*

Kasr Ataſch قصر العطش (p. 92) *totidem miliaria; ibi ſunt* 3 *putei; hinc ad*

Menhuſcha منهوشة (p. 93) 3 *ſtationum iter a). Aqua ibi deficit; terra enim lutoſa et ſalſugine impraegnata; aqua in ciſternis aſſeruatur. Sita eſt Menhuſcha ad mare.* Bene; vid. Mappa D'Anvillii; vbi *Menhuſa* ad extremitatem paludis cuiusdam ſita, conſpicitur. *A Menhuſcha ad*

Bir alganam بير الغنم (p. 93) (puteus ouium), 13 *fere miliaria. Situs eſt in extrema terra paludoſa, quae nomen accepit a Menhuſcha. Hinc ad*

Faruch الفاروخ (non فروخ) (p. 93) *ſtatio vna i. e.* 30 *miliaria. A Faruch ad*

Harkara حرقرة (pag. 93) 25 *miliaria.* Mappa D'Anvillii offert *Carcara*, procul dubio idem locus. *Ab Harkara ad*

Tuſemt توسمت (p. 93) 20 *miliaria. Hinc ad*

Soluk سلوق (p. 93) 24 *miliaria;* et paullo poſt: *diſtat Soluk ab arce Kafez* (vid. Kasr Kafez) *itinere ſtationis vnius. Soluc*, ad fluuiolum, exhibet mappa D'Anvillii. *Hinc ad*

Aurar اورار (p. 93) 30 *miliaria. Ab Aurar ad*

Kasr Aſal قصر العسل (p. 93) 12 *miliaria; tum ad*

Barka برقة [ſic efferunt omnes, excepto Bohaddino, qui, forte per operarum errorem برقا habet *b*)] (p. 93). Hic ſubſiſtamus. —

Vnde nomen ortum ſit, Edriſius, originum, vt videtur, parum curioſus, exponere neglexit, forte melius

a) Forte 3 miliarium iter ?

b) Bohaddin. vit. Salad. p. 65.

melius tacere ratus, quam augurari. Abulfeda *c*) in notis marginalibus nominis originem docet, cui, ſi placet, Herbelotum *d*) aliam, ab Abulfedae toto coelo diuerſam deriuationem exhibentem, comparationis cauſa adiungere poteris. Sed his ab Edriſio omiſſis nolumus diutius inhaerere, ad vrbis deſcriptionem potius, quam nobiscum communicauit, tranſeamus.

Vrbs eſt, inquit, *mediocris magnitudinis et thematis.* — Quod ad vrbis ambitum attinet Ben Haucal apud Abulfedam (quem quoque inter fontes Edriſii ſupra retulimus) a parte autoris noſtri ſtare voluit *e*), licet Abulfeda in notis marginalibus contendat, vrbem inſignem et capitalem Barkae prouinciam ſuo tempore non habere *f*). Quod ad thema eius attinet, teſte Abulfeda *g*) amplum eſt, et autore Ben Haucal apud eundem, bene cultum. Non diſſentit Lex. Geogr. autor, Jacutus *h*), cuius verba ita ſe habent:
اسم صقع كبير يشتمل علي مدن وقري بين الاسكندرية وافريقية واسم مدينتها انطابلس تفسيرها الخمس مدن
i. e. Barca, *nomen eſt magnae regionis, vrbes et pagos complectens Alexandriam inter et Afrikiam, cuius vrbes Entapolis* i. e. *quinque vrbes*, audiunt. De Pentapoli quod corrupte ad nos retulit, ei condonamur; ſufficit prius huius citati aſſertum.

In

c) pag. 8. *d*) Vid. ſ. v. Berkah.

e) pag. 27. وبرقة بلدة متوسطة i. e. Barka vrbs eſt mediocris.

f) pag. 8. وليس بها في زماننا مدينة جليلة مصرة i. e. hoc noſtro tempore vrbs inſignis et primaria ibi non eſt.

g) pag. 8. وبرقة ولاية طويلة et in tabula p. 27 وحواليها كورة عامرة Jacuti mſt. de ſitu huius vrbis ita habet: بلد بين افريقية والاسكندرية

h) Vid. Schultens. Index Geograph. ad calcem Bohaddin. vit. Saladin. ſ. v. *Barca*.

In vrbe hac, pergit Noſter *i*), *exiſtit terra*, *ab ipſa denominata*, *perutilis hominibus; quandoquidem cum oleo permixta ſcabiem*, *pruritum*, *morbumque barbae infeſtum* (دا الحية) *ſanet*. *Eſt autem haec terra colore puluureo k*). *In ignem coniecta edit odorem ſulphureum*, *fumum horrendum; eſtque ſaporis exoſi*. Hunc locum forſan non male interpretaberis lecto Timimaeo, qui, vbi de auri, ferri etc., fodinis loquitur, ita ſcribit: *Inter fodinas laudatas claret* معدن الكبريت الذي بين برقة وطرابلس وانه بالقرب من حصن طلميثة *fodina ſulphuris*, *quae reperitur Barkam inter et Tripolim*, *item in vicinio arcis Tolmitſaha* (Tolometta). Çeterum ſi de Barka eiusque ditione plura cupias, adi Abulfedam, qui tam in notis marginalibus, quam in Tabula ipſa, multa congeſſit. Tempore Ibn al Vardii diruta erat vrbs Barka; fere deuaſtata tempore Geogr. Perſ. l. c. Bakui regionem a Barka vsque ad Oceanum finemque Africae, *Terrae Barbarae* بلاد البربر nomine inſigniuit *l*). Leo *m*) deſertum Barcae tantum depingens de vrbe nihil, de incolis vero, hominibus ſceleſtiſſimis, plura tradit. — Regnum Barka hodie ſub Turcarum imperio eſt *n*). — Methodo conſueta locorum diſtantias emetitur Edriſius, deinde itinera inſtituit. Licet quae in hac via occur-

i) وتربتها حمرا p. 27. cf. not. *k*. ſeq.

k) Libri *Azizi* autor, ab ABULFEDA p. 8. excitatus, *ſolum eſſe rubricoſum* teſtatur.

l) Notices T. II. p. 28. برقة ville, ait, qui exiſtoit *autrefois* & qui a donné ſon nom au païs qui l'environne, elle eſt actuellement ruinée & il n'y a que peu d'habitans qui y ſément du Safran.

m) pag. 598.

n) Vid. GATTERER T. II. p. 619. et edit. ſecundae p. 626. — BAKUI l. c. p. 427. De incolis haec habet: Il eſt habite par un peuple, que l'on dit être deſcendu de Dgialout (Goliath). Lorsqu' il fut tué, ſes gens ſe refugièrent dans le Mogreb & s'établirent dans les montagnes; ils ſont très-méchans. LEO non diſſentit. cf. SCHEHABEDDIN l. c. p. 152.

occurrunt arces et oppida apud plures autores fruſtra quaeras, eorum tamen ſitus ex Edriſio manifeſtus eſt. Interroganti vero ad quam ditionem referenda ſint, autor noſter non reſpondet. *Ab Alexandria diſtat Barka 21 ſtationibus i. e. 550 miliaribus*, vid. paullo poſt et *Agedania*, *Augila*. *A Barka ad*

Agedania اجدابية *o*) *vrbem*, (p. 92) *interuallum 6 ſtationum, i. e. 125 miliarium.* Nomen praetereaque nihil ex Edriſio patet. Abulfeda plura habet.

Augela اوجلة (p. 92). *A Barka ad hanc vrbem, in deſerto ſitam, habes 10 ſtationes, inceſſu commeatus.* Haud luculentiorem de Augela, cuius dactylorum copia iam Herodoto *p*) celebrata fuit, Abulfeda deſcriptionem exhibuit, in notis marginalibus *q*) eam tantum memorans. Marmolius, de la Croix aliique de *Augila* verba facientes, deſertam regionem ab Africanis, *Lebetes* dictis, Arabibusque cultam ſignificant *r*). Leo *s*) tria caſtra hic reperiri innuit. Marmolius paullo accuratior Augelam, quam proprie vocant, tribus conſiſtere vrbibus et pluribus oppidis; quae tamen, ſi quid video, cum Edriſii Augela vrbe, non vnum eundemque locum conſtituunt. P. Lucas memorat paruam prouinciam *Ougella* II, 2. p. 124 et Shaw *Oujelah* (verſ. germ. p. 62) effert. Nomen Augela ad noſtros dies vsque conſeruatum *t*). Abder.

Aga

o) SIONITA *Agedabia* reddit; SIONITAM ſequitur mappa D'ANVILLII; at in libro eſt bis *Agedania*; ſic ABULFEDA quoque, quantum ex verſione Reiſkiana video. Textus enim arabicus (p. 9) his verſibus caret.

p) Cf. lib. IV. c. 182. coll. c. 172. (ed. WESSELING.) Vid. de Augelarum ſitu Veter. PLIN. *Hiſt. Nat.* lib. V. c. 4.

q) pag. 9.

r) MARMOL. T. III. p. 53. DE LA CROIX T. II. p. 341.

s) p. 633. adde DAPPERUM p. 323.

t) GATTERER l. c. p. 219.

Aga l. c. locum memorat *Cedſjele*, quem Niebuhr pro Augila veterum habet. Quae plura de vrbe hac Edriſius ſcripſit, iam ex Cod. Pariſienſi *u*) addo: قال الادريسي ومدينه اوجله مدينه صغيره مختصره (forte مختضره) فيها قوم ساكنون كثير والتجاره منها يدخل الي كثير من الارض السودان نحو بلاد كدارو وبلاد كوكو وارضها وارض برقه ارض واحده ومياها قليله ومنها الي مدينه زاله عشر مراحل غربا i. e. *Edriſio teſtante, Augela vrbs parua eſt, ſita in loco virenti, culta non paucis hominibus. Mercimonia non deſunt. Ab ea iter inſtitui poteſt, vt maxima pars regionum Nigritarum peragretur, videlicet terra Kadaru, (Cauar?) terra Cucu vna cum ditione eius et terra Barka . . . (terra Vaheda?) . . . Aqua ibi vtplurimum deficit. Ab Augela ad vrbem Zala iter* 10 *ſtationum occidentem verſus.* Vocabula ارض واحده neſcio, quomodo bene vertam; forte legendum وارض ودان et *Terra Vadan.* Coniecerim fere verba وارض برقه et quae ſequuntur huc plane non pertinere, ac cum voce وارضها finem habere vrbis Augelae deſcriptionem.

Sant Ria سنتريه (p. 41) *diſtat ab Augela occidentem verſus ſpatio decem dierum; a Bahrein* بحرين *4 ſtationibus;* (vid. Mappa D'Anvillii) *a mari mediterraneo ſeptentrionem verſus 9* (Abulfeda: 8) *ſtationibus; a monte Kalmeri* قلمري *4 dierum interuallo. Ex Sant Ria, ſi quis velit, intrabit terram Cauar, reliquasque regiones Nigrorum.* Ita Edriſius de Sant Ria vrbe, quam in ſerie locorum ad Aegyptum pertinentium, deſcribit. Abulfeda contra, non ſine iure credo, Tabulae Magrab vrbis huius deſcriptionem inſeruit. Et Ibn al Vardi in ſerie locorum, quos ad *Magrab al adna*, prouinciam, retulit terram Schantariam (habet enim ش loco س) vrbem que eiusdem nominis deſcri-

u) Vid. Eichhorn Bibl. p. 550.

deſcribit *v*). Pronuntiatio autem Edriſii سنت ريه *Sant Ria* pauluſum etiam ab Abulfedaea, *Santaria* سنتريه puta, differre videtur. Codex tamen Pariſienſis *w*), vbi locum ex Edriſio allegat bis سنتريه ſcribit. Locus vero Codicis laudati cuius mentionem fecimus, hic eſt: قال الادريسي ومدينه سنتريه صغيره وبها منبر وقوم من البربر واحلاط (putem واخلاط) من العرب المتحضره ومنها. الي البحر الشامي (addit Impr. في جهة الشمال) تسع مراحل وشربهم من ابار وعيون قليل وبها نخل كثير من سنتريه الي اوجل (Impreſſ. اوجلة) مغربا عشره ايام i. e. *Santaria, vrbs parua,. cui eſt Manbar. Incolae ſunt miſcella turba ex Barbaris et Arabibus* oppidanis. (concordat Ibn al Vardi) . . . *qui ex ciſternis ſitim reſtinguunt; fontes enim perrari. Palmarum ibi abundantia* . . . Vocabulum منبر non transtuli, vtpote qui ſenſum eius non omnino aſſequor. Vncinis incluſa in Cod. Pariſ. omittuntur, quare ex libro impreſſo adieci.

Zavilah زويله. (p. 92). (Ex pronuntiatione Timimaei زُوَيْلَة, Cardonne *Zuweilah*) *vrbs* (p. 40) *in ſeptentrione terrae Vadan ſita. Condidit et incoluit eam Abdallah ben Chatab al Havari* عبدالله بن خطاب الهواري. Pag. 92 breuior eſt Edriſius, *Zavila ben Chatab* tantum ſcribens. *A Zala* (p. 40) *diſtat* 10 *dierum itinere; et a Mederam Iſa itinere duarum dierum.* Abulfeda in notis marginalibus (p. 7 et 27), eſſe vrbem primariam terrae Karan (Fezan) perhibet. Plura idem ac varia p. 27 ex variis autoribus congeſta lectoribus offert

v) Ibn al Vardi Notices &c. II, p. 27. 28. شنتريه pays, ou eſt une ville du même nom; il eſt habité par des Berbers, mêlés avec les Arabes; on y trouve des mines de fer. Entre cette ville & Alexandrie, il y a un grand déſert qui renferme pluſieurs villes enchantées, dont on ne raconte que des fables.

w) Vid. Eichhorn Bibl. l. c. p. 552.

offert *x*). Abdelmoalis deſcriptionem huius vrbis vid. apud Herbelot. ſ. v. Zavilah *y*). Arces Beni Chatab ſupra p. 290 adfuerunt. Vid. paullo poſt *Zala*.

Meſtih مستيخ (non: مستنج) (p. 92); nomen ex Edriſio diſces praetereaque nihil.

Zala زالة Paucula haec de vrbe Zala p. 40 leguntur: *A ſeptentrione huius terrae, habetur vrbs Zala, diſtans ab vrbe Sort interuallo* 9 *dierum inter occaſum et ſeptentrionem mare verſus.* Quam terram in animo habuerit Edriſius, obſcurum; praecedunt ſcilicet vrbes quaedam vsque ad Belad (terram) Cavar. Ibidem legimus: *A Zala ad terram Vadan eſſe interuallum* 8 *dierum;* et in fine eiusdem ſectionis (ſecundae Climatis tertii) diſcimus *ab eadem Zala ad Zavila eſſe interuallum* 10 *dierum meridiem verſus cum flexu ad occaſum.* Pag. 92 nomen Zala iterum occurrit, et hoc ex loco colligere poſſumus Zala, de qua hic ſermo eſt, eſſe *regionem* بلاد زالة *z*). Cod. Pariſ.

x) Duas memorat vrbes huius nominis JACUTI mſt. Verba eius: زويلة السودان وهي قصبة اعمال قران في جنوبي افريقية مدينة كثيرة النخل والزرع i. e. Zavila al Sudan (Nigrorum) diſſecta eſt a Themate Karan verſus meridiem Afrikiae; vrbs eſt diues palmarum ac ſatorum. — Altera Zavila ſecundum JAC. eſt quaſi ſuburbium vrbis Mahediae, cet. Vid. quoque CARDONNE II, 80, vbi obiter quaſi occurrit, ſcil. ait: Endlich (A. C. 1088) eroberten ſie (Franci iuncti Graecis) die Stadt *Zuweilah.*

y) *Zavilah.* Nom d'une *Ville du Pays des Soudan Occidentaux*, dont le Terroir eſt abondant en Palmiers & en Terres cultivées, qu'il faut néanmoins arroſer avec l'eau des puits ſelon le Geographe Perſien dans ſon troiſième Climat. Paullo aliter docet BAKUI: زويلة ville d'Afrique ſans murailles, *à l'entrée du pays des Soudans.* Ses habitans ſe vantent de pouvoir reconnoître les perſonnes à la trace des pieds, & juget ſi c'eſt un étranger ou un habitant, un homme ou une femme un voleur ou un eſclave.

z) GATTERERvita: habet p. 627. Sala in *Sala* oder in der Inſel der Palmbäume (Terra Vadan) mitten in einem Sandmeer. — *Süale* hodie ſub themate Fäſan, vid. NIEBUHR l. c. p. 998. LUCAS apud CUHN.

Pariſ. *a*) ex Edriſio ſequentia Abulfedae exemplo adſcripſit: وزالة مدينة صغيرة ذات سوق عامر وهي حصن منيع ومن زالة يدخل الي بلاد السودان ايضا ومن زالة الي مدينة زويلة عشرة ايام في جهة الغرب والجنوب ومن زالة الي سرت تسع (Impr. تسعة) ايام i. e. *Zala* vrbs parua quidem, emporetica tamen ac ſatis habitata; eſtque inſtar caſtelli firmi. Et ab hac iter inſtitui poteſt in regiones Nigritarum. A Zala ad Zavila iter decem dierum in parte occidentali et auſtrali; et a Zala ad Sort iter nouem dierum.* Vid. paullo ante *Augela.*

Sort سرت vid. ſupra p. 294.

Kasr Kafez قصر قافز (p. 93) *diſtat a Soluk itinere ſtationis vnius; ſita eſt in media planitie Bernik* برنيق *b*). Bernic, hod. Bengazi vid. Mapp. D'Anvillii. *Habet a latere orientali ſyluam mari propinquam; inter quam porro et mare habentur* 4 *miliaria. In vicinio Kafez et quidem in orientali eius plaga eſt lacus, qui in longitudine mare verſus protenditur, ab illo tamen colle arenae ſeparatur. Aquam habet dulcem. Longitudo eius eſt* 16 *miliarium; latitudo dimidii fere miliaris c*). *Hinc ad*

Mamakas قصر ماقس (p. 93) *arcem, decem habentur miliaria. Ab hac arce ad*

Autalit

* Cuhn, T. II. p. 201 vrbem *Zuela* memorat. Verba eius: Oeſtlich von Mourzouk liegt auf einem ſehr fruchtbaren Boden die Stadt *Zuela*, wo die Trümmer alter groſser Gebäude, die vielen Ciſternen, und die weitläuftigen unterirrdiſchen Keller, ſo ſehr alte verſchwundene Gröſse beweiſen, daſs ſie einen künftigen Reiſenden gewiſs anziehen und ſeine Unterſuchungen reichlich belohnen werden.

a) Vid. Eichhorn Bibl. p. 550.

b) Eſt procul dubio planities quaedam, quae ab vrbe *Berenice* Plinii (olim Heſperis) nomen deſumſit. vid. *Handbuch* &c. p. 135 vel *Berbic* vid. de la Croix T. II. p. 250. cf. Marmol. T. II. p. 574.

c) Eſt procul dubio *Triton* palus. Plinius p. 211. Pro: 16 miliar. Sionita male 14 ſcripſit; liber habet ستة عشر ميلا.

Autalit اوطلاط قصر (p. 93) *arcem, populo frequentem, ſemidiei iter. Ab Autalit ad*

Kasr Arbaa borug قصر اربعة بروج (p. 93). (arcem quatuor turrium) *iter diei; hinc ad*

Kasr Alain قصر العين (p. 93) (fontis) 10 *miliaria; tum ad*

Kasr Tolmaitſa قصر طلميثة (p. 93). Diſtantia omnino deeſt. Abulfeda pronunciat طُلَمِيثَا Tolmaitſa; et eodem autore eſt Tolmaitſa emporium celebre. Plura idem cupienti ſuppeditabit. Timim. Mſt. pronuntiat طُلْمَيْثَة *Tolmaitſaha*. De la Croix *Tolomette* effert. Mappa D'Anvillii, *Tolometa*. *Tolmaitſa* eſt *Ptolemais* Veterum. Ptolem. (pag. 181) Ἐπίσημος πτολεμαΐς. Plin. p. 213. "*Ptolemais* antiquo nomine *Barce*." *d*)

Iam eo peruenit Edriſius vt (p. 93) iter a *Barka* ad *Alexandriam* faciat. *Via recta, haberi* ait 21 *ſtationes vel* 550 *miliaria. Primus qui occurrit locus,*

Mil.

6 *Kasr Nadama* قصر الندامة (p. 93) 6 *miliaria a Barka diſtat. Hinc ad*

26 *Nacneſet* ناكنسيت (p. 93) 26 *habebis miliaria; ad*

25 *Magar al rakim* مغار الرقيم (p. 93) 25 *miliaria; atque hic coniungit ſe haec via, tum via ſuperiori (altiori). Hinc ad*

35 *Puteum Halima* حليمة (p. 93) 35 *mil. e*); *tum ad*

35 *Nahil* وادي نحيل *fluuium*, l. *torrentem* 35 *miliaria.* Vid. mapp. D'Anvillii; egreditur e lacu quodam, illabitur in mare. *A fluuio Nahil ad*

127 *Al*

d) Plura vid. *Handbuch* &c. p. 134. DE LA CROIX Tom. II. p. 151. DAPPER p. 298.

e) SIONITA et KURZMANN 36. M. P. habent; male; in libro enim legitur خمس وثلثون ميلا.

Mil.
127

35 *Al Midan* جب الميدان (p. 93) *puteum*, 35 *miliaria; hinc ad*

35 *Genad al ſagir* l. *Genad paruum* جناد الصغير (p. 93) 35 *miliaria; tum ad*

30 *Puteum Abdalla* عبدالله (p. 93) 30 *mil.; hinc ad*

30 *Marag al Schich* مرج الشيخ (p. 93) (pratum Senis) 30 *miliaria; ad*

20 *Akaba* العقبه (p. 93) (*Alakbe*: Sionita) 20 *miliaria; hinc ad f) tabernas*

20 *Abi Halema* ابي حليمة (p. 93) 20 *miliaria; ad*

35 *Charba al kum* خربة القوم (p. 93) 35 *miliaria g); tum ad*

15 *Kaſr Schamas* الشماس (p. 93) 15 *miliaria; ab hac arce ad*

25 *Sec al Hamam* سكة الحمام (p. 93) 25 *mil.; hinc ad*

30 *Auſeg* جب العوسج (p. 93) *puteum*, 30 *miliaria. A puteo Auſeg ad*

Cenais al herir كنايس الحرير (p. 93); Kurzmann habet *Kenais alharit* كنيس الحريث male; *ad*

24 *Tahune* الطاحونه (p. 93) 24 *miliaria; hinc ad*

30 *Hani al Rum* حنية الروم (p. 93) 30 *mil.; hinc ad*

34 *Dat al Hamam* ذات الحمام (p. 93) 34 *mil.; hinc ad*

18 *Tunia* تونيه (p. 93) 18 *miliaria. A Tunia ad*

20 *Alexandriam* الاسكندريه (pag. 93) 20 *miliaria.*

528 Supra legimus diſtantiam *eſſe* 550 *miliarium.*

V 2 Sed

f) In libro eſt تم ابي حوانيت ابي حليمة. Pro primo ابي procul dubio legendum الى. Facile enim fieri potuit vt, quum verbum ابي paullo poſt iterum occurrat, dupliciter idem ſcriberetur. Vocabula ابي حوانيت, quoniam forſitan ſuſpecta ei viderentur, Kurzmann in verſione ſua non expreſſit.

g) Sionita et Kurzmann male tranſtulerunt 30 M. P. Liber enim habet خمس وثلثون ميلا.

Sed vbi, quae hic ſunt prolata miliaria, in vnum colligis, nequaquam prodit numerus 550 ſed tantum 528. Lapſus hic manifeſtus, ſed vbi lateat error, et quo pacto corrigendus ſit, obſcurum. Coniecturam ſi audire vis noſtram, accipe. Locus *Cenais al herir* ſine notata eſt diſtantia. Quid, ſi quae deſunt miliaria 22, omiſſa ibi fuiſſe credas et inſerendo اثني وعشرون ميلا lacunam expleas? Non nego tamen quin etiam hic locus ſic poſſit intelligi, ac ſi temporis ſpatium ab *Auſeg* vsque ad *Cenais al herir* et a *Cenais al herir* ad *Tahuna* ſimul = 24 miliaribus. Addit Edriſius: *et hoc quidem eſt iter ſuperius* (altius) *per deſertum h*). *Via maritima vero eiusmodi eſt: Ab Alexandria ad*

Ras al Cenais راس الكنايس (p. 24) *tres habentur curſus*. Num promontorium hoc cum *Cenais al herir* loco, qui paullo ante adfuit, vnum ſit idemque, nec ne, dubius haereo. Eſt forte promontorium, quod mappa D'Anvillii ſub nomine Teïones offert. Linea ſequenti pergit Noſter: *A portu Cenais i*) *ad*

Tarſavi الطرناوي (pag. 94) *portum, ad initium Continentis*

Ramada رماده (pag. 94) 50 *miliaria*. Mappa D'Anvillii exhibet: *C. Rameda;* at Edriſius اول جون. Forte pro جون legendum راس. *Ad k*)

Akba

h) In libro eſt: وهذه (l. وهذه) الطاريق هي الطاريق العليا في الصحرا

i) Portus ergo nunc eſt Cenais; paullo ante fuit promontorium. Forte pro مرسي legendum راس; vel antea pro راس legi debet مرسي. Lectio prior tamen, ni fallor praeferenda.

k) Vocabulum *Ad* SIONITA quoque habet. In libro eſt ومن *et a*, non autem الي, *ad*. Vertendum ergo: *Et ab Akba Salam &c.* Num ومن lectio verior, an الي reſcribi debeat, non omnino liquet. Forſitan exciderunt ſequentia: ومن رماده الي عقبة السلم — ومن عقبة السلم cet.

Akba Salam عقبة السلم (p. 94). Mappa D'Anvillii *Icabeth aſſollom* ou *le Catabathme;* hodie; teſte de la Croix *l*), *Carto*. *Ad*

Amara عمارة (pag. 94) *portum*, 10 *miliaria.* Mappa D'Anvillii pagum *Aamara* ad h. l. notat. *A portu Amara ad*

Malaha الملاحة (p. 94) 20 miliaria. Diſtantiam 30 miliar. ſilentio praetermiſit Kurzmann. — *Mellaha* pronuntiat mappa D'Anvillii. *Hinc ad*.

Laca لكة (p. 94) 10 *miliaria.* Mappa D'Anvillii exhibet *C. Locca* ou *Luco;* forte conuenit *m*). Pergit Edriſius: *In confinio Laca, in terra deſerta viſuntur arces 2; quarum vna vocatur*

Cib كيب; *altera*

Kamar قمار. *A Laca ad*

Tabarka طبرقة (p. 94) *portum*, 50 *miliaria.* D'Anvillii mappa habet *Tabarka* vulgo *Trabuco; Trabucho* apud de la Croix audit *n*). *Hinc ad portum Capitis*

Iatſni راس يثني (p. 24) *curſus cum dimidio.* Promontorium *Iathne* vel *Iatſni*, vulgo *Roxatin*, audit; vide mappam D'Anvillii *o*). *Hinc ad*

Bondaria البندرية (p. 94) *duo curſus.* Forſan *Apollonia* Strabonis et Ptolemaei. Supra adfuit *Bonderabi*, cum *Bondaria* vix idem locus. D'Anvillii

 mappa

l) Vid. DE LA CROIX T. II. p. 254. — Catabatmus aujourd'huy *Carto*, une grande valée, qui s'etend jusqu'en Egypte, vis-à-vis du lieu où étoit le Temple & l'Oracle de Jupiter Hammon.

m) Cf. DE LA CROIX T. II. p. 254. *Luco*, autre fois *Antipyrgus*. Le *Cap de Luco* autrefois *Promontorium Catyonium*.

n) Vid. DE LA CROIX T. II. p. 240. vbi ... le port de *Trabucho* autrefois Batrachus.

o) DE LA CROIX l. c. .... le *Cap de Raxaltin*, que Ptolemée apelle la *grande Cherſoneſe*, parce que c'eſt une presqu' Ile.

mappa exhibet *Bondaria* ou *Bon Andrea.* vid. ſupra. Pergit Edriſius: *Ad Bondaria reflectitur mare et fluctuat ad plagam occidentalem tenditque recta ad promontorium*

Taadia راس التعديه (p. 94) *ſpatio duorum curſuum.* Num *Phycus* promontorium Strabonis et Ptolemaei? Mappa D'Anvillii exhibet *C. Lorat;* idem, ni fallor. Pergit Noſter: *Nullum ibi comparet aedificium. A promontorio* (طرف) *Taadia incipit ſinus Zedic* زديق (ſupra p. 297 ſcriptum inuenimus, زديك;) *a principio eius vsque ad finem* (في الابتدا الي اخرة). *Littus vero iſtud, cuius initium in Bondaria via recta diſtat ab Alexandria 6 curſibus ſeu 600 miliaribus; arcuata vero ac ſinuoſa Curſibus 11½, ſeu 1150 miliaribus.*

Iam ſubſequitur in libro Edriſii exactiſſima vrbis *Alexandriae* deſcriptio, quam exhibemus infra Sect. III. P. I. §. 7.

§. 3.

Inſulae p) maris atlantici.

In limine operis Edriſiani primo obuiam veniunt inſulae *Chaledat* خالدات *q*). Comprehendunt Arabes ſub hoc generali nomine (pag. 93) *ſex inſulas r*), quae apud nos *Canarides* vocantur. Ibn al Vardi (p. 55) quidem de duabus tantum loquitur, iungit vero

p) Inſularum deſcriptio inprimis ſatis ſuperque demonſtrat Ibn al Vardium vel ad verbum poene Edriſii opus exſcripſiſſe, vel ex iisdem ſaltem fontibus hauſiſſe.

q) Bakui جالدات pronuntiat l. c. p. 397. procul dubio male. Abulféda p. 26. edit. Rinck الجزاير الخالدات.

r) Bakui l. c. . . . Ces isles, ait, ſituées dans l'ocean, a l'extremité du Mogreb. Elles ſont au nombre de ſix, voiſines les unes des autres. Idem de terrae bonis exponit: les plantes & les arbres, inquit, y viennent naturellement ſans culture; tout y eſt bon & agréable. Tempore Abulfedae incultae fuerunt, vid. verſ. Reiſk. l. c. Tom. V. p. 131.

vero iis duas alias, inſulam ſcilicet *Laouis* et *Suali.* — Edriſius initio primi Climatis, ipſe quoque duas (جزيرتان تسميان بالخالدات) tantum memorat, initio autem Climatis ſecundi iterum duas alias. Quae reſtant duae, ſi opus, initio Climatis tertii forſan occurrunt.

J. II.) Nomina inſularum duarum, de quibus p. 6 verba facit, obticuit, nonnullas tamen in medium profert obſeruationes, quas nunc ex illo exhibebimus. *Ab his inſulis auſpicatus eſt Ptolemaeus locorum longitudines et latitudines traditurus.* Lapſus Edriſii indicandus; ſcilicet locorum longitudines, non autem latitudines ab illis cepit Ptolemaeus easdem ſub 14° lat. ſept. ponens; hinc itaque verius ac diligentius Bakui: c'eſt-là, inquit, que les ſavans ont fixé le premier degré des longitudes; verior quoque Abulfeda vid. p. 26. edit. Rinck. Sed ſe ipſum emendauit Edriſius p. 39 initio Climatis ſecundi, vbi ita: *Ab his inſulis dimetiri et ſumere coepit longitudines locorum s*). Relata refert Edriſius enarrans, in *quâlibet harum inſularum eleuatam fuiſſe ſtatuam, e lapidibus exſculptam, centum cubitos altam; cuilibet ſtatuae impoſitum fuiſſe ſimulacrum aeneum, manu retro occidentem verſus innuens.*

Quid hoc ſibi velit, ex Bakui *t*) verbis et Edriſio ipſo, ſi, quae p. 37 occaſione ſimilis inſtituti addit, conferre

s) Notandum duxi, Arabes, praeſertim antiquiores, Graecorum veſtigiis inſiſtentes, ab *inſulis Fortunatis*, tanquam a certo fixoque limite locorum, longitudines exordiri. Quorum in numero (praeter Perſas NASSIR EDDIN. et ULUG BEIGH.) eſt ALBATEGNUS, de quo CASIRI l. c. Tom. I. p. 343. Sed ABULFEDA, aliique recentiores, non ab his inſulis, ſed ab vltimo promontorio, quod mari atlantico alluitur, longitudines locorum dimetiuntur. — In hoc ergo attendendum vbi poſitiones ABULFEDAE in cenſum veniunt. Vid. EICHHORN Bibl. Tom. V. p. 614.

t) Dans chaque île (ait l. c.) il y a une ſtatue haute de cent coudées, qui eſt comme un fanal, pour diriger les vaiſſeaux, & leur apprendre qu'il n'y a point de route au-delà.

ferre velis, ſatis clare diſces. Verba Edriſii p. 37 ſunt: وبهذه الجزيره (صحي) ايضا اصنام عدة علي ضفة البحر كل صنم منها رافع يده اليمني كانه يشير الي الناظر اليه ان ارجع الي جيت فليس خلفي ارض تسير اليها i. e. "*in hac quoque inſula* (*Sahi*) *viſuntur ſimulacra iuxta littus maris, dextram erigentia, quaſi dicere vellent, vnde veniſti, illuc reuertere, nulla enim reperitur terra a tergo noſtro.*" — Nunc ſatis intelliges, cur hic (pag. 6) addiderit *habitationem vltra illas ignorari.* (Supra haec phraſis iam adfuit.)

Pergit Noſter, *harum ſtatuarum numerum eſſe ſex* (ſex enim ſunt inſulae p. 39); *et vnam illarum perhiberi eſſe Idolum Kades* قادس *ad occidentalem partem Andaluſiae.* — Pauca verba, ſed nebulis offuſa. Herbelotus ſub voce *Cades* hoc iam queſtus eſt: "Ils confondent, ait, apparemment cette Isle avec celle de Cades en Eſpagne qui n'eſt néanmoins qu' une presqu' ile" (quid enim? Arabes voce Peninſulae carent!).

Quod ſi Bakui non aduerſaretur, in qualibet inſula ſtatuam erectam eſſe aſſirmans, Edriſii verba interpretari poſſes perinde, ac ſi dixiſſet, duas hic conſpici ſtatuas, eiusque generis ſtatuas in vniuerſum dari ſex. Vnam ex his eſſe in Hiſpania, tum in inſula Sahi etc. ita vt cum ſtatuas memoraſſet in his inſulis erectas, ſubierit mentem, quod de ſtatua in Hiſpania olim perceperat. Sed non operae pretium videtur, his nugis diutius immorari.

Verum quum huius fabulae mentionem facere officii noſtri erat, quis fuerit ille, ſub cuius auſpiciis exſtructae ſint, interrogare licet. Conditoris nomen ſilentio praetermittit Edriſius; ſed ex Ibn al Vardio *u*) coniicere licet *Biçornem*, i. e. *Alexandrum* fuiſſe. Verba eius: سيفهان (eſt Edriſii مسفهان) "au milieu de laquelle

u) l. c. pag. 55.

laquelle eſt une montagne et ſur ſon ſommet une ſtatue élevée par *Saad Aboukarb l'Hemiarite* — le même que *Dhoulcarnajn*". Edriſius vero p. 39 *ad has inſulas perueniſſe indeque reuerſum eſſe Alexandrum perhibet.* cf. pag. 71. Sed caue ne Alexandrum *hunc*, Philippi filium eſſe cogites. Eſt *Dulkarnain* Arabibus (ſi comparare licet) i. q. Hercules poetis Graecorum. Diu iſ ante Alexandri Magni tempus vixit, imo ſecundum Arabum traditiones Abrahamo coaeuus *v*).

III. et IV.) Initio Climatis ſecundi partis primae ad inſulas Chaledat reuertitur Edriſius, quarum duas nunc diſerte in medium profert, ſcilicet مسفهان et لقوس. Verba Edriſii: *Ex inſulis quae in hac parte continentur ſunt Masfahan et Lakus, ambae de numero inſularum ſex praedictarum Chaledat. Huc* (ſecundum traditiones) *peruenit Dulcarnain* i. e. *Bicornis* (Alexander) *indeque reuerſus eſt.* Ibn al Vardii *Laous w*) eadem eſt cum Lakus Edriſii.

Idem Ibn al Vardi loquitur de inſula سيفهان *Siſahan* ſeparatim ab inſulis Chaledat. Non dubito quin Edriſii Masſahan ſit inſula eadem. Quae enim de illa monet Ibn al Vardi non diuerſa videntur ab inſularum Chaledat deſcriptione. Vid. quae paulo ante ex illo adſcripſimus.

V 5 . Sex

v) Vid. HERBELOTUS ſub vocibus *Eſkender*, *Dhoulcarnain*, *Khedher.* Iam vero et Alexander Magnus hoc nomine venire ſolet; audi GOLIUM in not. ad Alfrag. p. 58 ita diſſerentem: "Alexander „Magnus in Corano et paſſim ab Arabibus ذوالقرنين Bicornis „vocari ſolet: non tam ob partum duplex, Orientis et Occiden„tis, qui Mundi cornua illis dicuntur, imperium, quam a cor„nuta Alexandri effigie, numis exhibita; vt ita quoque Jovis „Ammonii filium gentes agnoſcerent."

w) Procul dubio exaratum eſt لاوس, vel quod potius crediderim لعوس, ع enim punctis deſtitutus, pro ق facile accipi poteſt. Caeterum obſeruandum eſt, GLASIUM duas has inſulas conferre cum inſulis *Lancerota* et *Fuertaventura.* vid. p. 4.

Sex vero ait pertinere ad globum inſularum ſub nomine Chaledat (Fortunat.) comprehenſarum; duas itaque adhuc deſideramus.

V) Collato Edriſio cum Ibn al Vardio nomina earum forſan expiſcari liceat. Cum inſulis Chaledat coniunctas eſſe ait Ibn al Vardi inſulas *Laus* et *Saali*. Inſula *Laus* eſt *Lakus* Edriſii et apud Edriſium *Lakus* vna eſt e numero Canaridum. Inſulae Saali ساحل (ſecundum ibn al Vardi cum inſul. Chal. coniunctae) deſcriptionem exhibet noſter pag. 71, initio Climatis tertii, quam itaque pro quinta iſtarum inſularum accipere poſſes. Attamen obſtare videtur ſitus inſulae huius. Inſulae Chaledat ſcilicet in mari tenebroſo (atlantic.) ſitae ſunt, haec inſula autem in vicinia inſulae Sara adeoque in oceano magno mari tenebroſo proximo: Deſcriptiones vero, quas Edriſius et Ibn al Vard. de hac inſula offerunt, easdem eſſe liquido oſtendunt.

In inſula Saali (refert Edriſi) *degunt homines, mulieribus non diſſimiles, dentibus acutis vel caninis* x), *oculis fulgurantibus inſtructi. Halitus eorum eſt veluti lignum comburens. Pugnant cum beſtiis marinis. Lingua eorum intelligi nequit. Mares a foeminis non diſtinguuntur*

x) Huc procul dubio pertinet, quae in Itinerariis legitur de hominibus, acutis inſtructis dentibus, deſcriptio, quorum Africa haud paruum numerum alat. Locum Niebuhrii ad h. l. multum facientem integrum adſcribo, l. c. p. 967 ſq. Man findet in Afrika auch ſchwarze Nationen die von allen übrigen Menſchen darin verſchieden ſind, daſs ſie von Natur ſpitze Zähne haben. Zücchelli erwähnt einer ſolchen Nation, die er *Giaghi* nennt, in ſeiner Reiſebeſchreibung nach Congo. Im dritten Bande der Sammlung aller Reiſebeſchreibungen pag. 133 und 173. Römer in ſeinen Efterretning om Kyſten Guinea p. 21. Oldendorp in ſeiner Geſchichte der Miſſion der evangeliſchen Brüder p. 285 hat auf der Thomas Inſel einen Afrikaner mit ſpitzen Zähnen angetroffen, der ſeine Nation Bibi nannte &c. Es iſt daher kein Zweifel, daſs ſich in Afrika wirklich eine Art Menſchen findet, die wie fleiſchfreſſende Thiere ſpitze Zähne haben. Cf. idem p. 981, vbi de incolis prouinciae Andam et Jemjem idem refert.

guntur niſi pudendis, viri enim ſunt imberbes. Foliis arborum induuntur y). Vid. infra.

VI) Reſtat adhuc ſexta inſula; quam fortaſſe ſub initium Climatis tertii deprehendimus, vbi de inſula Sara سارة haec habet: *Sita eſt in oceano magno occidentalem terrae plagam ambienti, proxima tamen mari tenebroſo. Hanc inſulam dicitur ingreſſus eſſe Alexander antequam illam tenebrae inuaderent et ibi pernoctaſſe. Incolae vero ſocios eius inflixerunt lapidibus.*

In eodem mari multas adhuc contineri inſulas ait, quas ſingulas deſcribere pergit:

Prima, quam poſt inſulam Saali depingit, *eſt* 1) *Chaſaran.* Ibn al Vardi de inſula Haſarat eadem narrat, quae Edriſius de خسران tradit, ita vt facile intelligatur eaſdem eſſe. Vocabula خسران et حسرات (procul dubio ita in Mſſ. exaratum eſt) non adeo differunt; vtrum autem ſit praeferendum non omnino liquet.

Chaſaran eſt (autore Edriſio) *inſula grandis. Conſpicitur in illa mons ſtupendae altitudinis ad cuius radices homines degunt colore fuſci* (oliuaſtres), *ſtatura breues. Barbam habent, ad genua vsque demiſſam, vultus latos et grandes aures. Veſcuntur, animalium inſtar, herbis cuiuscunque generis in inſula hac productis. Flumen illis eſt paruum, quod in radice montis naſcitur, cuius aqua dulcis eſt z).*

2) *Gur-*

y) Ibn al Vardi: Saali eſt grande, les hommes y ſont comme des femmes, & on ne peut les diſtinguer; ils ont de longues dents, des yeux très-brulans; parlent une langue qu'on n'entend point; leurs habits ſont de fevilles d'arbres, et ils vivent de poiſſon.

z) Ibn al Vardi (p. 55): L'Ile Haſarat eſt fort étendue, il y a une montagne très haute, au pied de laquelle habitent des hommes de couleur jaunatre . . . dont la barbe tombe jusqu' aux genoux; ils ont le viſage large et de grandes oreilles, ils vivent d'herbes; on trouve chez eux une petite riviere dont l'eau eſt bonne.

2) *Gur* غور. Subſequitur in opere Edriſii inſula Gur. Apud Ibn al Vardium occurrit inſula *Aour* (Aur), ſine dubio arabicis characteribus expreſſa عور. De vna eademque inſula vtrumque loqui non eſt dubium. Edriſii verba:

Gur, longitudine et latitudine praeſtantiſſima, uvarum (عناب) *feraciſſima. Abundat fluuiis, lacubus, ſyluisque in quibus degunt aſini et boues longis cornubus inſtructi a).*

3) *Moſtaſchcin* مستشكين. *Vrbi eius arx impendet ſublimis.* — Ibn al Vardi l. c. diligentius de ea expoſuit *b*).

4) *Kalhan* قلهان. Ibn al Vardi pag. 56 de inſula Calhat loquitur quae eadem eſt cum Kalhan Edriſii. Characteribus arabicis exaratum eſſet forſan قلهات; num lectio Edriſii ſit praeferenda, me quidem fugit. Eſſe autem eandem inſulam facile ex deſcriptione colligas.

In hoc mari quoque eſt inſula Kalhan. Incolae eius ſpeciem humanam habent, capita vero belluina. Immergunt ſe mari, extrahunt quidquid belluarum poſſunt, iisque veſcuntur c). Verba ſunt Edriſii.

5) In eodem mari praeterea eſt inſula duorum fratrum praeſtigiatorum (الاخوين الساحرين), *quorum vnus vocatur Scharhâm* شرهام, *alter Scharâm* شرام. Ibn al Vardi *Scharham* et *Schabram* habet. Num Edriſii lectio melior ſit, in incertis habeo.

Sita

a) Ibn al Vardi (p. 55): L'Ile de *Aour*. Elle eſt très-long et très large et remplis des arbres et de fruits.

b) *Mouſtaſchkin*, ait, autrement l'île de Tennin ou des ſerpens, grande, bien arroſée et plein de fruits. Il y a une ville, ou l'on voit un ſerpent tué, à ce que l'on dit, par Alexandre.

c) L'ile de Calhat, elle eſt grande, et le viſage de ſes habitans reſſemble a la face des animaux.

Sita eſt e regione portus Aſſi et ferunt mari ſudo apparere in continenti fumum illius. Vnde nomen inſula haec deſumſerit ex vocabulo ساحرين *praeſtigiatorum*, manifeſtum eſt. Ibn al Vardi faſcinationem accuratius declarat, ait enim: ils arretoient les navigateurs. — De piratis eum loqui dixeris, ſed dubito; addit enim: mais dans la ſuite ils ont été changés en rochers, avec lesquels on a bâti une ville. — Quid? ſi duos ſcopulos in mari tibi fingas, magnetis lapide refertos, qui naues ad ſe attrahant. — Num forſan de Scyll. et Charybd. fabulam ita Arabes depingunt? Situs quidem non quadrat (cf. Plin. III. 8. p. 115); fortaſſis vero in alium locum fabulam iſti transtulerunt. Ex ſitu, ſi coniicere licet, inſularum Scharham et Scharam hodienum nomen eſſet Madera et Porto Santo *d*).

6) *In hoc mari etiam eſt inſula Ganam* الغنم i. e. *Ouium, magna et tenebris cincta. Oues in illa ſunt innumerae, ſed paruae, quorum caro ob amaritudinem comedi nequit.* — *Ex relatione Almagrurun* (المغررين) *hoc deſumſit*, quorum hiſtoriam in extenſo infra dabimus. Supra p. 110 commemorata eſt inſula Ganam, quae ſi eadem eſt, in vicinia Areſchcul forte quaerenda. Cf. infra p. 320.

7) *Huic inſulae proxima eſt inſula* راكا *Raka* i. e. *Volucrum. Ferunt in hac inſula eſſe genus auium aquilis rubris ſimilium unguibusque inſtructarum, quae belluas marinas venantur et comedunt e). Ab hac inſula eas nunquam recedere affirmant. Ferunt etiam ibidem procreari*

d) Obſeruationem hanc debeo GLASIO, qui p. 4. ita habet: Daſs die Araber Madeira und Porto Santo kannten, erhellet aus dem was der Nubiſche Geograph von zweyen Inſeln dem Hafen Azaffi gegen über ſagt &c.

e) Hinc ſuſpicio oritur, inſulas, quas hic memorat Noſter, eſſe *Aſores*, quas vocant. Fortaſſis, quod hic occurrit auium genus, illud eſt, quod apud occidentales iſtis inſulis nomen hoc peperit.

creari fructum magnae ficui perſimilem cuius eſus veneno medetur.

Eandem deſcriptionem iisdem adeo verbis de inſula hac Ibn al Vardi reliquit, modo nomen eius aliter effert (L'ile de Thouïour) et in fine addit: "Houcali rapport, qu'un roi de Francs y envoya un vaiſſeau, pour avoir de ce fruit et de ces oiſeaux; mais que le vaiſſeau fit naufrage." Hiſtoria mihi quidem ignota. Quae inſula Raka, ſi cum inſula Tair, quam ſupra p. 167 delineauimus, eadem ſit, 12 miliaribus a Sala vrbe diſtat.

8) *Hinc vehuntur ad inſulam Saheliam* الساحلية. *Longitudo eius 15, latitudo 10 dierum ſpatium comprehendit. Olim in hac inſula tres vrbes extabant paruae quidem, ſed populoſae; quarum incolae autem bellis inteſtinis fere omnes perierunt. Ad has vsque perueniebant nautae, atque emebant ambarum* (غنبر) *et lapides diuerſicolores.* Ex nomine forſitan inſulam hanc haud longo interuallo a litore diſſitam eſſe, coniectari licet.

Eandem inſulam depingit etiam Ibn al Vardi, ſed non appellat *Sahelia* ſed *Saſil* vel Dadhil. Vrbes quas memorat Edriſius, idem *magnas* fuiſſe, refert. Tum pergit: . . . mais les guerres civiles ont fait „perir une partie de leurs habitans; d'autres ſe „ſont retires dans le pays de Roum, et il en reſta „peu. Les marchands y vont acheter des *moutons* „et des pierres &c. num pro غنبر legit de Guignes غنم?

9) *In eodem mari tandem ſita eſt inſula Laka* لاكة. *Ferunt in hac inſula multum eſſe lignum Aud* شجر العود (Agalloche vel adeo *Agave?!*) *quod odoris quidem expers, ſuauem tamen odorem recipit, quum inde per mare transportatur.*

Quae

Quae denique Ibn al Vardi habet, haec ſunt: "L'île de *Laca* (ou *Aca*) grande et autrefois très peuplée, mais a préſent déſerte, à cauſe des prodigieux ſerpens, dont elle eſt infeſtée. On y trouve du *aoud* eſpèce de bois."

Quid autem de his inſulis ſtatuendum ſit, num Africae vel Europae vel adeo ex parte Americae adſcribendae ſint, dubitare licet. Accipitres vel Aſores (Açores) hic deſcribi primo in mentem venit: fateor me tamen nihil inueniſſe quod comparationi locum iuſtum faceret; (niſi numerus *nouem* forte) nihilominus tamen Clima, in quo deſcribuntur inſulae ante memoratae, ſuadere videtur Aſores accipiendas eſſe. Vtinam ſaltem Edriſius, quod alibi tam religioſe obſeruauit, diſtantias non praetermiſiſſet! Quid enim iuuat repetiiſſe in eodem mari eſſe ſitas. Si, quas in ſerie inſularum ſeparatim deſcribit inſulae Raka et Ganam, easdem eſſe, quae p. 167, 187 iam notatae ſunt, comprobari poſſit, ſitus earum manifeſtus eſſet. De caeteris inſulis non ſatis conſtat, ac dubius haereo an de America cogitare auſim. De Guignes, qui hiſtoriam Almagrurin illuſtrauit notis egregiis, Americam innuiſſe Arabes, Edriſius et Ibn al Vardius, aſſeuerat.

Quantum autem huic coniecturae tribuendum ſit, aeſtiment Lectores ex *Almagrurum* (Errantium) hiſtoria, quae fere haec *f*):

Ex vrbe Lisboa (Aſchbona اشبونة*) egreſſi ſunt Almagrurin* المغرورين*, qui ſunt agreſſi mare Tenebrarum, quid in eo eſſet exploraturi. Eſtque in vrbe laudata ſemita in vicinia cuiusdam loci paluſtris, quae ab his nomen*

f) Vid. verſ. lat. p. 157 ſq. Eandem hiſtoriam quoque narrat IBN AL VARDIUS: vid. Notices &c. l. c. p. 24 ſq. et inprimis notas DE GUIGNES ad h. l.

nomen deriuat et ad poſtera ſecula vsque ſemita Almagrurin vocabitur.

Conuenerunt nimirum octo viri conſobrini qui, naui oneraria conſtructa, comparatisque aqua ac cuiuscunque generis alimentis ad plures menſes neceſſariis, mari ſe comiſere cum primo flare coepiſſet ventus orientalis; cumque vndecim fere diebus ſecundo vento nauigaſſent deuenere tandem ad mare quoddam, cuius undae groſſae, odor exoſus, ſcopuli frequentes; lumen parcum et opacum. Quare pertimeſcentes naufragium interitumque fatalem, aliorſum vela vertere et duodecim diebus meridiem verſus nauigantes peruenerunt ad Inſulam Ganam [الغنم Ouium; pecudum g)] *in qua deprehendebant oues errantes innumeras, ac nulli paſtorum aut cuſtodum curae commiſſas. Ad hanc inſulam adpulerunt et de naui deſcendentes repererunt fontem aquae decurrentis, quem arbor fici ſylueſtris obumbrabat. Captas deinde aliquot oues mactauerunt; ſed perceptis earum carnibus ita amaris, vt comedi nullatenus poſſent, non niſi pelles ſumſerunt.*

Poſthaec duodecim item dies meridiem verſus, iter continuantes inſulam quandam e longinquo deprehenderunt et habitationes et arua in ea conſpicientes, nauim admouere, quid in ea memoratu dignum eſſet, inveſtigaturi.

Verum non multo poſt, cymbis vndique circumdati, capti ductique fuerunt vna cum naui ad vrbem quandam ſitam ad littus maris, in quam quum deſcenderent, viderunt ibi homines colore rufos (cum quadam cutis albedine, شقرا), *paucis atque prolixis capillis, ſtatura proceros, mulieres pariter illorum mirum in modum formoſas.*

Detenti ſunt Itineratores laudati ibi ad tres dies in domo quadam; quarta tandem die homo quidam callens linguam

g) Vid. ſupra p. 187 vbi *Inſulam Ganam*, iam deſcripſimus. Cf. quoque pag. 317.

linguam arabicam h) ad eos viſendos venit, cui, ab illis de eorum ſtatu, ad quid veniſſent et cuias eſſent, percontanti, omnem rem ſeriemque ſatorum narrauerunt. Quibus auditis, felicia illis promiſit, ſimulque ſe eſſe Interpretem regium indicauit.

Sequenti die ad Regem adducti et ab eo de rebus iisdem, quas ante Interpres poſtulauerat, interrogati, idem Regi, quod praecedente die Interpreti, expoſuerunt; quomodo ſcilicet auſi eſſent mari ſe committere, animo videndi quae memoratu digna atque mirabilia in ipſo contineantur et extremos ad vsque fines illius penetrandi.

Quibus auditis Rex riſit, dixitque Interpreti: Refer hominibus iſtis patrem meum quondam praecepiſſe quibusdam ſubditis ſuis, vt hoc mare ſecarent; eosque etiam fluxiſſe per latitudinem integro menſe, ita vt lumen ipſis omnino defeciſſet, atque adeo eorum iter vanum fuiſſe atque inutile. Praeterea imperauit Rex Interpreti vt hominibus iſtis ſuo nomine polliceretur proſpera omnia, atque bonam de Rege opinionem haberent.

His ita peractis reducti ſunt ad ſui carceris locum, ibique detenti, donec flare coepiſſet ventus occidentalis. Igitur in cymbam iniecti, obducta eorum oculis vitta, ducti fuerunt in pelago longo temporis interuallo, nempe trium dierum ac noctium, vt homines illi exſtimare ſe potuiſſe retulerunt.

Deuenientes deinde ad continentem educti ac manibus poſt terga reuinctis relicti fuimus prope litus, ibique ad ortum diei ſolisque maximis cum incommodis et miſerrima ſub conditione iacentes ob vinculorum noſtrorum aſperitatem, tandem ſtrepitum vocesque humanas audientes vnanimi omnes clamore vociferati ſumus. Iam homines illi accedentes, nosque in tam calamitoſo ſtatu offendentes, interrogarunt nos, narrauimusque eis fata noſtra. Homi-

h) Iam ante hos ergo Arabes ibi fuerunt! vid. DE GUIGNES l. c.

Homines autem illi erant Barbari. Forte quidam ex ipſis, noſtisne quantum diſtatis a patria veſtra? nequaquam reſponſum tulit. Tum ille: ſpatium duorum menſium intercedit inter vos et patriam veſtram. Tum noſtrae turbae dux Vaaſſi (proh dolor meus!) exclamauit. Vocatusque eſt locus ille Aſſi, usque ad noſtra tempora, eſtque portus in Magrab al akſa (occidente penitiori l. extremo), *cuius mentionem ſuperius* (p. 170) *attulimus.* Ita fere Edriſius, iam quaenam poteſt eſſe Inſula ea, ad quam, relicta Ganam, 12 dierum itinere auſtrum verſus appellerent; quaeque homines rubri coloris aleret? Eſt forte inſula *duorum fratrum praeſtigiatorum;* vid. ſupra pag. 316. De Guignes l. c. vt diximus de America cogitauit; verum ipſa narratio praecipue autem eius paragraphus vltimus, et mapparum adſpectus hancce ſententiam refellere videntur *i*)."

i) Scite hancce narrationem diiudicauit TYCHSEN (in J. D. MICHAELIS und THOMAS CHRISTIAN TYCHSEN'S Neue Orientaliſche und Exegetiſche Bibliothek. Achter Theil. p. 54. 55), qui l. c. ita ſcribit: Eine Nachricht von einer groſsen, von Arabern unternommenen Seereiſe, verdient ausgezeichnet zu werden. Acht Abentheurer ſchifften von Liſſabon aus, um das Ende des finſtern Meers (بحر المظلم des Atlantiſchen Oceans p. 48) zu erforſchen, und kamen nach einer Farth von 11 Tagen gegen Weſten und 24 gegen Süden auf eine Inſel, die von groſsen röthlichen Menſchen bewohnt war, und wo ſie einen Mann, der arabiſch ſprach, antrafen. Herr de Guignes glaubt, dieſs ſey Amerika geweſen, das alſo ſchon von den Arabern entdeckt wäre, und vor 1147, weil damals die Araber Portugall verloren. Allein die Erzählung ſelbſt ſcheint dieſe Vermuthung zu widerlegen; denn der König der Inſel lieſs den Arabern ſagen, *er ſelbſt* (autore Edriſio *pater Regis* hunc in finem nauigia exſtruxit emiſitque) habe ſchon Schiffe auf Entdeckung ausgeſchickt, die einen ganzen Monat nach *Weſten* ſchifften, und am Ende umkehren muſsten, weil ſie vor Finſterniſs nicht weiter konnten. Dieſer Umſtand läſst doch weit eher an irgend eine Inſel der Afrikaniſchen Küſte z. B. des grünen Vorgebürges denken, wo dann auch der Arabiſche Dollmetſcher leichter zu erklären iſt &c.

SECT. III. PARS I.

Praemonenda et Aegypti Inferioris deſcriptionem complectens.

Dicta eſt Nigritarum Terra; dicta Africa ſeptentrionalis; dictae inſulae maris tum omanici, tum atlantici; reſtat Aegyptus tam Inferior, quam Superior, cuius deſcriptio ab Edriſio in multis ſumma diligentia eloborata eſt, in multis adeo Tabulae, qua Abulfeda eam comprehendit, longe praeferenda; incuria tamen et nimia Epitomatoris feſtinatione procul dubio factum, vt in locis et paragraphis haud paucis abbreuiata, conciſa, imo et miſere deprauata fuerit. Sane praeter oppidorum nomina (quae ipſa haud raro adulterata) vix aliquid memoria dignum legere datur. Exemplo fidem verbis facere non opus; tota enim Aegypti inferioris deſcriptio (vid. infra §. 9) exempli vicem explet maximi grauiſſimique. Vere igitur: Edriſium ſcripſiſſe paullo obſcurius eumque lacera fere omnia et hiulca dare, iudicauit Reiskius; quae cenſura acutiſſima inprimis ad Aegypti deſcriptionem applicanda. Noli ergo mirari ſi obſeruationes Terrae naturam, animalia, incolarum mores, induſtriam etc. concernentes, quas alibi in anteceſſum et prolegomena collocatas deprehendimus, hic deſiderentur. Sed diutius inhaerere his aliisque eiusmodi querelis inutile foret; ex ingenio enim ea, quae deſunt, reſtituere, ac explere lacunas, aquam eſſet e pumice poſtulare; exſcribere vero obſeruationes aliorum autorum, nec conſilio noſtro reſpondet, nec propoſito. Ad rem ergo reuertamur.

§. 1.

Nomen Aegypti.

Apud Edriſium vti et apud reliquos, quos nouimus, Arabum ſcriptores, Aegyptus ſub nomine مصر *Mesr* venire ſolet; variationis cauſa, vt videtur, autori noſtro quoque vocatur ارض مصر *Terra Mesr;* et regiones Aegypti ipſi ſonant بلاد ارض مصر. Haud raro etiam nunc مصر بلاد nunc, vti ſaepius apud Abulfedam, ديار مصر audit. Hebraei habent nomen מצרים, vnde مصر non ſolum, ſed et procul dubio nomen Μεϛϱαια ortum ſuum duxit. Originem nominis *Mesr* indagarunt praeter Vanslebium *a)* qui Maſudio vſus eſt, multi alii et ex antiquiſſima hiſtoria, quae tamen in multis a fabulae ſuſpicione aegre ſe purgare poterit, eam repetere operam nauarunt.

Sequiori tempore ſi cum Kirchero loqui licet, eam ſortita eſt nominum diuerſitatem, vt, meliori iure, quam quo Oſiridem et Iſidem Plutarchus quondam dicebat ονοματομοϱφον και μυϱιονομον eam appellandam exiſtimem. Collecta haec nomina reperies apud Kircherum *b)* maiori accuratione autem et diligentia in ordinem redacta et diſpoſita ea exhibet Ditmari Aegypti veteris deſcriptio *c)*.

§. 2.

Aegypti fines et ambitus.

Autore Edriſio *Aegyptus terminos habet a Meridie Terram Nubae; ab Aquilone mare ſeptentrionale* (i. e. mediterraneum), *et ex parte Syriae* (Sionita: *Damaſci;* male;

a) Vansleb nouv. Rel. p. 5 ſq. (verſ. germ. p. 129) et eiusd. Itin. germ. conſcr. p. 10 ſq. cf. Sicard T. VII. p. 91. 92. Troilo p. 357. et 138. Salmon p. 266.

b) Kircher Oedip. Aeg. Synt. I. c. 1. p. 3.

c) Ditmar ex edit. Paulus p. 2–7.

male; idem paullo ante: *mare* Damaſcenum, perperam) *deſertum Tih d)*; *ab Oriente mare Kolzom* [i. e. Sinum Arabicum; vulgo mare Rubrum; perperam *e)*]; *denique ab Occidente, al Vahat.* Haec Edriſius. In genere cum Edriſio facit Abulfeda *f)*; in ſpecialiori tamen limitum deſcriptione ei facile praeferendus. Et Leo Africanus *g)* parum ab Edriſio ſecedit, hunc in modum Aegypti limites conſtituens: "Aegyptus clariſſima regio, ab occidente Deſertis Barcae, Libyae ac Numidiae clauditur; ab oriente deſertis, quae Aegypto et mari rubro interiacent; a ſeptentrione mari mediterraneo; a meridie agro Bugienſi et Nilo terminatur." Edriſio noſtro adſtipulantur porro Itineratores recentiores ad vnum fere omnes *h)*; excipiendus, quantum equidem compertum habeo, ſolus Norden, qui fines meridiem verſus maiori diligentia fixit, Aegypto praeter inſulas tres pagos adhuc circiter 13 adſcribens. Proxime ad Nordenium accedit Vansleb. in Itinerario germanico quod

X 3 anno

d) Vid. MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 2. et infra §. 26.

e) Vid. RELANDI (HADR.) Diſſert. miſcell. P. I. p. 59–117.

f) ABULFEDA p. 2 et nott. MICHAELIS ad l. c.

g) LEO Africanus p. 664. Sequitur eum MARMOL.

h) Vid. e. g. SICARD T. II. p. 10. Egypte a l'Ethiopie à ſon midy; la mediterranée au Septentrion; la Mer rouge à ſon Orient & toute Afrique à ſon Occident. Cf. idem T. VII. p. 92. VANSLEB (Nouv. Relat.) p. 7 ad verbum fere ſequitur EDRSIUM. Verba eius haec: Ses confins vers le Sud ſont la Nubie, & la derniere ville d'Egypte, & qui eſt ſous la domination du Bey de Girgé de ce coſté-là eſt Isvan (Aſvan; vid. infra huius vrbis deſcriptionem, vbi; *Asvan meridiem verſus vltimus Aegypti locus.* Ita quoque B. DE SALIGNIAC cap. III. . . . Syene, quae eſt pars vltimae Aegypti); vers le Couchant ſes limites ſont, des Provinces de Vah & de Barka; vers le Levant ſont les deſerts, qui la ſeparent de la Paleſtine; & vers le Nord elle eſt baignée de la mer d'Egypte, qui fait partie de la Mediterranée. Vid. not. ſq. Cum SICARDO et VANSLEBIO faciunt, limitesque in genere definiunt P. LUCAS III, 2. p. 194. SALMON p. 266. TROILO p. 357. MAILLET p. 11. SAVARY T. I. p. 2 ſq.

anno praeterito cum orbe literato communicauit Reuſs Prof. Gotting. Cl., et Pococke *i*).

Maiori autem cura et accuratione circumſcribendos eſſe limites Aegypti recte vidit Schneidlerus *k*) et periculum ipſe fecit deſideratiſſimum.

Quod ad ambitum huius Terrae attinet, Edriſius eum definire noluit. *Longitudinem eius ad* 25½ *ſtationes* (vid. infra *Asvan* et paullo poſt §. 3) *accedere innuit.* Recentiores menſura vtuntur varia, veriori et accuratiori ſaltem Edriſiana *l*). Latitudinem autem huius

i) NORDEN verſ. germ. p. 399. Eo autore Nubia initium habet ad pagos *Ellkalabſche* et *Teſſa*, quorum ille littori Nili orientali adiacet; hic vero occidentali. VANSLEB l. c. p. 13. Gegen Mittag liegt an der Gränze *Ibrim* in Nuba. . . . Die andern Gränzen ſind bekannt; et p. 35: Gegen Süden gränzt an Aegypten Nuba, oder Nubia, das ſonſt auch Dungala genannt wird. Die Gränzſtadt oder Amt, ſo beyde Provinzen Dungala und Aegypten von einander ſcheidet, iſt *Ibrim*. Adde his POCOCKIUM T. I. p. 177 vbi de limitibus Aegypti ſecundum veteres loquitur et p. 204 vbi definit limites hodiernos.

k) In libro cui titulus: Verſuch einer ſyſtem. Erdbeſchr. &c. Tom. I. p. 17 ſq. SCHNEIDLERI laborem ſumma induſtria et laude continuauit BRUNS.

l) Vid. e. g. SICARD. T. II. p. 11. . . . l'Egypte, qui n'a plus de deux cens lieuës de longeur ſur ſoixante de largeur &c. VANSLEB (nouv. rel.) p. 7. 8. On prend ſa longeur depuis la ville d'Isvan jusqu' à l'embouchure du Nil à Roſſette en ligne droite c. a. d. du Midy au Septentrion. Elle eſt environ de cinq cens ſoixante milles. Sed vere addit: On ne peut pas dire cela preciſément, parce qu'on ne meſure pas dans ce Pays la diſtance des lieux par milles, ou par lieuës; mais on la compte ſeulement par les journées de Chameaux. LUCAS III, 2. p. 192. . . . cette étenduë, qui fait toute ſa longueur, eſt de prés de 200 lieués; ſa plus grande largeur ſe prend d'Alexandrie à Damiette, dans un eſpace d'environ 50 lieuës &c. MAILLET p. 11. En effect l'Egypte a tres peu de largeur; en récompenſe ſa longueur eſt conſidérable. Elle s'étend par un eſpece d'environ 250 lieuës depuis les Royaumes de Fungi & de Dongola dans la Nubie, dont elle eſt bornée au Midi jusqu' à la mer Méditerranée, qui la baigne au Nord. Sa plus grand largeur ſe prend ordinairement d'Alexandrie à Damiette & eſt au moins de 60 lieuës. Cf. POCOCKE Tom. I. p. 4. SAVARY T. I. p. 3. Die gröſste Länge deſſelben erſtreckt ſich von Syene . . . bis ans Vorgebirge Burlos . . . zu ungefähr

huius terrae, quantum equidem ſcio, non emenſus eſt Edriſius.

In Aegyptum inferiorem, mediam, et ſuperiorem, maxima Itineratorum et Geographorum pars diſpeſcunt prouinciam hanc. Edriſius pariter ſilet; indirecte tamen Aegyptum ſuperiorem vocat, vtens vocabulo *Said.* (vid. infra Sectionis huius partem alteram.) — Plura adhuc, quae huc pertinere videntur, obticuit; quare et ego, inuitus quidem, at neceſſitate coactus, taceo.

§. 3.

De Nilo.

Fluuius Aegypti eſt Nilus نيل مصر; de cuius origine ſupra verba fecimus; vid. p. 11. 82. 84. Iam filum l. c. abruptum, attexamus. Scilicet e lacu Cura, Edriſio teſtante, effluunt duo Nili brachia, quorum alterum conſtituit Nilum Nigrorum; Aegypti Nilum alterum. Iam loquitur de ſeparatione Nilo-

 rum

225 franz. Meilen. Die gröſste Breite . . . 68 franz. Meilen. Obſeruationes veterum Geographorum quam diligentiſſime collectas reperies apud DITMAR p. 8 ſqq. — Nec de oppidorum pagorumque numero quidquam adnotauit EDRISIUS; liceat itaque in eius locum ſubſtituere Lexicographum a SCHULTENSIO in Ind. geogr. excitatum, qui ita fere tradit: ذكر بعض اهل العلم والدواوين ان قري مصر الفان وثلثماية وخمس وتسعون قرية منها الصعيد تسع ماية وسبعة وخمسون قرية واسفل الارض الف واربعماية وتسعة وثلثون قرية قالوا والصعيد عشرون كورة فاسفل الارض ثلث وثلثون كورة وحال مصر مشهور i.e. "memorant quidem docti exactique computatores, oppida Aegypti eſſe 2395. Inde Said i.e. Aegyptum ſuperiorem continere 957; inferiorem Aegyptum autem 1439 (ſumma prodit non 2395; ſed 2396; vbi lateat error, equidem non exputo). Addunt Said habere praefecturas 20; inferiorem terram 33. Caeterum ſtatus Aegypti apud omnes notus."

rum (اقتراق النيلي) et pag. 16. verſ. lat. ita pergit. *Aegypti Nilus qui eius Terram m) ſecat, a meridie ſeptentrionem verſus fluit et ad eius littora adpoſita eſt vrbium Aegypti maxima pars; alia ſuper inſulas, quas conſtituit.* Paucis interiectis, quae huc non pertinent, pergit: *Nili Aegyptiaci brachium* (i. e. *Nil Mesr* vel Aegypti) *in ſeptentrionem tendens, Nubiam* (بلاد النوبة) *et Terrae Aegypti regiones* (بلاد ارض مصر) *ſecat; inque ima Aegypti parte ſcinditur in quatuor ramos, quorum tres in mare mediterraneum n) ſuas immittunt aquas; quartus vero perit in lacu ſalſo* (البحيرة المالحة) *ſito in vicinia Alexandriae et ab vrbe hac interuallo ſex tantum milliarium diſtanti o). Lacus autem praedictus, mari non coniunctus eſt, ſed prouenit ex Nili eluuie p); non tamen procul abeſt ab oris maritimis. Verum de his ſpecialius agemus infra ſuo loco annuente Deo potentiſſimo et glorioſiſſimo.* De Curſu Nili non eſt quod dicam; inter omnes enim ſatis ſuperque conſtat eum fluere a Meridie in Septentrionem. De oſtiis vero pauca adiiciam.

Veteres plerumque Nilum in mare ſeſe exonerare contendunt per ſeptem oſtia q) (quibus addit Ptolomaeus duo Pſeudoſtomata; quorum alterum, Pineptimi vocatum, hodie arena obrutum eſt) quae, teſtibus

m) Pro ارضا nimirum legendum ارضها vid. ſupra Prolegom.

n) Sionita: influunt in mare Damaſcenum; perperam.

o) Vid. infra §. 5.

p) فيضري in libro eſt; Golius in Lex. ar. ſub h. v. explicat *profluvium copioſum multumque.* Idem autoribus Camuso et Gieuhario addit: الغيضن *Nilus* Aegypti fluuius; aliis quoque flumen Basrae, *ob exundationem.*

q) Vnde epitheta: Septemgeminus, ſeptemfluus. Virgil e. g. Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili. Ovid. Perque papyriferi ſeptemflua flumina Nili.

teſtibus Sicard, Pococke, aliisque *r*) et hodie ſuperſunt, interdum tamen aqua deſtituuntur. Cum Plinio quodammodo facit Edriſius noſter; quatuor enim autor romanus oſtia Nili profitetur, nomina autem eorum obticet; quatuor pariter oſtia eſſe Edriſius contendit, quorum nomina quoque quartum ſi excipias, ſilentio praetermittit. Quae autem reſtant, oſtia tria, quantum ex eius deſcriptione colligere licet, oſtium prope Raſchid (Canopicum); oſtium prope Damiat (pathmeticum) (quae iure ſic vocantur, vt ab ipſa natura facta,) et oſtium, ni fallor, quod veteres peluſiacum vocarunt. Ad Edriſium reuertamur.

Pag. 97 haec habet: *Longitudo Nili haec eſt: A littore maris Rum* (mediterranei), *vbi habet terminum ſuum vsque ad Terram Nubiae parte*, qua vergit Alvahat, *protenditur 25 fere ſtationibus; a termino Nubiae, qua meridiem proſpectat e regione eiusdem Nubiae, 8 fere ſtationibus; inde ad principium termini a nobis ſuperius memorati* (procul dubio *ſeparationes Nilorum* in animo habet) *protenditur ſpatio 12 fere ſtationum.* Summa ergo, quae calculo ſubducto emergit = 45 ſtation. Diodoro Siculo teſte a montibus Aethiopiae vsque ad eius oſtia via flexuoſa et arcuata per 12000 ſtadia Nili curſus protenditur. Autore Strabone protenditur (via recta forſitan) per 10000 ſtadia et quod excedit *ſ*).

r) Vid. B. DE SALIGNIAC cap. III. TROILO 580 ſq. VANSLEB (nouv. Rel.) p. 45-47. SICARD l. c. T. VII. p. 122 ſq. MAILLET p. 49. POCOCKE l. c. T. I. p. 29 et 433. TOURTECHOT p. 421 ſq. qui ad verbum fere SICARDO conuenit. KORTES apud PAULUS T. II. p. 39. Cf. omnino DITMARI Aegyptus ex ed. PAULUS p. 22-25.

ſ) Vid. DIODOR Sic L. I. c. 19. 20. et cf. NORDEN verſ. germ. p. 376 not. Cum his cf. DITMAR l. c. p. 20.

§. 4.

Canales.

Fluuius non niſi vnus, ſed ſua natura *t*) maxime memorabilis, commemorandus venit, Nilus (vid. paullo ante §. 3), qui in Aegypti totius beneficium vertit maximum; ab antiquiſſimis inde temporibus, quum in hoc attenderent reges hominesque priuati, eius vtilitatem adaugere cogitantes in Canales et riuulos eum diſſecuerunt quamplurimos, quorum quidem plurimi, licet maxima anni parte exſiccati ſint, eo tamen tempore, quo Nili inundatione gaudet terra Aegypti, aqua impleti, nunc hortos ruraque irrigant, nunc potui inſeruiunt, omnis omnino generis vtilitatem praebent. Noſtris diebus ſane multi horum fluminum vel temporis iniuria, vel incolarum negligentia luto et arena obruti viſuntur; verum ea tempeſtate, qua nondum vt prouinciam Aegyptum Turcae tractarunt i. e. perdiderunt, ſemper quolibet anno rite fuerunt purgati et in communem vſum conuerſi. Noli ergo mirari, ſi mappas, quae Terram hanc delineant, adeo diſſectas conſpicias, vt vix terrae firmae locus detur *u*); hoc potius admiratione

t) Huc e. g. vocanda ſunt verba SICARDI T. VII. p. 115; quae ita ſonant: Les autres grands fleuves groſſiſſent dans leurs cours, par les nouvelles eaux, qu'ils reçoivent continuellement dans leurs lits. Le Nil au contraire dans la ſeule Egypte ſe repand par plus de quatre-vingt grands Canaux & par pluſieurs petits, qui presque tous aboutiſſent à la mer Mediterranée. Fere ita TOURTECHOT p. 423. Der Nil unterſcheidet ſich von andern Flüſſen darin, daſs, anſtatt dieſe beſtändig andere Gewäſſer zu ſich nehmen, er dagegen über 90 groſse Canäle auſser den kleinen in das Land vertheilet, und dieſes die ganze Länge des Königreichs herunter, d. i. von Aſſuan bis an das mittelländiſch Meer.

u) Praeclare ita ſcribit NIEBUHR (Itin. p. 71.) Ich habe blos meine Reiſecharte liefern wollen. Man findet auf andern Charten ſchon mehrere Canäle, Flüſſe und kleine Seen, als auf der meinigen. Edriſi giebt von verſchiedenen groſsen Flüſſen Nachricht, die man wahrſcheinlich noch jetzt antreffen kann; und die Aegypter haben

tione te afficiat, quod iſtam Canalium multitudinem, quorum vix quartam partem oculis ſuis ipſis viderunt Itineratores et Chorographi, tam temere et coeco quaſi euentu adſcribere nulli dubitauerint. Quare mappam Niebuhrii, licet ea multitudine careat, hoc item reſpectu, caeteris equidem longe praeferendam cenſeo. Mappa eius in rubro habet: Nili brachia ambo maiora cum oppidis et vicis in vtraque ripa ſitis.

Canalium riuulorumque numerum et quidem exacte definitum, nemo, opinor, vnquam vel dedit vel adeo poſtulabit. Periculum quidem facere conati ſunt recentiorum quidam, et ſummam eorum definiuerunt; verum conamen ipſum ita comparatum eſt, vt felici ſucceſſu gaudere nullo modo poſſit *v*).

Edriſius quoque, praecipue in Aegypto inferiori [in Said (Aeg. ſuperior.) laudat Canalem Ioſephi; quem infra ſuo loco deſcribemus] magnum horum fluminum exhibet numerum (vid. paullo ante notam Niebuhrii); ſed quum eorum deſcriptio cum ipſius

haben mir verſichert, daſs man, beſonders wenn der Nil hoch iſt, noch eine groſse Menge Canäle und kleine Seen finde, die nicht von mir bemerkt ſind.

v) Quare nemo mirabitur, in ſcriptis recentioribus, tot lectiones variantes deprehendi. Exemplo verbis fidem faciamus. SICARD T. VII. p. 115: ita habet: L'on compte quarante dans le Said; treize dans la Charquiéh & autres Provinces du Levant; onze dans la Dehetré & vingt-huit dans le Delta. — MAILLET, de vſu Canalium verba faciens p. 97 numerum eorum mirum in modum auget. Cf. SCHNEIDLER l. c. p. 47. Cum Sicardo facit TOURTECHOT, p. 423 enim ita pergit (cf. not. praeced. p. 330) Es ſind deren *ohngefähr* 40 in dem obern und mittlern Aegypten; 13 die nach den öſtlichen, 11 die nach den weſtlichen Provinzen flieſsen, und 28 in dem Delta. Alle dieſe Canäle behalten ihr Waſſer 3 oder 4 Monate lang, ſo lange nehmlich der Nil hoch iſt. Wenn der Fluſs anfängt niedriger zu werden, ſo vertrocknen ſeine Arme allmählig, einige früher andere ſpäter. De Canalibus in genere vid. VANSLEB. Itin. germ. conſcriptum p. 24.

ipſius Terrae deſcriptione tam arcte cohaereat, vt non ſine maximo incommodo ab ea diuelli poſſit; cedamus neceſſitati *w*) et infra ſuo quolibet loco de iis agemus. Vt autem facilius intelligi poſſit quot Canales forte deſcripſit Edriſius in Aegypto inferiori, ſummam hanc, vt indicem, apponere decreuimus.

1) *Nilus in vicinia vrbis Foſtat ſcinditur in duas partes, quae autem mox iterum coniunguntur.* Vid. verſ. lat. p. 98; infra §. 8.

2) *Apud oppidum Raſina* (Suſeti) *diuiditur Nilus in duo brachia.* p. 99. infra §. 10.

3) *Schantuf oppidum, ſitum eſt ad initium brachii defluentis ad Tennis et ad Damiat.* p. 99. infra §. 10.

4) *Supra Schantuf diuiditur Nilus in duo brachia, quae deorſum tendentes, geminis oſtiis in mare ſeſe exonerant. Ab vnoquoque brachiorum praedictorum deriuantur duo alia in mare item influentia. Iam ex duobus brachiis maioribus, quae prope Schantuf initium ſumunt, vnum excurrit ex plaga orientali, vsque dum contingat ad Tennis. Et ab hoc ipſo brachio deriuantur Canales tres, quorum primus egreditur haud procul ab oppido Antuhi x*), *in parte occidentali; pergit ad Nikius; tum vero redit ad alueum ſuum principaliorem prope Damaſis. Infra illum egreditur Canalis* (ſecundus, ni fallor), *et quidem in parte occidentali pergitque vsque dum contingat ad Damiat. Alius denique* (tertius, ſi quid iudico) *excurrit haud procul*

w) Locorum nomina nimirum ſaepius ita deprauata ſunt, vt, niſi manus critica adhibeatur, intelligi nequeant. Lectiones variantes autem melius infra indicantur et diiudicantur.

x) Antuha vertit Sionita; impreſſum exhibet اتنوهي Atnuhi; vid. infra §. 12. v. *Antuhi.*

procul a Schantuf, tenditque in occidentem vſque ad viciniam Tennis y); p. 99; infra §§. 10. 13 ſqq.

5) *Ex hoc Canali* (tertio, ni fallor, qui praecedit) *deriuatur pars tendens in occidentem; deflectit autem et attingit oppidum Malig z)*; infra §§. 7. 10.

6) *Tum deſcendit et excurrit ex ipſo Canalis attingens Alexandriam.* Pag. 99. infra §. 7.

7) *Canalis prope Raſchid effluit, inque Beheire* (*lacu prope Samdiſe*) *perit*; vid. paullo poſt §. 5. et infra §§. 7. 10. 21.

8) *Canalis quidam maior in lacu ab Alexandria interuallo ſex milliarium diſſito perit.* Pag. 16. 100; et infra §. 5.

9) "Infra Antuhi diuiditur Nili brachium in duas partes quarum altera pergit in plagam occidentalem; altera pars autem in plagam orientalem; inſulam ita conſtituunt; deinde iterum coniunguntur iuxta Schobra et Damaſis. Tum non longe procedentes denuo in duas partes diuiduntur, quarum pars altera et quidem orientalis pergit ad Tennis; altera autem, et quidem occidentalis, tendit ad Damiat." Pap. 100. 101. infra §. 13 et §. 14.

10) "Ad Monia Bedr originem ſuam habet Canalis Schanſcha et quidem in parte eius orientali, tenditque ad vrbem Schanſcha. Oſtium eius inter et Rahlgera interuallum 40 milliarium." Pag. 102 et infra §. 15.

11)

y) Tennis vertit Sionita; in libro eſt تنس; Tennis exprimi ſolet Edrisius تنيس vid. paullo poſt §. 5.

z) Sic Sionita tranſtulit; textus arabicus bis habet بلح, conſonantem primam ſine puncto diacritico; vltimam pariter ſine puncto. Vid. infra §.

11) *Supra Banna Doſa diuiditur Nilus bifariam.* Pag. 102; et infra §. 16.

12) *Canalis Bolkina* (pag. 102), qui ab vrbe Monia Gazal diſtat interuallo 15 milliarium. Pag. 104; infra §. 18.

13) *Ex Canali Bolkina deriuatur aliud brachium, excurrens in occidentem.* Pag. 104 et infra §. 18.

14) *Infra Tucha diuiditur Nilus in duas partes, quarum vna protenditur ad lacum Tennis, ad orientem; altera autem ad vrbem Damiat, ad occidentem.* Pag. 103, infra §§. 16. 17.

15) *Canalis Mehalla, infra Tantani excurrit, ac occidentem verſus tendit.* Pag. 104, infra §. 18.

16) *Ad arenas Alſinam diuiditur Nilus in duo brachia.* Pag. 105 et infra §§. 19. 20.

17) *In vicinia vrbis Fua diuiditur Nilus item in 2 Canales.* Pag. 105 et infra §. 7 et 10.

§. 5.

Lacus et Inſulae

Iam de Lacubus ſermo nobis erit, quorum quatuor memorat Edriſius.

I. et II. *Lacus al Zar* (p. 102) *in confiniis al Farama* الفرما *ſitus, connexus eſt cum lacu Tennis, quem inter et mare ſalſum* (mediterraneum) *ſpatium 3 milliarium. Eſt autem lacus iſte ingens, late patens.* Apud Sicardum idem lacus vocatur *Manzale; Menzale* apud Pocockium et Savary; apud Tourtechot, *Meslet*, l. *Tanis* (male; eſſe debet Tennis) l. *Beheira; Beheire* (i. e. Lacus) apud Niebuhr. Secundum libri Azizi vocati autorem longitudo eius curſus interuallum

com-

comprehendit *a*); curatius ambitum eius conſtituerunt Sicardus *b*), Tourtechot *c*) et Niebuhr *d*).

Ex inſulis, quas praeter vrbem Tennis continet, eſt inſula *Haſn al mâ*, حصن الما, (vid. paullo poſt) *in ea parte ſita, quae reſpicit Farama.* Abulfeda de inſula Tennis (Edriſius vt paullo poſt audiemus, de vrbe in modum inſulae) in lacu cognomine, ſuo tempore iam deuaſtata, loquitur *e*).

In viciniam huius inſulae et ad hanc vsque peruenit rex Barduin, qui regiones Syriae expugnauit ac Moslemis eripuit; ſed quum non longe ab ipſa vna cum equo mergeretur, deſtitit ac rediit. Ex mente et verſione Sionitae in aqua periit Barduin (Balduin, frater Godo-

a) Vid. Abulfeda p. 32. et Michaelis ad l. c. not. 265 ſq. p. 120 et infra not. e.

b) Sicard T. VI. p. 233 vbi haec: Le Lac de Manzale commence à l'Eſt à demie lieuë de Damiette, autrefois Thamiatis, & finit au chateaux de Thiné, anciennement Peluſe. Il a vingt-deux lieuës de long à l'Eſt-Oueſt & cinq à ſix lieuës de large a Nord-Sud. Le fond en eſt boüeux & plein d'herbes.

c) Tourtechot p. 407. *Menslet* liegt 11 Meilen von Manſura. . . . Eine italiäniſche Meile von Menslet oſtwärts fängt der See an, den man bald von Menslet, bald von Tanis (Tennis), bald Beheirâ benennet. Er iſt 22 Meilen lang und ſeine gröſste Breite beträgt 8. . . . Dieſer See, welcher der gröſste in ganz Aegypten iſt, fängt dichte bey Damiate an, und hört etwas oberhalb Peluſe auf. Er läuft von Oſten nach Weſten und iſt von dem Meer nur durch ein ſandiges Geſtade abgeſondert, welches eine halbe Meile breit iſt.

d) Vid. Niebuhr Arabia p. 418. Der See Baheire erſtreckt ſich von Damiat nach Oſten bis nahe zu der Stadt Ghaſſa . . . ſo erſtreckt ſich (419) dieſer Landſee ohngefähr 14 bis 15 deutſche Meilen von Weſten nach Oſten. Cf. eiusdem Itinerar. p. 69.

e) Abulfeda pag. 32 ita ſcribit: تنيس جريره (leg. جزيره) في وسط بحيره تعرف بحيره تنيس المقدمه الذكر ولا زرع بها وقد خربت وبادت i. e. Tennis eſt inſula in lacu cognomine de quo in ſuperioribus (ſcil. Prolegomen. Abulfedae; vid. verſ. Reiskii pag. 155. Michaelis verba المقدمه الذكر tranſtulit: *apud antiquos celebris;* male). Sata non habet. Iam vaſtata et deſerta eſt.

Godofredi); ſed ſecus videtur. Audi e g. Abulfaragium, qui de morte Ducis huius haec adnotauit *f*): وفيها توفي بغدوين ملك القدس وكان قد سار الي ديار مصر في جمع من الفرنج قاصد املكها وبلغ مقابل بلبيس (*g* وسبح في النيل فانتقض جرح كان به فلما احس بالموت عاد الي القدس فمات به i. e. "Eodem anno (Heg: 512. Chr. 1118) obiit Bagduin (Balduin) Rex Hieroſolymorum, qui cum turba Francorum profectus fuerat in regiones Aegyptiacas eas occupare ſtudens. Cum autem e regione Bilbeis (l. Tennis) factus eſſet, in Nilo natanti recruduit vulnus quod ipſi erat: mortem igitur ſibi inſtare perſentiſcens Hieroſolyma reuerſus ibi mortuus eſt etc" In multis ergo vt vidimus narrationem Edriſii illuſtrat; contra et Edriſius vocabulum النيل, quo Abulfaragius vtitur, praeclare explicat. — Sed ad Edriſium reuertamur:

Ab Oriente Tennis, exiguo ad Auſtrum flexu, ſita eſt in eodem lacu Tennis, inſula Tuna, تونة; *ab auſtro autem Tennis, inque lacu ab ipſa cognominato eſt inſula Nablia*, نبلية.

Aliquot paragraphis interiectis (pag. 103) ita pergit Noſter: *Sunt autem in lacu illo inſularum in modum vrbes, nimirum*

Nabli نبلي

Tuna تونة

Samna سمناء et

Hasn al ma حصن الما, *quarum nulla adiri, niſi nauigiis poteſt.* Paullo ante, vt vidimus, de inſulis *Hasn al ma*, *Tuna* et *Nablia* locutus eſt Edriſius noſter; iam mentem voluntatemque planius declarat accuratiusque, ſcilicet ſub his inſulis intelligendas eſſe

f) ABULFARAGIUS Hiſtor. Dynaſt. p. 377.

g) Lectio altera, ſcil. تنيس vulgatae بلبيس omnino longe praeferenda.

eſſe inſularum in modum vrbes. Pro نبلي ſupra ſcriptum inuenimus نبليه; vrbem eandem ſignari, nullum eſt dubium. De inſula Tuna Lobab apud Abulfedam l. c. quoque ſcribit et vicinam eſſe eam inſulae Tennis affirmat. Verba eius haec: قال في اللباب وتونه عند تنيس. De inſulis in genere tradit Sicardus *h*); ex cuius obſeruatione colligo, eas hodie eſſe incultas. Pergit Edriſius: *Aqua lacus Tennis, cum Nilus aeſtiuo tempore exundat, dulceſcit; cum autem hiberno decreſcit; tum per omne tempus vsque ad aeſtatem praeualet aqua maris lacumque efficit ſalſum.* Probe; et conſentientes ſibi habet Edriſius ex Arabibus autorem libri Azizi apud Abulfedam et inter recentiores Sicardum, facile principem eorum qui huius lacus mentionem fecerunt *i*).

Caete-

h) Verba Sicardi l. c. p. 237 ſq. haec: Vous remarquerez que le Lac Menzalé eſt templis de petites Isles couvertes de roſeaux, de joncs & de broſailles. Or c'eſt dans ces Isles que les Peſcheurs portent leurs peſches, lorsqu'ils veulent habiller, ſaller & boucanner le poiſſon. (Cf. Pococke T. I. p. 30. Niebuhr Arab. p. 419. Tourtechot l. c. p. 407. Savary T. I. p. 266.) Ces Isles vous enchanteroient par la multitude d'oiſeaux differens & d'une beauté ſurprenante qui n'en ſortent, que pour voler d'une Isle à l'autre &c. Num ſuperſint veſtigia, quibus demonſtrari poſſit, eas olim fuiſſe cultas habitatasque, in hoc non attendit Sicardus; opportune ergo Niebuhr (Itinerar. p. 69) ita ſcribit: Auf *einigen ſeiner Inſeln* findet man noch hin und wieder *Merkmahle von alten Städten* &c. Et ſecundum ea quae Savary audiviſſe teſtatur, (forte autem nihil audiuit; ſed Niebuhrium exſcripſit) reſtant adhuc rudera aedificiorum et columnarum. Verba eius T. I. p. 263 ita ſonant: Während meines Aufenthalts zu Damiette verſicherten mich verſchiedene Fiſcher, daſs ſie auf einer Inſel im See *Menzalé* Marmorſtücke, Säulen und Trümmer von groſsen Gebäuden geſehen hätten &c. Ipſe quidem lacum hunc non vidit, nihilominus tamen vt αὐτόπτης eum deſcribere conatur; i. e. nunc Sicardum, nunc Pocockium nunc Niebuhrium, nunc obſeruationes, quibus Abulfedam ornauit Michaelis, irreverenter expilauit.

i) Abulfeda p. 32. قال في العزيزي ومقدار بحيرتها اقلاع يوم في عرض نصف يوم ويكون ماها في اكثر السنة مالحا لدخول.

Caeterum, ni fallor, de Lacubus al Zar et Tennis ita ſtatuendum; vt al Zar ſit pars lacus ſuperior; Tennis autem inferior *k*). De origine huius lacus coniecturam profert Pococke, ſatis probabilem *l*).

III. IV. *Lacus ſalſus, et Lacus prope Samdiſe;* ambo, vt paullo poſt audiemus coincidunt efficiuntque

لدخول ما بحر الروم اليها عند هبوب الرياح السماليه (l. الشماليه) i. e. Secundum autorem libri Azizi vocati longitudo lacus eſt diei nauigatio, latitudo dimidii diei. Aqua eius plurimo anni tempore ſalſa, quod flante Borea aqua maris mediterranei in lacum influit. — SAVARY l. c. MICHAELIS notas ad h. l. exſcripſit. SICARDUS l. c. p. 333. optime in EDRISIUM quaſi commentaturus ſcribit: Il n'y a que quatre pieds d'eau ou environ (cf. NIEBUHR, Arab. l. c.) en quelqu' endroit que ce ſoit, & il n'eſt ſéparé de la Mer que par une langue de ſable qui à tout au plus une lieuë de large. Cela n'empeche pas, que ce Lac n'ait communication avec la Mer. Il l' a au Nord par trois embouchures; (cf. TOURTECHOT p. 407) ſçavoir par celle de *Thiné*, qui eſt la plus orientale, nommée autrefois l'embouchure du Nil Peluſiaque; par *Eummeſurrége*, autrefois nommée la *Tanitique*; & par *Dibé* ou *Pesquiere*, autrefois Mendeſie. (NIEBUHR Arabia p. 420. Man findet zwiſchen dem Baheire und dem mittelländiſchen Meer einen ſchmalen Strich Landes, der aus lauter Sandhügeln beſteht, und *El ariſch* genannt wird. Durch denſelben fallen drey Flüſſe aus dem Baheire in das mittelländiſche Meer. Dieſe Ausflüſſe nannte ein Schiffer zu Damiât, *Débbe*, *Bûa el Kattà* und *Bûa minſerrech*.) Outre cette communication avec la Mer, le Nil tombe dans ce Lac par pluſieurs canaux au Sud. C'eſt ce qui fait, que pendant deux ou trois mois de l'année, c. a. d. pendant l'Automne qui eſt le temps de l'accroiſſement du Nil, les eaux du Lac Manzalé ſont douces: au lieu que dans les autres neuf mois de l'année elles ſont ſalées & approchantes de celles de la Mer. Ce qui n'eſt pas ſurprenant car alors les Canaux du Nil ſont ou à ſec, ou ſi peu remplis d'eau, qu' à peine en coule-t' il dans le Lac. — Niebuhr breuiter ita ſcribit: Arabia pag. 419. „Dieſer Landſee iſt an den meiſten Stellen ſo ſeichte, daſs man oft nicht über 5 bis 6 Fuſs Waſſer findet. Dieſes iſt zu der Zeit, wenn der Nil niedrig iſt, etwas ſalzig; es ſteigt aber mit dem Nil 4 bis 5 Fuſs hoch, und wird alsdann zur Noth trinkbar.

k) Vid. HENNICKE Comment. de Geographia Afr. Herodot. p. 46.

l) POCOCKE, T. I. p. 30. Der groſse See Menzale zwiſchen dem alten Peluſium und Damiate ſcheinet durch die See auf den niedrigen und moraſtigen Gründen, die ehemals der Nil überſchwemmete, entſtanden zu ſeyn.

que lacum vnum. Loca diſiecta, in quibus eorum mentionem facit Edriſius, iam colligo.

Pag. 16 leguntur haec: *Brachium quoddam Nili ſeſe exonerat in Lacum, interuallo ſex miliarium ab vrbe Alexandria diſtantem, ex Nili eluuie prouenientem; mari quidem non coniunctum haud procul tamen ab eius oris diſſitum.* (vid. paullo ante §. 3.). Addit l. c. Edriſius ſe eſſe infra ſuo loco de lacu hoc ſpecialius traditurum. Promiſſis autem vix ſtetit; pauca enim ſunt ac fere ieiuna, quae leguntur pag. 100, vbi ad eum reuertitur. Verum non Edriſium ſed Epitomatorem equidem taxauerim. Verba eius: *Ex praecipuo iſtius brachii alueo alluente Raſchid, intra Mabdiun m) et Samunes n); et infra Fua, ac ſupra Raſchid, effluit brachium Nili excurritque ad alueum cuiusdam lacus, qui, maritimas oras attingens, eatenus protenditur occidentem verſus, vt inter ipſum et Alexandriam maneat ſpatium circiter ſex miliarium.* Pag. 16 et p. 100 lacum vnum eundemque deſcribi, nullum dubium; eumque apud Sicardum ſub nomine Beheire o) (i e. *Lacus*) venire, mihi quidem perſuaſum. Denuo ad eum recurrit verſus finem deſcriptionis Lacus prope Samdiſe.

Pag. 105 et 106 nimirum ita refert Noſter: *Haud multum infra Samdiſe, egreditur Brachium Nili non ita magnum, influens in lacum protenſum inter occidentem*

m) In libro eſt مبدبون; conſonans ſecunda puncto diacritico deſtituta; forte *Mtkbes?* vid. infra §. 21.

n) Impreſſum exhibet سمونس; conſonans quarta ſine puncto diacritico; eſt forſan *Sendiun?* vid. infra §. 21.

o) Sicard l. c. Tom. VI. p. 233. Le Lac de Beheire (i. e. Lacus; vid. paullo ante) n'a tout au plus que 7 lieuës de Tour & eſt ſitué entre Roſette & Alexandrie. Paullo poſt audiemus Lacum falſum Edrisii in longitudine habere 20 miliaria. Menſura ergo Edrisii parum abludere videtur ab ea qua vtitur Sicardus. Cf. nott. ſqq.

dentem et ſeptentrionem, cuius longitudo ad 40 miliaria; latitudo vero accedit ad miliaria 2, plus minusue. Vbi ab oris maris ſalſi paullo ſit remotior, aqua eius minimae eſt profunditatis. Protenditur autem lacus praedictus vna cum oris maritimis et ad ſextum miliare a Raſchid redigitur in os tam anguſtum, vt ſumma oris eius latitudo ſit 10 vlnarum; longitudo vero ictus lapidis. Hic lacus iungitur item cum alio lacu, qui habet in longitudine 20 miliaria et altero anguſtior eſt. Atque huius etiam aqua eſt parum profunda. Ab iſtius parte ſuprema Alexandriam vsque interuallum ſex miliarium. Homines itaque (addit Noſter), *ſi nauibus deſtituuntur, iumentis aggredi ſolent iter terreſtre Alexandriam vsque.* Haec Edriſius. Lacus ille qui aquas ſuas in lacum prope Samdiſe immittit, eſt, vt vidimus, Lacus ſalſus, quem vocat Edriſius. De ſitu lacus huius (vel, ſi placet, horum lacuum) inter Alexandriam et Raſchid nullum ergo mouetur dubium *p*); quaeritur autem, vtrum, ex mente Edriſii, coniunctus ſit mari, an ſolo continenti contentus? Verbis expreſſis *Lacum ſalſum* ſuas aquas in mare immittere negat (iungitur enim lacui prope Samdiſe); ac de Lacu prope Samdiſe ſuſpenſum detinere videtur lectorem. Recentiores omnino de lacu quodam loquuntur, in quem ſeſe exonerat Canalis ex Nili brachio principaliori dedu-

p) Huc pertinere videntur verba NIEBUHRII (Itiner. p. 56 ſq.) Von hier (de Abumandur ſermo eſt) ſoll nach einer Tradition der Aegypter ein groſser Arm des Nils nach Weſten durch die Tab. X. bemerkten kleinen Seen gegangen und bey Abukir in die See gefallen ſeyn; aber dieſer Fluſs iſt durch ganz feinen Sand, welcher in dieſer Gegend ſehr häufig iſt, und ſich leicht durch den Wind fortführen läſst, gänzlich verſtopft. Ad haec addit idem NIEBUHR notam hanc: Hier war vielleicht der Arm des Nils, durch welchen von Breidenbach anno 1483 von Raſchid nach Abukir, oder der Prinz Radzivil 100 Jahre nachher von Kahira nach Alexandrien reiſete. Doch können ſie auch durch den Arm gegangen ſeyn, welcher den Nil nach der Relation par Sieur Granger (Tourtechot) noch jetzt mit dem *Landſee* bey Abukir verbindet &c.

deductus *q*). Ni fallor lacus Edriſii, cum ſinu illo qui apud Vanslebium vocatur Maadie, non confundendus; contendit enim Vansleb in ſinum Maadie nullum illabi *r*) Nili brachium. Omnino notandum videtur, mappas recentiores Lacus, quos memorat Edriſius, non tanta accuratione, ſed plerumque vt lacum vnum expreſſiſſe, id quod autem menti Edriſii, ſi ipſe rem accurate tractauerit, plane contrarium. Vid. e. g. mappam Savarii etc.

De Lacubus Aegypti ſuperioris infra ſuo loco agemus.

Inſulae. Inſulas in Nilo eſſe quamplurimas *s*), nemo in dubium vocauerit. Et Recentiores paſſim earum.

q) Fava l. c. iter ab Alexandria ad Raſchid deſcribens, inter alia habet: Als wir nun an einen Arm des Nils gekommen waren, welcher bis nach *Barka* (forte Abukir) gehet &c. Niebuhr (Itinerar. p. 55.) Meine Reiſegefährten wollten von hier (Bikkîr) zu Lande nach Raſchid. Sie nahmen ein Boot um über einen Landſee, der einen Zufluſs aus dem Nil, und einen Ausfluſs in das mittelländiſche Meer hat, zu gehen &c.

r) Sinum hunc memorat quoque Niebuhr l. c. Hier (ad Bikkîr l. Abukir) iſt ein groſser Meerbuſen, wo bisweilen die Schiffe, welche den Hafen von Alexandrien nicht erreichen können, Anker werfen &c. Vansleb nouv. Rel. pag. 173 (verſ. germ. p. 224) haec habet: J'ay long-temps douté, ſi l'eau de Maadié, ou du trajet, qui eſt à moitié du chemin entre Roſette & Alexandrie, eſtoit un bras du Nil, ou bien un Golfe de la mer; meſme dans une autre Relation d'Egypte que j'ay faite en Italien, imprimée à Paris 1671. j'ay avancé que c'eſt un bras du Nil: mais je me ſuis à preſent éclaircy; & j'ay ſceu au contraire, que c'eſt un Golfe. Car 1) les eaux y ſont entierement ſalées, juſqu' à ſon extrémité, c. a. d. juſqu' à *Etku* qui eſt, à mon avis, la ville, qu'on appelle aujourd'huy *Motubis.* 2) Cette eau, non ſeulement *ne vient point du Nil, mais elle n'a pas meſme aucune communication avec ce fleuve.* Il eſt vray, que du temps de ſon inondation, elle devient douce, à cauſe du mélange des eaux du Fleuve, avec celle de ce Golfe; & qu'elle conſerve cette douceur environ deux mois & juſqu' à ce que le Nil ſe retire des champs: mais auſſitoſt, qui la premiere tramontane ſouffle, les eaux de ce Golfe deviennent ſalées comme auparavant.

s) Niebuhr e. g. (Itin. p. 59.) Von Kahira bis Delta iſt der Nil ſehr breit und *voller* Inſeln. Vansleb Nouv. Relat. p. 62. On obſerve la multitude de ſes Isles, dont pluſieurs ſont fort grandes, juſqu' a avoir vingt milles de circuit &c.

earum mentionem faciunt; numerumque adeo earum definire conantur *t*); qui tamen, quum mox augeſcit; alio tempore autem imminuitur *u*), definiri nequit. De origine inſularum Nili loquitur Vanslebius *v*).

Edriſius quoque huc illuc inſulam in medium profert, interdum etiam ſed raro deſcribit. In anteceſſum autem ſi eas referre velim, contextu multum detraherem; quare infra de illis ſuo loco agam. Nomina autem earum huc apponere licebit:

Pag. 89 occurrit *inſula in vicinia vrbis Foſtat*; vid. infra §. 8.

Pag. 99 *inſula* obuiam venit *ſuper qua oppidum Raſina exſtructum*; vid. infra §. 10.

Pag. 100 verſus finem de *inſula, quam Nilus ſupra Antuhi diuiſus, conſtituit*, loquitur; vid. infra §. 13.

Pag. 102. 103. inſulas quasdam memorat, vel potius oppida ad inſtar inſularum; vid. paullo ante p. 336 ſq. *Lac. Zar.*

Pag. 102

t) Vid. Tourtechot p. 424. Man findet 150 Inſeln in dem Nil; ſo weit er in Aegypten flieſset, nehmlich 100 von dem Waſſerfalle bey Aſſuan bis zu der ſüdlichen Spitze des Delta; 20 in dem Arme der nach Damiate, und 30 in dem andern der nach Roſette gehet &c.

u) Niebuhr l. c. Von dieſen (ita pergit; vid. paullo ante not. *s*) werden einige zu der Zeit, wenn der Nil am ſtärkſten ſteigt, bisweilen durch die Gewalt des Waſſers gänzlich weggeführt und nach andern Stellen verſetzt. Da der Unterſchied der gröſsten und niedrigſten Höhe des Waſſers hier ſehr groſs iſt, ſo haben wir jetzt (menſe Maio) vielmehr Inſeln als im Monat November &c.

v) Vansleb l. c. p. 62. (verſ. germ. p. 163.) La pluspart de ces Isles ont pris leur origine des reſtes des barques, qui s'y ſont arreſtez apres les naufrages, qui y ſont fort frequents à cauſe du peu d'addreſſe des Mariniers; & que le Nil eſtant un fleuve fort bourbeux, ſon cours fort lent, il s'amaſſe auſſi-toſt quantité de boue autour des moindres choſes, qui s'y arreſtent; ce qui fait, qu'avec le tems il s'y forme des Isles. Comme on en decouvre tous les jours de nouvelles &c.

Pag. 102 *inſulae paruae cuiusdam* mentionem iniicit; vid. infra §. 16.

Pag. 104 de *inſula Enkas* verba facit; infra §. 19.

Pag. 105 *inſula Bejar* occurrit; et ibidem de inſula *Arrabeh* ſcribit; vid. infra §. 19.

6.

Terrae prouentus.

Edriſii Aegyptus et comprimis inferioris partis deſcriptio, qualis quidem nunc eſt, opus, vt ex ſexcentis exemplis poſt apparebit, tumultuarium et feſtinationis plenum: nemo ergo mirabitur, autorem noſtrum fere ſolum eſſe, qui Terrae bona, quibus ab omni vetuſtate claruit regnum hoc, quorumque, qui id adibant Itineratores tam veteres, quam recentiores, catalogum exhibent perinſignem, ſi Nitrum et Balſan germen excipias, ſilentio praetermitteret altiſſimo. In genere quidem, at obiter, p. 102 verſ. lat. *frugum prouenire varia genera* contendit, ſed ad totam Aegyptum hoc minime pertinet. Paucula ergo, quae habet Edriſius, iam in medium profero.

1) Pag. 99 ita ſcribit: *In vrbe Ainſchemes* (vid. infra §. 8), *vbi vergit ad Foſtatam, prouenit Balſami arbor, ex quo elicitur balſamum vnguentum, quod nullibi terrarum niſi hic naſcitur.* Haec Edriſius; et in his, vti iam ante me bene monuit Michaelis *w*) vera et falſa; balſami hortos tempore Edriſii circa Ainſchemes fuiſſe, nemo in dubium vocauerit; longe enim poſtea tales ibi inuenerunt Abdollatiph, Profſper Alpinus, B. de Salignac, Belon etc. licet iam, teſte Rantzow apud Niebuhr *x*) nulla ibi ſuperſint balſameta,

w) Vid. MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 276. p. 127.

x) NIEBUHR Reiſebeſchr. Tom. I. p. 120. Verba eius haec: *Balſambäume* findet man hier nicht mehr; Heinrich Rantzow bemerkt in

meta, arborque reliquis ſuperſtes, anno iam 1615 Nili inundatione perierit. Id vero omnino falſum, quod narrat Edriſius, balſamum ibi modo terrarum naſci: eſt enim arbor indigena *felicis Arabiae; in Aegypto aduentitia.* In his autem ſequitur Geographus noſter populares, quorum non pauci in hoc ipſo errore verſantur. Sic e. g. Abdollatiph, vbi de plantis Aegypti verba facit y) ita incipit: ومن ذلك البلسان فانه لا يوجد اليوم الا بمصر بعين شمس في موضع محاط عليه محتفظ به. مساحته نحو سبعة افدنه i. e. Ex his etiam eſt Balſamum; hoc ſiquidem non reperitur hodie *niſi in Aegypto prope Ainſchemes* in loco quodam circumſepto et probe cuſtodito, cuius ſpatium eſt circiter ſeptem iugerum etc. Interiecta pagina integra idem p. ١٥ pergit: قال ابن سمجون انما يوجد في زماننا هذا بمصر i. e. Teſte Ibn Samagun reperitur diebus hiſce noſtris in Aegypto ſolummodo etc. Laudat tamen idem l. c. et autores alios qui manifeſto praedictis contradicunt, vti Galenum "optimum oleum Balſami eſſe, quod eſt in terra Palae-

In ſeinem Reiſebuche, daſs der letze ſchon 1615 durch eine Ueberſchwemmung des Nils ausgegangen ſey; und es iſt nicht wahrſcheinlich, daſs man ſich ſeit der Zeit, da Aegypten den Türken unterworfen geweſen iſt, bemühet habe, neue Pflanzen von dieſem Baume aus weit entlegenen Gegenden zu holen. Conſentit FOURMONT, cuius verba p. 86, haec: In den daſelbſt (de vico Mataree, quem vocat, loquitur) befindlichen Gärten wuchs ebebin der berühmte Balſam (VANSLEB, nouv. Rel. p. 233 idem), der mit zum Chriſam genommen wurde, deſſen ſich die koptiſche Kirche bey der Kindertaufe bediente, wovon jetzo die Art iſt verloren gegangen. Ad verbunn ex MAILLET haec deſumta ſunt; vid. MAILLET p. 111 ſq. et ibi deſcriptionem et e regione delineationem huius arboris. Cf. POCOCKE Tom. I, p. 36 et not. SCHREBERI ad h. l. Bene ergo P. LUCAS III, 2, p. 236. et I, 309. balſamum inter bona recenſet, quae praeteruehuntur. SAVARY ergo T. I. p. 96. (cll. p. 329.) ad ea, quae ex MAILLET deſumſit, plura ex ſuis addidit et autoribus laudatis male contradicit.

y) ABDOLLATIPH l. c. p. 13 ſqq. Idem l. c. multa habet, lectu non indigna de natura huius arboris, eius altitudine, deque methodo ac modo colligendi balſamum &c. cf. LEO infra §. 8.

Palaeſtina, et longe efficacius eo quod in Aegypto naſcitur" tradentem; porro Nicolaum, de Balſamo Syriae ſcribentem etc. Tandem B. de Saligniaci verba ipſa adſcribo (libellus enim aliquanto rarior non cuique, opinor, ad manus erit), quae ita ſeſe habent *z*): "Inter Heliopolin et Babyloniam medio „fere loco eſt Balſami hortus, de quo actum eſt ſupra „(cap. II. §. 39) longitudinis iactu duorum arcuum, „latitudinis autem iactu lapidis, habens terram fere „albam. In feſto Sancti Michaelis cum illuc perue„niſſem, balſami lignum ſatis humile exiſtebat, ſci„licet palmae et dimidiae in altitudine, habens folia „paruula, vti ruta, ſed parum albiora, et de ligno „mecum detuli. Modum colligendi Balſamum (cf. „Abdollatiph.) cultores ſic mihi oſtenderunt: Diſcer„pebant foliorum vnum ex ſtipite: adhaerentem enim „ſtipitem habet: Diſcerpentes autem folium ex ſtipite „contra ſolem, ſtatim gutta lucidiſſima et odorifera „ex ruptura egreditur. Et hic eſt Balſami liquor, „qui in vitreis phialis congregatur. Quod ſi folium „diſcerperetur alibi quam contra ſolem, liquor non „flueret. Rigatur hortus ille ex paruulo fonte, ſed „vbere, in quo fama eſt Beatam Virginem Jeſum „paruulum pluries lauiſſe, panniculosque eiusdem „mundaſſe etc."

2) Pag. 105 ita refert Edriſius: *Ad vrbem Bernaut* (l. Tarnaut, Terrane; vid. infra §. 19) *eſt fodina Nitri optimi, quod inde diſpenſatur in regiones vniverſas.* Fodinas Nitri in Aegypti parte inferiore eſſe, nemo quidem recentiorum tradit; at Nitrum ibidem prouenire, nullum dubium. Tourtechot *a*)

 et

z) Vid. cap. IV. (paginas liber non habet). De fonte mirifico, cuius verſus finem mentionem fecit SALIGNIAC, fabulas narrat, quas VANSLEB (nouv. Rel.) p. 233 cum applicatione ad hanc arborem repetit augetque.

a) TOURTECHOT hunc lacum p. 391. *Nedebe* compellat; ipſum et modum colligendi Nitri fuſius deſcribit p. 394 ſq.

et Sicard *b*) de lacubus Nitri *in vicinia Terrane ſitis* obſeruationes fecerunt; imo Vanslebius *c*) eos ad nomum Terrane pertinere opportune habet; et Niebuhr ad vrbem laudatam ipſe copiam Nitri vidit maximam *d*). Tempore ergo Edriſii vel prope ipſam hanc vrbem extitit fodina Nitri, quae tamen hodie periit; vel verba eius ſenſu latiori accipienda ſunt *e*). Plura ſi de Nitro ſcire cupis, adi autores laudatos.

De prouentibus Aegypti ſuperioris, infra ſuo loco agemus.

§. 7.

Vrbis Alexandriae deſcriptio.

Vrbs Iscanderia (*Alexandria*), اسكندرية, [Abulfeda اسكندرية *f*); recentiores omnes, *Alexandria* pronuntiant; hod. teſte Shaw, *Scandarea*] *eſt ſub ditione Aegypti et vna ex eius Metropolitanis.* Haec Edriſius p. 96 verſ. lat. verſus finem. Sunt inter Arabes

b) Vid. Sicard l. c. Tom. II. p. 71–73. coll. p. 83. Idem l. c. Tom. VII. p. 64–67. Obſeruationes Tom. VII. recudi curauit Shaw. vid. eius verſ. germ. p. 415. Ad obſeruationes Sicardi cf. J. D. Michaelis Commentationes in ſocietate regia ſcientiarum Goettingenſi per annos 1758. 59. 60. 61 et 62. praelect. ed. II. Bremae 1774. 4. et quidem Commentt. VI. et VII. Cf. Savary Tom. I. p. 58 et 324. Volney Tom. I. p. 13.

c) Vansleb (Nouv. Rel.) p. 225. verſ. germ. p. 254. Obſervante Vanslebio . . . les Lacs du Nitrie rendent au Grand Seigneur, tous les ans . . . 36 bourſes ou 18000 écus,

d) Niebuhr l. c. p. 58. Bey Terrane liegen groſse Haufen Salz, oder wahrſcheinlicher Nitrum, welches von andern Gegenden hierher gebracht worden war, um auf dem Nil verſchickt zu werden.

e) Hunc in finem excitari poſſet Tourtechot, qui poſt Vansleb &c. ita ſcribit: Das Nitrum gehört dem Gros Sultan. . . . Die Einwohner der fünf zu Terrane gehörigen Dörfer werden nur gebraucht es zu fiſchen und wegzubringen &c.

f) Abulfeda p. 21. coll. nota Michaelis ad h. l. n. 192. p. 94. cui addi velim Edriſium conſtanter exhibere الاسكندرية cum Articulo. Cum Edriſio faciunt Mſſ. Jacuti; vid. ſupra p. 299. text. et not. g. Abdollatiph, e. g. p. 62. Shaw p. 254.

Arabes geographi, qui non ad Aegyptum ſed ad Magrab, vrbem hanc referendam aſſeuerant *g*).

Condita eſt (pergit Noſter p. 94 ſqq. verſ. lat.) *ab Alexandro, á quo et nomen accepit.* De vrbis huius Conditore, vel potius, Reſtauratore, inter omnes ſatis ſuperque conſtat. Abulfeda l. c. ad verbum Edriſium repetit.

Sita eſt haud procul h) *a mari ſalſo, et in ea viſuntur memoratu digna veſtigia et ſigna vel monumenta adhuc erecta.* Itineratores et Geographi ad vnum omnes ſitum hunc conteſtantur; et rudera vrbis, quantum ſatis, deſcribunt depinguntue.

Nilus ab occidente eius excurrens, tranſit ſub fornicibus omnium eius domorum; quarum quidem fundamenta ſunt inuicem connexa i); *nihilominus tamen vrbs eſt*

g) Vid. e. g. IBN AL VARDI Notices &c. Tom. II. p. 27. cuius verba ex interpretatione DE GUIGNES haec: La troiſieme partie du Mogreb eſt celle qu' il nomme *Sous el adna* (ادني), qui comprend les Alouhat, Barka, le deſert d'occident et Alexandrie. Idem pag. ſequ. ita refert: Alexandrie, c'eſt la dernière ville du Magreb. Recentiores quidem vrbem hanc Aegypto tribuunt; nec tamen plane abiicienda IBN AL VARDII ſententia, quam non male tuetur VOLNEY I, p. 7. cuius verba haec: Nur durch dieſen Kanal hängt Alexandrien mit Aegypten zuſammen; denn nach ſeiner Lage auſſerhalb des Delta, und nach der Natur ſeines Bodens, gehört es wirklich zu der afrikaniſchen Wüſte &c.

h) In Impreſſo legitur: علي نحر البحر الملح; pro نحر quod ſenſum nullum fundit, procul dubio legendum نحو; SIONITA in verſione plane omiſit. Iam conferendus (vt Arabes tantum conferam,) IBN AL VARDI qui l. c. p. 28 ita ſcribit: elle eſt ſituée ſur le bord de la mer de Syrie, dans un terroir fertile, qui produit toutes ſortes d'arbres & de fruits &c. ABULFEDA l. c. p. 21. idem fere refert.

i) *Quarum quidem* &c. ſic cum SIONITA tranſtuli. Verba EDRISII haec: وتتصل دواميس بعضها ببعض. Contextus autem ſuadere videtur de primitiua verbi, vnde vocabulum دواميس deſcendit, ſignificatione cogitandum vertendumque: *licet tecta eius inuicem occulte connexa ſint, nihilominus tamen &c.*

eſt clara et luminoſa ac firmiter etiam exſtructa. De Ciſternis loqui Edriſium noſtrum, vix dubium; recentiores earum ſaepius mentionem faciunt *k*). Leo Africanus inprimis Autorem noſtrum illuſtrat, quare verba eius ſine mora adiicio. Sunt haec: "Cuique fere ciuitatis domui, ingens cyſterna concamerata, craſſisque innitens columnis et fornicibus ſubſtructa eſt: in quas exundans Nilus per aquaeductum in planitie magno artificio extra Alexandriam conſtructum deductus, ſub eius moenibus demittitur."

Viſitur in illa Pharus, cui non eſt in toto orbe terrarum ſimilis alius, ſiue aedificium ipſum ſpectes ſiue eius firmitatem. Conſtructum enim eſt ex lapidibus duriſſimis l), *plumbo liquato inter ſe iunctis, tamque firmiter conglutinatis, vt ligamenta et compages illorum nullo modo*

k) Ex veteribus ſola HIRTII verba adſcribo: Alexandria eſt fere tota ſuffoſſa, ſpecusque habet ad Nilum pertinentes, quibus aqua in priuatas domos inducitur, quae paullatim ſpatio temporis liqueſcit ac ſubſidit. Hac vti domini aedificiorum atque eorum familia conſueuerunt &c. Vid. HIRTIUS de bello Africano; ſub init. fere. Cf. LEO l. c. p. 675. FAVA de Ciſternis p. 237 ita ſcribit: Alle Häuſer haben groſse Ciſternen, die in Schwibbögen/auf Säulen angebracht ſind. Vid. VANSLEB. Nouv. Relat. pag. 184. (verſ. germ. p. 230.) LUCAS I, I, 28. Toute l'eau, ait, qui ſe boit dans Alexandrie vient du Nil par des Canaux qui la conduiſent dans des ciſternes ſous les ruines de l'ancienne ville, où l'on remarque encore de la beauté & de la magnificence. Cf. SALMON l. c. p. 269 &c. Vide quoque de iisdem obſeruationes Recentiorum; TOURTECHOT p. 412. SHAW p. 254. MAILLET p. 143. NORDEN p. 28 inter alia, quae huc pertinent, haec habet: Zu der Zeit da dieſe Stadt noch in ihrem alten Stande vorhanden war, war der ganze Grundplatz, den ſie einnahm, hohl und zu Waſſerbehältern eingerichtet. Jetzo aber iſt der gröſste Theil derſelben eingefallen und verſchüttet. Es ſind nicht mehr als ein halbes Dutzend ſolcher Waſſerbehälter übrig, und auch dieſe werden nicht einmal gut in Acht genommen &c. POCOCKE T. I. p. 11. Unter die allermerkwürdigſten Ueberbleibſel von Alexandrien gehören diejenigen Ciſternen, welche unter ihren Häuſern angelegt waren und auf 2 oder 3 Reihen Bogen auf Säulen ruheten, um das Nilwaſſer durch den Canal zu empfangen, wie noch heutiges Tages geſchiehet. Cf. idem p. 6 ſq. et NIEBUHR p. 45. BINOS p. 74. SAVARY T. I. p. 27. VOLNEY T. I. p. 7.

l) SIONITA vertit: conſtat duriſſimis lapidibus Tiburtinis.

modo diſſolui queant. Alliditur mare latera eius ex parte ſeptentrionali et intra Pharum vrbemque intercedit ſpatium vnius milliaris, (idem habet Ibn al Vardi; infra not. t) *via maritima; terreſtri vero trium milliarium. Phari altitudo ad trecentos accedit cubitos menſura Reſchaſchica m), qua ſinguli cubiti ſunt trium palmarum, atque*

m) A loco noſtro non alienum videtur, inſerere excerptum ex libro, quem Abutaher Mohammed Ben Abdelaziz Ben Joseph Almoradi vulgo Ebn Algiab Hiſpalenſis ſub titulo *Analecta Geometrica ſuperficierum* conſcripſit. Proſtat illud in Bibl. Casiri Tom. II. p. 365. Verba eius haec: المساحة الارض وضع في غرب الاندلس حبلا طوله اربعون ذراعا من الذراع الرشاشية ۞ ثم ضرب هذا الحبل في نفسه فصار واحدا سطيحا سموه مرجعا الحبل واحدة الخطي واصطلحوا في شرقها علي حبل اطول منه ۞ واصطلحوا غير هم ايضا علي المساحة بحبل طوله عشر ذراعا رشاشية ۞ وهذا كله لا يقف عند حد معلوم وانها هو بحسب عادة كل اقليم ۞ اقول ان الحبل المصطلح عليه في بلادنا طوله اربعون ذراعا رشاسية (رشاشية .l) وعلي قياسها سارية* من سواري* جامع قرطبة ۞ فالذراع الرشاشية من ست قبضات ۞ وذراع اليد من خمس قبضات ۞ فاذا الذراع الرشاشية ذراع وخمس ذراع من ذراع اليد ۞ فالحبل المذكور يكون علي هذا التقدير من ثمانية واربعين ذراعا من ذراع اليد ۞ واما القبضة اربعة اصابع ۞ والاصابع ست حبات قمح بطن واحدة الي ظهر اخرة ۞ i. e. (ex interpretatione Editoris) *Geodaeſiam* quod ſpectat, occidentalis Hiſpaniae partis incolae *Funem* 40 cubitorum, qui *Raſchaſchia* dicuntur, adhibuere: ita vt ex cubito toties multiplicato expanſoque menſura conſtiterit, quem *Funem* appellarunt. Maiorem tamen illo *Funem* in dimetiendo Orientalis Hiſpaniae habitatores vſurparunt. Alii praeterea *Funem* Cubitorum Raſchaſchia 10 inſtituerunt; qua in re nihil profecto certi decernas, quum id ex diuerſa regionum conſuetudine omnino pendet. Itaque dicimus, *Funem* in noſtra regione vſu receptum longitudinem habere 40 cubitorum Raſchaſchia; ad cuius modulum vna ex columnis Templi Cordubenſis dimenſa eſt. Cubitus ergo *Raſchaſchia* (a *Situla*, cuius magnitudinem aequat, ita dictus) ex 6 *Pugnis* conſtat; *Brachium* vero ex 5 *Pugnis*. quare Cubitus *Raſchaſchia*

atque ita omnis eius longitudo aequiparatur centum ſtaturis (ſtatura ergo = 3 cubit. vel vln.). *Ad teſtudinem nimirum vsque, quae eſt in eius vertice, numerantur nonaginta ſex ſtaturae; teſtudinis longitudo ipſa aequat quatuor ſtaturas. Porro a ſolo terrae vsque ad medium domus* (ſeu contignationem mediam) *ſunt ſeptuaginta ſtaturae integrae; viginti ſex vero a media contignatione ad verticem eius* (= 96; reſtat ergo teſtudinis longitudo 4 ſtaturas aequans). Strabo Pharum Alexandriae deſcribit et eius altitudinem ad 180 vlnas accedere contendit *n*). *Aſcenditur ad verticem eius per gradus auguſtos* (ſcalas amplas) *intra Pharum exſtructos, non abſimiles gradibus in caeteris etiam turribus obuiis. Scala prima continuatur vsque ad aedificii medium; ibi vero aedificium arctatur e quatuor lateribus. Intra hoc aedificium et ſub ſcalis eius domus exſtructae ſunt. A praedicta contignatione media aſcendit aedificium hoc vsque ad verticem, tanto arctius aedificio inferiori, vt detur locus circumeundi per partes vniuerſas. Ab hac etiam contignatione* (الكرم) *aſcenditur ad cacumen vsque ope ſcalarum inferioribus breuiorum, quae habent ex omni latere feneſtellas o) ad praebendam lucem ſcandentibus Pharum iſtum opportunam et ad illuminandas ſcanſiones aedificii huius, quod inter aedificia mundi maxime admiranda habetur, ſiue altitudinem ſpectes, ſiue firmitatem. — Vtilitatem vero praebet Pharus iſte inſignem: accenditur nimirum in ipſo ignis circa mediam noctem,*

ſchaſchia continet Brachium vnum et quincuncem. Ex quo fit, vt dictus *Funis* ſecundum hanc rationem 48 *Brachia* comprehendat. *Pugnus* autem *Digitos* 4 continet, quorum ſinguli aequantur granis triticeis 6 ventre ac tergo ſeſe contingentibus.

n) Vid. Ditmar Aeg. p. 46.

o) Sic vertit Sionita, quem ſequor. In libro eſt كرايقات, vocabulum quod nullibi inueni. Num haec vox ex perſico vocabulo كرزه (vid. Golii Lex. ſ. h. v.) formata vel potius ita deformata ſit, equidem neſcio.

noctem, nautis, iis temporibus iter facientibus in ſignum. Videntes itaque nautae illum ignem, ad eum ſeſe dirigunt; percipitur autem ab vnius curſus diſtantia p); et quidem nocturno tempore eo conſpiciens ſtellam videre crediderit; diurno vero fumus conſpicitur q). Alexandria nimirum ſita eſt ad finem continentis (vbi ſinus terminatur), *circumcincta planitie, campoque deſerto latiſſimo r) vbi neque mons nec aliud vllum ſignum eſt, ad quod poſſit iter dirigi; quare, niſi foret ignis praedictus, aberrarent pleraeque naues a via, quae ducit Alexandriam s). Vocatur*

p) Vid. Beſchreib. des alten Aeg. von TH. JAC. DITMAR ed. II. emend. a H. E. G. PAULUS p. 46 et 47 vbi de Pharo vet. . . . und oben auf demſelben ein beſtändiges Feuer unterhalten, deſſen Schein 300 Stadien weit geſehen werden konnte.

q) Hodie fere negligitur; audi NORDEN pag. 5 ita referentem: Das eine dieſer Gebäude heiſst der *groſſe Pharillon.* In deſſen Mitte ſteht ein Thurm, worauf an deſſen äuſserſter Spitze eine Leuchte befeſtiget iſt, die allezeit des Nachts angeſteckt wird, und alſo zur Nachtlaterne dienen ſoll. Allein ſie giebt nicht viel Licht von ſich, weil die Lampen ſchlecht beſorget und mit wenigem Oele angefüllet werden. Cf. SALMON l. c. p. 270.

r) Ita fere SALMON l. c. p. 268. Der Grund, worauf ſie lieget iſt, ſo ungemein niedrig, daſs ſie von Seeleuten nicht eher kann geſehen werden, bis ſie bald hinan ſind, welches vermuthlich die Urſache geweſen, daſs der berühmte Pharus aufgerichtet worden. Caeterum quae de regione circumiecta deſerta monet EDRISIUS, vere dicta ſunt cf. ABULFEDA l. c. VOLNEY l. c. (vid. not. praeced. g.) ita pergit: die umliegende Gegend beſteht aus einem ſandigen, platten und unfruchtbaren Felde, ohne Gebäude, wo man nur die Pflanze (Elkali) aus welcher Salz bereitet wird, und eine Reihe Palmbäume antrifft, die nach dem Laufe des Nilwaſſers, durch den Kalidjil (Canal), gepflanzt ſind. His accedit TOURTECHOT p. 412 tradens: Das Land um Alexandrien iſt überaus niedrig. . . . Um Alexandrien und weit davon giebt es weder Holz noch Weide. Das Land iſt mit Sand bedeckt, und es wachſen kaum einige Dattelbäume darin. — NORDEN p. 26 ſolum minus ſterile eſſe contendit; ut IBN AL VARDI l. c. p. 28 nimis liberalis ita ſcribere videtur: . . . ſituée dans un terroir fertile, qui produit toutes ſortes d'arbres et de fruits.

s) Opportune habet TOURTECHOT l. c. Das Land um Alexandrien iſt überaus niedrig. Das einzige, woran die Seeleute daſſelbe nach dem Thurm der Araber, welcher nur 12 Meilen weſtwärts davon liegt,

catur vero ignis iſte Laterna t). Fertur praeterea idem, qui hunc Pharum exſtruxit, aedificaſſe etiam Al Ahram (Pyramidem) *in finibus urbis Foſtat erectum et quidem ab occidentali Nili parte; fertur nimirum quoque conditum eſſe ab Alexandro, poſt conditam Alexandriam; ſed eius rei veritatem nouit Deus.* Probe! — Deſcriptioni huic, quod addam, non habeo; nemo enim, quantum equidem ſcio, hac methodo et arte architectonica Pharum huncce celebrem delineauit. Proxime tamen ad Edriſium accedit Abdollatiph, cuius deſcriptionem infra adiiciamus *u*). Memorant eum quidem

liegt, zu erkennen vermögen, iſt die Säule des Pompeius. Daher ſind die Schiffe oft genöthiget, nach Cypern und zuweilen nach Syrien zu gehen, wenn es in dem Lande neblicht Wetter iſt.

t) Sionita per *Laternam* tranſtulit vocabulum فانوسا mihi prorſus ignotum. Suſpicor pro فانوسا legendum eſſe فانوسا et ſub hoc latere vocabulum φανος. Apud Golium voce فنس occurrit etiam فانوس et *Laterna* Pharus explicatur.

u) Quae de Pharo hoc celebri adnotauit Abdollatiph l. c. p. 64. haec ſunt: واما المنارة فحالها مشهور يغني عن وصفها وذكر ذوو العناية ان طولها مايتا ذراع وخمسون ذراع وقرات بخط بعض المحصلين انه قاس العمود بقاعدتيه فكان اثنتين وستين ذراع وسدس ذراع وهو علي جبل طوله ثلث وعشرون ذراع ونصف ذراع فصارت جملة ذلك خمسا وثمنين ذراعا وثلثي ذراع وطول القاعدة السفلي اثنتا عشرة ذراعا وطول القاعدة العليا سبع اذرع ونصف ذراع وقاس ايضا المنارة فوجدها مايتي ذراع وثلثين ذراعا وهي ثلث طبقات الطبقة الاولي مربعة وهي ماية ذراع واحدي وعشرون ذراعا والطبقة الثانية مثمنة وطولها احدي وثمنون ذراعا ونصف ذراع والطبقة الثالثة مدورة وطولها احدي وثلثون ذراعا ونصف ذراع وفوق ذلك مسجد ارتفاعه نحو عشر اذرع
i. e. Et quod attinet ad Pharum, diſpoſitio eius celebrior eſt, quam quae deſcriptione indigeat; narrant autem harum rerum cu.ioſi,

quidem et ſcriptores alii *v*) verum vberius non de-ſcribunt; ad Edriſium ergo reuertamur.

Extant item Alexandriae duae acus (obeliſci); *ſuntque duo lapides vbique quadrati w*), *arcti magis in ſuprema parte quam in ima.*

Longitudo alterius x) *ad quatuor ſtaturas accedit, et latitudo baſis eius in ſingulis lateribus ad decem palmos* (ſpithamas); *totus vero ambitus eius ad quadraginta palmos* (ſpithamas). *Libri Mirabilium autore teſtante, exciſi*

curioſi, altitudinem eius 250 cubitorum eſſe. Legi in cuiusdam Itineratoris Mſſ. ipſum menſuraſſe Columnam eiusque baſin, fuiſſeque $62\frac{1}{6}$ cubitorum; ſitam eam in colle cuius altitudo accederet ad $23\frac{1}{2}$ cubitos; ſumma ergo $85\frac{2}{3}$ cubitos efficit. Altitudo porro baſis erat 12 cubitorum; altitudo autem capitelli $7\frac{1}{2}$ cubitorum. Menſurauit idem Pharum inuenitque eum eſſe 230 cubitorum et tres habere contignationes; quarum prima, quadrata, cubitos habet 121; ſecunda, octogona, $81\frac{1}{2}$; tertia, rotunda, cubitos $31\frac{1}{2}$ (ſumma ergo non 230; ſed 234; vbinam lateat error, non definio, coniicio autem ſupra forte leg. مايتي ذراع اربع وثلثين ذراعا). Super ea delubrum eſt, cuius altitudo ad 10 fere cubitos accedit.

v) Vid. ABULFEDA l. c. et MICHAELIS ad h. l. IBN AL VARDI l. c. p. 28. phare . . . qui eſt a un mille de la ville; et autores paullo ante paſſim laudatos. ARVIEUX T. I. p. 159. MAILLET p. 131. SAVARY T. I. p. 23.

w) SIONITA *cubici* habet; perperam.

x) Obeliſcus quem EDRISIUS deſcribit; a Recentioribus Obeliſcus Cleopatrae vocatur. TROILO p. 605. Pyramidem vocat. MAILLET p. 142 ſq. NORDEN p. 8 deſcripſerunt eum, delineauerunt inque aes incidi curarunt. NIEBUHR p. 45. SAVARY T. I. p. 27. Variant autores laudati in aeſtimanda obeliſci huius menſura. E. g. NIEBUHR l. c. Er iſt von hartem rothem Granit, und ganz von Einem Stücke. Jetzt iſt ein Theil davon in der Erde. Er iſt aber dennoch 61 Fuſs, 6 Zoll hoch und an der Erde 7 Fuſs 3 Zoll breit &c. cf. Allg. D. Bibl. Band 25. p. 128. SAVARY l. c. Dieſe Obelisken, davon jeder aus einem einzigen Stein gemacht iſt, halten ungefähr 60 Fuſs in der Höhe, und ihre Baſis hat 7 Fuſs ins Gevierte. ROOKE p. 145. . . . Der eine liegt umgeſtürzt, halb im Sande vergraben, der andre aber ſteht noch; er iſt 63 Fuſs hoch, und hat auf jeder Seite Hieroglyphen.

exciſi ſunt obeliſci laudati e monte Tarim (تريم) *ſito in occidentali parte Terrae Mesr* (Aegypti). *In obeliſco praedicto inciſae ſunt literae, charactere Syro huius fere argumenti:*

EGO JAMER BEN SCHEDDAD AEDIFICAVI VRBEM HANC SENECTVTE NONDVM APPROPINQVANTE, FATO NONDVM PRAEPROPERO, CANITIE NONDVM COMPARENTE, LAPIDIBVS LVTVM NONDVM EXCEDENTIBVS, HOMINIBVS NONDVM DOMINIS SVBIECTIS. EREXI PORTICVS EIVS, FLVVIOS APERVI, ARBORES EIVS PLANTAVI. GESTIENS ERIGENDO IN EA MONVMENTA ADMIRANDA, LONGE SVPERARE REGES, QVI IN ILLA FVERE, MISI TSABVT BEN MARAH ALADITAE ET MAKDAM BEN OMAR BEN ABI REGAL TSAMVDITAE AD MONTEM TARIM RVBRVM, QVI EXCISIS EX EO DVOBVS LAPIDIBVS, EOS HVMERIS IMPOSITOS HVC PORTAVERE. FRACTA TVM COSTA TSABVTI, POPVLVM REGNI MEI IN EIVS REDEMTIONEM CONCESSI. EREXIT MIHI EOS FATAN BEN GERVD MVTAFACHITAE IN DIE PROSPERITATIS.

Atque iſte obeliſcus viſitur in angulo urbis et quidem in parte eius orientali; alter vero reperitur paullo intra urbem y).

Inſcriptionem hanc deſumſiſſe Edriſium ex libro Mirabilium, vel ex eo coniecerim, quod montis Tarim in ea mentionem factam legimus; paullo ante enim ex eodem libro adnotauit Noſter: ſecundum huius libri autorem obeliſcos ex Monte Tarim fuiſſe exciſos. — Cum Sionita verti *charactere Syro;* licet, an recte translatum ſit, in incertis habeam. In Impreſſo

y) Eſt is forte obeliſcus Cleopatrae alter, quem Recentiores (ll. cc.) vt fractum deſcribunt. Edrisii ergo tempore adhuc incolumis fuiſſe videtur.

Impreſſo legitur (leg. بالخط) بالخط السرياني. In ſequentibus ad Syrum, Syriacum deſignandum non vtitur Edriſius vocabulo السرياني, ſed voce شام cum ſuis deriuatis. Poſſibile eſt iſta voce *characterem omnem ignotum* notare voluiſſe Geographum noſtrum, at praeter figuras hieroglyphicas, vix ibi inciſae fuerant aliae, temporis iniuria deletae; et explicationem figurarum hieroglyphicarum hanc inſcriptionem equidem non dixerim z).

Pergit Edriſius; *ſunt, qui aſſeuerant, aulam quoque* (مجلس) *quae viſitur in meridionali parte Alexandriae et a Salomone Davidis filio cognominata fuit, autorem habuiſſe eundem Jamer Ben Scheddad; alii contra exiſtimant, Salomonem Davidis filium ipſum eam extruxiſſe. Columnae et compages* (poſtes) *eius et hodie ſuperſunt. Haec fere eius forma fuit: Aula eſt quadratae longitudinis; in vtroque eius capite ſunt ſedecim columnae* (سارية); *in duobus autem lateribus oblongioribus ſexaginta ſeptem.*

In angulo vero ſeptentrionali columna eſt omnium maxima, capitello inſtructa; ſub ſe habens baſim ex lapide albo (vel marmore), *cuius quadratura laterum eſt octoginta palmorum. Longitudo eius inde a baſi ad Capitellum vsque ad nouem ſtaturas accedit. Capitellum ipſum eſt caelatum, elaboratumque ſapienti artificio ac firmiſſime collocatum. Nulla ſane columnarum huic ſimilis! Nemo autem ex indigenis Alexandriae; nemo ex incolis Aegypti compertum habet, quamnam ob cauſam*

 erecta

z) Ab obiectione ergo et reprehenſione NIEBUHRII l. c. p. 46. Noſtrum defendere nequeo. "Weil der Scherif die Hieroglyphen mit der ſyriſchen Schrift verwechſelt hat, ſo wird blos deswegen ſchon niemand glauben, daſs er dieſe Inſchrift erklärt habe." Probe; et vocabulum السرياني bene translatum; de verſione ergo nullum dubium; et de probitate lectionis ipſa dubitanti deſunt argumenta.

erecta fuerit ſeiunctim ſuo in loco. Ipſa denique licet nunc temporis ſit admodum inclinata, nihilominus tamen eſt firmiſſima et ruinae nulla ex parte obnoxia. Columna, cui nullam ſimilem nouit, eſt procul dubio ea, quam hodie Itineratores Columnam Pompeii vocant, deſcribunt, depingunt, et aeri inciſam exhibent *a*). Michaelis autor fuit, vt nomen eius muta-

a) Nemo eſt Itineratorum, qui Aegyptum adibant, qui non huius columnae mentionem fecerit, eamque nunc breuiori nunc ampliori deſcriptione celebrauerit. Vnum vel alterum excitaſſe ſufficiat. Videndus ante omnes ABDOLLATIPH l. c. p. 62. cuius verba haec:
ورايت بالاسكندرية عمود السواري وهو عمود احمر منقط
من الحجر المانع الصوان عظيم الغلظ جدا شاهق الطول
لا يبعد ان يكون طوله سبعين ذراع وقطره خمس
اذرع وتحته قاعدة عظيمة تناسبه وعلي راسه قاعدة
اخري عظيمة وارتفاعها عليه بهندام تفتقر الي قوة في
العلم برفع الاثقال وتمهر في الهندسة العملية وخبرني
بعض الثقات انه قاس دوره وكان خمسا وسبعين شبرا
بالشبر التام i. e. "Et vidi ego in Alexandria Columnam lapideam, (Amud as Savari) rubram, variegatam, praeduro ex „marmore conſtructam; craſſitie inſignem, altitudine haud exigua, „facile ad ſeptuaginta cubitos accedens. Latus columnae huius, „vel Diameter ad quinque cubitos accedit. Subeſt illi baſis per„magna quidem, apte tamen ipſi reſpondens. In ſumma eius „parte capitellum eſt ingens, eleuatum ſuper ea bona conſtitu„tione et ſymmetria, ita vt facile appareat, eam eleuatam eſſe „ad ſcientiam ponderum eleuandorum et ad peritiam geometriae „practicae. Narrauit mihi quidam vir fide dignus, ſe menſuraſſe „illius ambitum eamque fuiſſe ſeptuaginta quinque ſpithamarum „et quidem perfectarum &c." Ex recentioribus vid. P. LUCAS I, 1, p. 24. 25. . . . elle eſt d'une pierre granite, griſe, haute d'environ 120 pieds, ſans le chapiteau. Ad verba EDRISII vltima pertinent, quae idem l. c. addit: l'apprehende, qu'on ne la voye quelque jour tombée & peut-être caſſée; car ſon Pied-d'eſtail ſe ruine beaucoup. EDRISIUS, vt vidimus, non tanta anguſtia premitur. Et verba VANSLEBII (Relat. nouv. p. 186) lecto EDRISIO paullo arctius circumſcribes. Ita ſonant: "En m'approchant, je remarquay, qu'elle penchoit d'un coſté, quoy que huit ans auparavant que je l'euſſe vuë elle eſtoit fort droite." ARVIEUX Tom. I. p. 169. . . . Die eigentliche obere Säule iſt 86 Schuhe hoch &c. MAILLET p. 144 eam fuſe deſcribit, delineatamque exhibet. POCOCKIUS Tom. I. p. 8. columnam ex vmbra menſus,

mutarent eamque Columnam Severi vocarent; ſed errorem commiſſum, quem primus H. A. Schultens retegerat, ipſe Michaelis poſtea cognouit cognitumque correxit *b*). Et quod attinet ad aulam, quam Edriſius delineauit, ipſa voce arabica annuente *c*) eam pro *Gymnaſio*, cuius ruinas in vicinia portae, quae Raſchid (Roſettam) ducit, hodie viſere licet *d*), habendam eſſe coniecerim. De conditoribus, quos nominat Edriſius, non eſt quod dicam; nec omnino verbo opus eſt, ad refutandum autorem noſtrum. Caeterum diſtantias locorum ab Edriſio paſſim prolatas, iam colligo. *Diſtat Alexandria a Barka ſtatt.* 21 *h. e.* 550 *mil.* (ſupra p. 306); cf. item ſupra p. 308. *A Raſchid ad Alexandriam interuallum* 40 *mil.* ſed vid.

 infra

114 pedum inuenit, demtaque baſi et capitulo, pedum 88. Concinit Niebuhr T. I. p. 48 ipſi columnae concedens pedes 88,10'. Adde his Binos p. 73. Sie hat 82 Fuſs 5 Zoll 6 Linien Höhe, wenn man das Piedeſtal mit einbegreift. Savary T. I. p. 28. . . . Die ganze Säule iſt 140 Fuſs hoch . . . &c. Volney Tom. I. pag. 5. . . . Die Reiſenden ſtimmen in den Ausmeſſungen dieſer Säule nicht überein; allein die Berechnung welche zu Alexandria den meiſten Glauben findet, ſetzt die Höhe des Schaffts mit dem Knauf auf 96 Fuſs, und den Umfang auf 28 Fuſs 3 Zoll.

b) Vid. Notas Michaelis ad Abulfedam nr. 193. p. 94 ſq. cf. Bibl. Critic. pag. 109–111. Impudenter Michaelis ſententiam ſuam facere ſategit Savary T. I. p. 29 et omnino ſeduxit Volneyum T. I. p. 5. Errorem correxit remque rectractauit Michaelis in bibl. Or. et Exeg. noua Tom. II. p. 207. cf. Anhang zu James Bruce &c. Rinteliae 1791. p. 97–100. Ditmari Aeg. (ex ed. Paulus) p. 44.

c) Vocabulum nimirum, quo vtitur Edriſius noſter, eſt مجلس; Golius Lex. 523. ex Gieuhario *peculiariter* notare refert locum, *ubi homines conſidentes inter ſe colloquuntur, aut de re aliqua tractant.*

d) De his reliquiis vid. e. g. Norden p. 19. Ehe ich die Stadt verlieſs, beſah ich noch einige *Säulen-Schaffte* von Granitmarmor, die noch hier und da auf der Straſse, die nach dem Roſetto-Thore führet, ſtehen; es mögen ihrer etwa noch ein halbe Dutzend ſeyn &c. Savary Tom. I. p. 27. In der Gegend des Thors von Roſette findet man fünf Marmorſäulen an der Stelle, welche die Schwibbögen der Gymnaſien einnahmen &c. Abdollatiph l. c. ſibi perſuadet hic olim fuiſſe ſtoam Ariſtotelicam ab Alexandro olim conditam.

infra §. 22. *Iter ab vrbe Mesr ad Alexandriam*, vid. infra §. 19. *A Raſchid ad Alexandriam Curſus intervallum* (p. 100 verſ. lat.) ibid. *Ab Alexandria ad Mesr, iter 6 dierum.*

Ampliſſima vrbis Alexandriae deſcriptione ad finem perducta, reſtat, vt Canalis, qui potum incolis praebet, et plerumque, ſed per errorem, vti bene ex Nordenio, ni fallor, obſeruauit Michaelis *e*) Canalis Cleopatrae apud Itineratores recentiores audit, annuente Edriſio, mentionem quoque faciamus. Verba autoris noſtri pag. 100 verſ. lat. ita ſeſe habent:

Ex Canali, qui oppidum . . . (Malig?) . . . praeterfluit, exit Canalis alius nomine Schabur شابور, *attingens Alexandriam; habet is ſuum os*, *i. e.* interprete Edriſio, *primam originem infra oppidum . . . (Malig?) . . .* Scriptores hodieni varie de Canali Alexandriae tradunt; alii enim amoenitatem eius laude excipiunt ſumma *f*); alii de vſu quem olim praebuit et hodie adhuc praebet maximo, fuſe exponunt *g*); hi oſtium eius memorant *h*); illi tandem de origine eius haud procul ab vrbe Fua ſcribunt *i*); omnes

e) Vid. Michaelis ad Abulfedam not. 73. p. 39. coll. Norden p. 41.

f) Abulfeda Aeg. pag. 7. amoenitatem Canalis Alexandriae verbis poetae Dafar el Hadadi celebrat (cf. ad verſionem Michaelis notam Köhleri in Allgem. Deutſch. Bibl. Tom. 31. p. 370); eandem laudat quoque Norden p. 26. et ex Abulfeda Savary Tom. I. p. 26.

g) De vſu eius verba faciunt Vansleb nouv. Rel. p. 194 ſq. (verſ. germ. p. 235 ſq.) Monconnys p. 176. P. Lucas I, II p. 27. Pococke T. I. p. 6. Norden p. 27. 41 ſqq. Maillet p. 143. Niebuhr Itin. p. 45. Tott P. IV. p. 27.

h) Oſtium eius memorat Vansleb nouv. Rel. pag. 29. (verſ. germ. pag. 144.) his verbis: Le Caſcief de Baheire . . . eſt obligé de faire conduire l'eau du Nil dans l'Alexandrie, par le Calitz de Cleopatre, *qui a ſon embouchure au village Latſ.* &c.

i) Originem eius memorant: Arvieux Tom. I. p. 171. Der Canal nimmt fünf Meilen oberhalb Roſett ſeinen Anfang. Norden pag. 42,

omnes autem vno ore conteſtantur, eum e Nilo (i. e. e Nili brachio principaliori, hod. Roſettico) ad Alexandriam venire. Pergit Noſter: *Verum non omni tempore anni aquam in alueum eius immittit Nilus; ſed tantum durante eius inundatione; decreſcentibus enim Nili aquis, ipſe etiam Canalis areſit ita vt nemo per illum deſcendat.* Bene quidem ſeſe habent dicta Edriſii et obſeruationibus Itinerátorum qui Aegyptum adibant, fere omnium, quantum ſatis confirmantur (Norden quidem contradicere videtur; ſed non contradicit) *k*); nihilominus tamen hic locus, niſi omnino adfectus, impeditus ſaltem mihi quidem videtur. Nam de origine eius, licet teſtimonia aliorum autorum ſatis perſpicua, in medium ſint adducta, quo minus omnia rite expediantur, duo potiſſimum impediunt; vnum ſcilicet oppidi Malig nomen incertum

 ac

pag. 42, cuius verba . . . als daſs man es jenſeits Roſetto, wo der Canal ſich anfängt, aus dem Nilfluſſe herleitete. TOURTECHOT p. 411. . . . ein Canal, den man Cleopatrens Canal nennt, der zwo Meilen von Roſette anfängt &c. VOLNEY T. I. p. 7. . . . Durch einen Kalidji oder Kanal muſs man es aus dem Nil 1 bis 2 franzöſiſche Meilen weit in die Stadt leiten &c. BINOS p. 75. Eine Lieue von der Stadt fängt ein Canal an, den der Nil in der Zeit ſeines Steigens anfüllt. SAVARY Tom. I. p. 26. Der Canal Faoue, der einzige womit Alexandrien jezt Gemeinſchaft hat &c.

k) TROILO p. 608. ita ſcribit: In der Stadt iſt faſt in einem jeglichen Hauſe eine groſse Ciſterne, welche mit dicken Säulen und Gewölbern erbauet, in welche vorhin durch die Canal oder Röhr das Waſſer aus dem Fluſs Nilo unter der Erden ſogar von Alcair hero (!) continuirlich gelaufen iſt, weiln nun aber die Röhr ganz mit Sand und Erden verfallen, ſo kömmet anjetzo ſonſt kein Waſſer hinein, ausgenommen zu der Zeit wenn der Nilus wächſt und groſs iſt, welches nur einmal im Jahr zu geſchehen pflegt &c. NORDEN p. 26. Canal der Cleopatra, welcher *Jahr für Jahr* friſches Waſſer nach Alexandrien aus dem Nil bringt; ſed cf. p. 27 ſq. TOURTECHOT p. 411. Wenn der Nil ſehr gefallen iſt, muſs das Waſſer von Roſette gehohlet werden. NIEBUHR Itin. p. 45. VOLNEY Tom. I. p. 7. . . . dieſer Canal thut doch nur ſeine Dienſte, zur Zeit der Ueberſchwemmung des Nils. BINOS p. 75. Canal, den der Nil zur Zeit ſeines Steigens anfüllt. SAVARY Tom. I. p. 26. Jetzt bekommt er *erſt* gegen das Ende des Auguſtmonats Waſſer &c.

ac dubium; alterum Canalis, nomine *Sâbur*, quae pag. 105 legitur, deſcriptio. Et quod ad oppidi laudati nomen attinet, in Impreſſo exaratum eſt hisce characteribus, بلح. Conſonans prima deſtituta eſt puncto diacritico vel punctis diacriticis; neſcio itaque, vtrum reddam *Balah* vel *Nalah*; an *Jalah*, *Talah* vel *Tſalah?* Sionita quidem vertit *Malig*, et ſi Savario (vid. eius Mapp. ad Tom. I.) fides habenda, ad Mehalla Malik ex Nili brachio principaliori (Roſettico, vti hodie loquuntur) exit Canalis Alexandriae; at conſonans prima non eſt Mim; vltima non Dſchim; et non ſemel, ſed bis ita expreſſum occurrit. Lectionem autem admodum variare, diſces, ſi paullo poſt, not. t. comparare velis.

Locus autem, quem ſupra obſtare contendi, quo minus mentem Edriſii recte vereque poſſim explicare, extat pag. 105: verſ. lat et ſic ſeſe habet: *Vrbs Tarnut ſita eſt ad flumen Sâbur l). Nam brachium Nili iſtud m) vbi deuenit ad arenas al Sinam* (vid. infra §. 19) *diuiditur in 2 ramos, quorum primus, occidentem verſus pergens, vrbem Tarnut attingit; tum Beſiana n); tum Tanut et hinc oppidum Sâbur &c. hinc defluit ad Mehalla al Sida* (Aſſeida) *tum ad Raſiâl; tum ad Karnata; tum ad Suk; ad Mana; hinc ad Karnaſil; tum ad al Carbun, et hinc ad oppidum al Sabar; tum denique ad Alexandriam.* Ita Edriſius; cuius verbis addere liceat obſeruationes hasce:

1) Vterque horum Canalium attingit Alexandriam; et

2) No-

l) Supra exaratum occurrit شابور *Schâbur*; hoc loco autem سابور *Sâbur*.

m) Verba Edrisii وذلك ان هذا الذراع Procul dubio in animo habet brachium Nili principalius, Roſeticum hodie dictum; Canalis alius enim non praeceſſit.

n) In libro eſt بسيانى; conſonans tertia ſine punctis diacriticis.

2) Nominis diuerſitas, leuiſſima ſane, non obſtat, quo minus *Sâbur* et *Schâbur*, pro vno eodemque Canali habeamus; ſaepius enim — vel potius, quouis fere verſiculo — exempla praeſto ſunt, quae puncta diacritica vel plane praetermiſſa, vel male ſuperimpoſita demonſtrant.

3) Verum, ſi locum priorem, Canalis initium prope oppidum . . . *Malig?* . . . tradentem, conferre velis cum loco, quem iam adſcripſimus, qui ad arenas al Sinam initium habere Canalem Sâbur aſſerit, ſcrupulum, ni fallor, tibi iniectum ſenties, quem tibi ego, absque coniectura audaciſſima, euellere vix valeo. Sionita certe, ſi recte vnquam video, Canalem Sâbur, cum flumine Schâbur ſupra deſcripto pro vno eodemque habuit; arguit hoc inprimis coniectura eius, ſecundum quam characteres بلج, quorum primus punctis deſtitutus eſt, per *Malig* exprimere nullus dubitauerit. (Oppidi Malig autem ſtatim mentionem faciemus.) Caeterum, quae iam ſequuntur, ita ſane ſunt comparata, vt ea facile vel repetitionem obſeruationis Edriſianae paullo ante in medium prolatae; vel amplificationem eiusdem dixeris. Pergit nimirum Edriſius: *Verum in hunc Canalem neque aqua neque naues ingrediuntur, niſi increſcente Nilo, quoniam alueus ipſius altior eſt ipſo alueo Nili, ita vt aqua eum non attingat, niſi tempore praedicto. Nam hicce alueus Canalis huius ſtatim atque peruenit ad Tartſuta, retorquetur ad plagam orientalem, adeo vt coincidat cum altera parte* o) *prope Malig* p), *fiatque inter*

Z 5 *vtram-*

o) Verſionem hanc exhibet SIONITA; in libro eſt يجتمع باخيه; forte pro باخيه legendum, vti paullo poſt occurrit; بصاحبه; ſed nihil affirmem.

p) *Malig* h. l. tranſtulit SIONITA vocabulum, quod Impreſſum exhibet, ملح; vltima conſonans autem eſt Hha non Dſchim.

vtramque partem, inſula Biâr. — Initium canalis occidentalis pariter eſt ad arenas al Sinam; qui ſeptentrionem verſus tendens, coniungitur cum altera parte ſibi cognata prope Malig q). Fluit nimirum iſte Canalis inde r) ad Tſaná; tum ad Kobaiſa s) tum ad Bondaria, cui e regione ſita eſt al Manar ex parte occidentali Malig t) ibique coniunguntur duo iſta brachia et in vnum coaleſcunt. Ita quidem Edriſius; ſed ingenue confiteor me ſenſum huius deſcriptionis non omnino capere. In eo fui, vt verbis Edriſii hunc ſenſum ineſſe ſtatuerem: Ad arenas al Sinam nimirum diuidi brachium Nili principalius (Roſeticum) bifariam; brachium alterum prouolui orientem verſus; in ſeptentrionem pergere alterum; ad oppidum Malig autem coniungi iſta duo brachia, ac ita coniuncta, ſub nomine Schâbur (quod ſtatim ad fontem et originem eorum illis impertitum fuit) ad vrbem Alexandriam vsque pertingere; — ſed hunc ſenſum ne illis tribua-

q) Cum SIONITA per *Malig* verto conſonantes ملح, quas exhibet liber typis exſcriptus, quarumque ſecunda punctis diacriticis caret. Fere coniecerim puncta diacritica iure deeſſe; et conſonantem ſecundam eſſe ل; ſed nihil definio; verſiculo enim abhinc tertio denuo characteres iidem occurrunt, quos iterum per *Malig* tranſtulit SIONITA.

r) *Inde* — quid ſupplendum? ex mea ſententia, niſi hic locus ſenſu omni careat, ſupplendum الصينم i. e. *inde ab arenis al Sinam.* SIONITA verba EDRISII ita collocat, vt ſenſus emergat: *inde* ſc. ab oppido Malig; id quod autem, ſi quid iudico, falſum.

s) Sequor SIONITAM, qui *Cobaiſa* vertit; impreſſum habet قبيسة; conſonans tertia punctis diacriticis deſtituta. Vid. infra §. 20.

t) *Malig* iterum verti; in libro eſt بلح; conſonans prima ſine puncto diacritico. Iam in vnum colligo lectiones variantes: ter occurrit بلح; conſonans prima ſine punctis; vltima Hha (vid. ſupra p. 360 ſq.) bis legitur ملح; conſonans ſecunda ſine punctis; vltima Hha; ſemel ملح; vltima Hha, non Dſchim. SIONITA in verſione latina ſexies expreſſit *Malig.*

tribuamus, curſus Canalis Sâbur paullo ante Edriſio annuente a nobis deſcriptus vetare videtur. Ex Catalogo enim oppidorum ad Canalem iſtum adpoſitorum exulat oppidum Malig; hoc ipſum autem ad coniecturam hanc firmandam deeſſe nequit. Oppidum autem *Mana*, quod occurrit in catalogo laudato, per errorem quendam pro *Malig* fuiſſe poſitum, pronuntiare non audeo, licet oppidi huius nomen in textu originali miſere vbique ſit corruptum et منا parum a مليج differat. Totum ergo hunc Edriſii locum de Canali Alexandriae exponentem, dubium relinquere cogor. — De oppidis, quae paſſim occurrebant, infra §. 19 et 20 agemus.

§. 8.

Vrbs Foſtat eiusdemque confinia.

I. De vrbe Foſtat, الفسطاط *u*), diligentiſſime egit Edriſius noſter, et qua occaſione in hanc appellationem deuenerit metropolis haec, copioſe quidem, at minus vere, exponit. Verba eius in ſermonem latinam translata haec:

Foſtat vrbs eſt ipſamet Meſr. Vocabulum مصر denotat quidem Aegyptum ipſam; haud raro tamen, idque pro more inter Geographos Arabum frequentato, de quo iam alio loco diximus *v*) et Aegypti metropolin, ab antiquiſſimis inde temporibus hoc nomine, per excellentiam, vt videtur, diſtinctam *w*).

Pulchre

u) Vocabulum الفسطاط *tabernaculum*, *tentorium*, ſonat; vid. paullo poſt. — Per errorem VANSLEB p. 128 ita ſcribit: Foſtat eſt un nom *grec* (: verſ. germ. p. 200 hunc errorem repetit) qui ſignifie *une tente faite de poil de chevre* &c.

v) Vide, ſi placet, quae ſupra p. 39 obſeruauimus.

w) Cf. SAVARY Tom. I. p. 66 qui ita monet: Groß Cairo nahm den glorreichen Namen *Masr* an, welcher der Hauptſtadt in Aegypten zu-

Pulchre igitur Abulfeda vrbem noſtram ſtatim in Rubrica diſtinguit كرسي مملكه الديار المصريه i. e. ſedes regia Terrae Aegypti *x*). Et hodie, teſtante inprimis Niebuhrio, vrbs Aegypti primaria (vid. paullo ante not. w.) *Mesr* vocatur; et ipſi adeo Foſtatae nomen Mesr hodie conſeruatum eſt, id quod ex eodem diſces *y*). Pergit Noſter:

Sic

zukommt. Idem p. 70. not. h. obſeruationi huic addit: Die Araber behaupten, Misram, Hams Sohn, habe ſich in Aegypten niedergelaſſen. Dieſem zufolge nennen ſie dieſs Land Masr, und geben der Stadt, welche die Hauptſtadt in demſelben iſt, eben dieſen Namen. — Itaque A. SCHULTENS in excerptis ex ABULFEDA (ad Calcem BOHADDINI) verba مسجد بمصر ſcite *templum Memphiticum* transſtulit. Cf. Eiusd. Ind. geogr. V. V. *Memphis* et *Misr*.

x) Vid. ABULFEDA Tab. Aeg. pag. 32. et cf. MICHAELIS ad h. l. not. 241. p. 111.

y) NORDEN p. 92. Dieſe Hauptſtadt wird auch nur ſchlechthin Cairo, und im Arabiſchen *Maſſer* genannt. cf. SHAW p. 256. TOURTECHOT p. 376. . . . Cairo oder Groſs Cairo, welches die Araber *Mesr* nennen. TOTT Tom. IV. p. 52. Le Caire, que les Arabes nomment *Miſſir*. VOLNEY Tom. I. p. 180. Cairo, dieſe Hauptſtadt von Aegypten führt in dem Lande ſelbſt keinesweges den Namen el Kahera, welchen ſie von ihrem Erbauer erhielt; die Araber kennen ſie nur unter dem Namen *Masr* der keinen bekannten Sinn giebt (nec opus eſt explicatione aut verſione vid. paullo ante et not. w. MAILLET Masr quidem explicat per *lieu par excellence*; ſed, vt diximus, opus non videtur), wohl aber der alte morgenländiſche Name von Nieder-Aegypten geweſen zu ſeyn ſcheint (Aegyptum omnino denotauit). NIEBUHR Itin. pag. 107 haec fere habet: Nachdem Foſtat die Hauptſtadt von Aegypten geworden war, *erhielt ſie auch den Namen Masr*. Sie behielt aber dieſe Ehre nicht, ſondern verfiel nach und nach, ſo wie Kahira empor kam. Als Kahira endlich die Hauptſtadt des ganzen Landes ward, *nannte man ſie gleichfalls Masr*; Foſtat, oder das bisherige Masr aber, *Masr al Atik* (LEO p. 694 vel eius Interpres corrupte ſcribit: ciuitas vetus quae *Miſrulbetich* . . . forte vitium typographicum pro Misrulhetich; ſcil. مصر العتيق). Pergit NIEBUHR: Demohngeachtet haben die Aegyptier die alten Namen beſtändig beybehalten, und nennen die jetzige Stadt Masr, gemeiniglich Kahira, ſo wie die lange Straſſe am Nil, welche einen Theil von Masr el atik ausmacht, Foſtat. Nur haben die Europäer den Namen dieſer letzten Stadt verändert; dieſe pflegen Foſtat, oder Masr el atik allezeit alt Kahira zu nennen,

Sic dicta fuit a Miſram filio Cham, filii Noae (cui pax), qui eam primitus aedificauerat. Sibi non conſtat Edriſius; ante vrbem Foſtat enim Menf vrbs fuit Aegypti primaria et haec ipſa: iam ante Foſtat, pariter nomen Masr impoſitum habuit *z*). Nugatur procul dubio Edriſius; nugantur in his omnino Arabum ſcriptores hiſtoriam antiquam illis ignotam, tractantes fere omnes. Fabulas eorum nihilominus tamen repetiit Vansleb *a*). Geographus noſter pergit:

Vrbs (primaria) *Mesr olim quoque vocabatur Ainſchemes.* Pauca verba ſed errore quodam defoecata; Edriſius enim non ſolum ſibi contradicit ſed et paullo ante dicta deſtruit. Sagaciter ergo coniecit Cenſor Itinerarii a Niebuhrio conſcripti, pro عين شمس Ainſchemes h. l., eſſe legendum منف *Menf b*); cui coniecturae et ego ſubſcribere nullus dubito. Pergit Edriſius:

Sed

nennen, da ſie doch niemals bey den Eingebohrnen Kahira geheiſſen hat. NIEBUHRIUM ſequitur SAVARY Tom. I. p. 64. not. x. ſcribens: Foſtat iſt diejenige Stadt, welche wir uneigentlich Alt Cairo nennen. Idem l. c. p. 71. not. k. bene ita ſcribit: Die orientaliſchen Schriftſteller haben Foſtat niemals den Namen Cahera oder Cairo gegeben. Sie nannten dieſe Stadt zuerſt *Foſtat*; hernach Foſtat Masr, und nach ihrem Verfalle Masr Elatik. Die Venetianiſchen Kaufleute haben ihr den Namen Alt Cairo beygelegt und die Reiſenden haben dieſe uneigentliche Benennung fortgepflanzt.

z) Forte idem in animo habuit SAVARY dum Tom. I., p. 69. not. f. verbis EDRISII ſubiungeret iudicium hoc: Dieſe Meynung iſt weit von der Wahrheit entfernt.

a) VANSLEB Rel. nov. p. 127. (verſ. germ. p. 199.) Le vieux Caire, ainſi nommé des Francs par un erreur (vid. paullo ante not. y.) s'appelle en langue Arabique *Masr*, ou *Mizraim*, comme les hebreux l'appellent, fils de Cam et petit fils de Noë, qui le fit batir. — Parum differt SHAWIUS, paullo tamen moderatius ita ſcribit (p. 255. not. g.): Allein die Einwohner von Aegypten, und der ganzen Levante, nennen Cairo gemeiniglich *Meſſer*, ein Name, den ſie von *Mizraim*, dem Sohne Cham, dem erſten Bewohner dieſes Landes genommen haben.

b) Vid. Allgem. Deutſche Bibliothek T. 25. p. 133.

Sed poſtquam ſub initio Islamiſmi Amru filius Aaſi c) cum ſuis Moslemis eo deſcendit, expugnauit eam; tum miſcuerunt ſeſe Moslemi circum Foſtat, conſignaruntque (aedificarunt) *ſitum* (*loci*) *Mesr, eundem nimirum, quem hodie obtinet d). Longitudo atque menſura vrbis eſt trium paraſangarum.* Ambitus eius hodie multo minor *e*).

Traditur Foſtat eſſe dicta vrbs Mesra (i. e. Caput Aegypti eſſe coepit), *quod quum Amru al Aaſi filius in principio Islamismi Mesr expugnaſſet; iamque Alexandriam iter intenderet, praeceperit, vt tabernaculum ipſius detenderetur, idque ante ipſum portaretur. Sed columbam in faſtigium tabernaculi deſediſſe, ouaque ſua ibi depoſuiſſe, ei renunciatum fuit. Ibi tum mandat Amru vt Tabernaculum in ſtatu relinqueretur vsque dum columba oua ſua excluſiſſet. Factum; addente* (imperatore), *per Deum nos ii non ſumus, qui noxam inferamus ei, qui amicitiam nobiscum colit, in latusque noſtrum recumbit, ſic vt ne columbam quidem ouo ipſius frangendo adfligere ſuſtineamus. Itaque manſit taber-*

c) عمرو بن العاص; ſemel, ſed procul dubio mendoſe, العاض.

d) Vid. Abulfeda p. 32 ſq. et nott. Michaelis ad l. c. n. 268 ſq. p. 123 ſq. cf. Fourmont p. 7.

e) Vansleb nouv. Rel. p. 127. (verſ. germ. p. 199.) Foſtat eſt la plus ancienne ville de l'Egypte aprés Memphi, & c'eſt aprés la deſtruction de celle-cy, qu'elle devient la Capitale . . . elle eſtoit autrefois magnifique & très grande; mais aujourd'huy elle eſt presque entierement ruinée, ou peu s'en faut. Pococke Tom. I. p. 26. Alt Cairo iſt jetzo dermaſsen in die Enge gezogen, daſs ihr Umfang nicht über zwey Meilen beträgt. Savary T. I. p. 72. Masr el 'atik hat nur noch eine halbe Meile im Umfange, iſt aber ſehr volkreich &c. et p. 74. Die Gegenden um Masr el atik ſind mit Ruinen bedeckt, welche den ehemaligen Umfang dieſer Stadt zu erkennen geben &c. Niebuhr Itin. pag. 122. Masr el atik . . . kann zwar noch jetzt eine Stadt genannt werden, ſie iſt aber nur klein in Vergleichung mit dem was Foſtat zu der Zeit war, als es noch die Hauptſtadt von Aegypten genannt wurde.

tabernaculum, manſit ipſe Misrae, donec pulli columbae eſſent excluſi; atque tum demum profectus eſt. Ita fere Edriſius. Hiſtoriam hanc et Elmacinus tangit (eumque ſecuti ſunt Fourmont et Savary *f*); pandit eam, vt vidimus, autor noſter; non tamen per omnia recte ſeſe habet eius narratio, vti praeclare monet A. Schultens *g*); neque etiam propter columbam hanc victoriarum ſuarum curſum retardaſſe credendus eſt dux perſtrenuus (vid. not. *f*. Tourtechoti narrationem). Quem in finem opportune idem ex Lexicographo, quem ſaepius laudat, et qui plerumque praeſidia dat praeclara, ſubiungit eiusdem hiſtoriae traditionem veriorem. Ita ſonat: "*Amru Ibn el Aſi*, quum Mis-
„ram oppugnaret, Phuſtat, Tabernaculum, ſibi tendi
„curauit e pellibus. Expugnata Misra Alexandriam
„cogitans, iuſſit vt ſuum Phuſtat detenderetur: Sed
„ecce columba in eius faſtigio oua poſuerat. Tum
„ille تحرمت بجوارن اقروا الفسطاط حتي تنغق وتطير
„فراخها فاق بفسطاطه ووكل به مل يحفظه ان لا يباج„
„ſinite ſtare Tabernaculum donec excluſerit atque
„ad volatum perduxerit foetus ſuos. Relictum ita-
„que

f) Fourmont p. 7. Einige erzählen, als Amrou (excitat Elmacinum c. 3. l. 2.) im Begriff geſtanden ſey, zur Eroberung von Alexandrien aufzubrechen, und ihm wäre gemeldet worden, eine Taube habe ſich oben auf ſein Zelt eingeniſtet, hätte er befohlen, man ſollte es an dem nähmlichen Platz ſtehen laſſen, um welches hernach Foſtat iſt gebauet worden. *Wir laſſen dieſes dahin geſtellt ſeyn* &c. Savary vti diximus Elmacinum quoque ſequitur, vid. Tom. I. pag. 70, et in fine addit: *Dieſe Stelle giebt die Stiftung von Foſtat ſehr genau und beſtimmt an!* Multo breuius expediuit hancce narrationem Vansleb in Nouv. Rel. p. 128. (verſ. germ. p. 199 ſq.) Compendioſe eandem narrat Tourtechot p. 377. Im Jahr 640 nach der Chriſtlichen Zeitrechnung belagerte Amru Eben Elaas Babylon und eroberte es. *Und da er ſein Gezelt vor dieſer Stadt ſtehen ließ, um ſeine Kriegszüge fortzuſetzen*, ſo bauten die Araber eine neue Stadt, welcher ſie den Namen Foſtah (Foſtat), ſo im Arabiſchen ein Gezelt bedeutet, gaben.

g) Vid. eius Ind. geogr. v. *Phuſtata*. Idem l. c. damnat interpretationem Sionitae, aliamque veriorem procul dubio ſubſtituit, eandem ſcil. qua ſupra vſi ſumus.

„que in ſtatu tabernaculum eius, appoſitique qui „illud cuſtodirent, ne violaretur. Ipſe Alexandriam „profectus, poſt ſex eam menſes ſubegit. Scripſit „tum Omaro Chalyphae rogans vt ibi ſedem figere „daretur. Reſcripſit Omarus, ibi reſideas cum Mu„ſulmannis, vbi nec mare, nec flumen me ab ipſis „ſeiungant. Ibi Amru ad ſocios, vbi ergo, inquit, „ſedem figemus? Illi, ad Fuſtat tuum reuertamur. „Sic reuerſus illis ſuum Fuſtat iterum occupauit „Amrou, reliquique circa conſedere, atque ita Fu„ſtatae appellatio ſedibus illis adhaeſit." Vix ſane dubium quin Lexicographus rem fidelius prodiderit; et Ibn al Vardi ex fonte limpidiori hiſtoriam eandem hauſiſſe, ex verſione, quam dedit De Guignes, ſatis apparet *h*). Haeccine ergo omnino origo et vrbis et appellationis? Vtique, ſi quid iudico; ſuperſtitioſis enim Arabum priſcorum moribus haecce narratio vere congruit. Sed tandem aliquando ad Edriſium reuertamur, qui ita pergit:

II. *Et Nilus veniens ad eam e ſuperiore illius terrae parte, tranſit prope ipſam a meridionali plaga; tum reflectitur ad eius occidentem; et ante ipſam in duos ramos diuiditur, qui, conſtituentes paruam inſulam, rurſus coniunguntur.* Probe (miror tamen ad hunc locum autorem noſtrum Canalis, qui vulgo amnis Traianus audit,

h) Vid. Notices l. c. p. 28. 29. فسطاط, Phoſthath eſt une grand ville d'Egypte, dans la quelle Amrou, fils d'Al-as, fit conſtruire une moſquée à la place d'une égliſe des Chrétiens qu'il detruiſit. (vid. ABULFEDA l. c. p. 32.) A l'orient de Phoſthath ſont des ruines, qu'on dit être celles d'une autre ville, qui, à ce qu'on prétend, fut détruite par Schaour, Vizir du Khalif *Adhed*, dans la crainte que les Francs ne s'en emparaſſent. Phoſthath ſignifie une tente; nom qui a été donné à cette ville en mémoire de la tente qu' Amrou y avoit dreſſée, & où il demeura pendant tout le temps qu'il reſta en Egypte. Lorsqu'il voulut s'én retourner, voyant que de pigeons avoient fait leur nid à ſon ſommet, il défendit qu'on le déſit, de peur de faire du mal au petits, & depuis il s'eſt formé autour une ville.

audit, mentionem non feciſſe) *i*). "*Et in hac inſula viſuntur domus multae venuſtae, et aedificia ad littus Nili appoſita.*" Aſt hodie deſunt aedificia venuſta, villaeque, quibus inſula haec olim ornata fuit *k*). "*Vocatur haec inſula Dar al Mekkias.*" Nomen hocce retinuerunt Ibn al Vardi (vid. paullo poſt, not. l.) et Leo, qui l. c. ita habet: "E regione ciuitatis veteris in „medio Nili Michias, h. e. menſurae, videtur inſula." Recentiores autem ob hortorum multitudinem amoenitatemue Rodda vocant *l*); inſula *el Mikkias* autem, quae

i) Vid. e. g. FOURMONT p. 68 vbi haec: Der Kalitz, oder Kanal, welcher durch ganz Kairo der Länge nach laufet, nimmt ſeinen Anfang von dem Ort, *wo ſich der Nil in zween Arme theilet*, der Landſpitze von der Inſel Rodda und Alt Kairo gegenüber.

k) *Hodie*, inquam, deſunt aedificia illa, quae EDRISIUS laudat. LEONIS (p. 697) aetate autem, domus mille circiter et quingentas continuit &c.; et FOURMONTI tempore adhuc ſuperſtites fuerunt villae aliaque aedificia. Ait ni nirum p. 61. Die Einwohner von Kairo haben daſelbſt Gärten und Luſthäuſer. NIEBUHR autem (p. 124. Itin.) expreſſis verbis, contrarium innuit, ſcribens: Die Kahiriner haben ihre Landhäuſer nach Masr el Atik, Bulak, ja bis nach Birket el Hadsj verlegt. Daher iſt jetzt auf Rodda nichts merkwürdiges &c. Caeterum cf. not. ſequ.

l) IBN AL VARDI l. c. p. 29 ita habet: روضة *Raoudha* (GOLIUS ad ALFRAGAN p. 156 الروضة quoque effert) eſt une île ſituée vis-à-vis Phoſthath, on la nomme encore *Dar al Mikkias* (ou maiſon de la meſure) parce que c'eſt là, où l'on prend la hauteur du Nil. — VANSLEB nouv. Rel. p. 64 ſq. (verſ. germ. p. 164.) Elle s'appelle *Roude*, (Jardin) à cauſe, que c'eſt un lieu de delices & plein de beaux jardins. Elle eſt vis-à-vis du vieux Caire d'ont elle eſt éloignée d'une portée de mousquet. cf. idem p. 354. — NORDEN p. 109. . . . Faſt die ganze Inſel iſt in Gärten abgetheilet. Sie hat daher auch keine andere Bewohner als Gärtner und Handlanger, die jenen zu ihrer Arbeit nöthig ſind. — POCOCKE Tom. I. p. 45. Von alt Cairo ſegelte ich auf die luſtige Inſel *Rodda* oder *Raouda* zu, die alt Cairo gegen über liegt. . . . Die Gegend iſt angenehm, denn die weſtliche Seite iſt mit groſsen Feigenbäumen bepflanzet, die man Pharaonsfeigen heiſset. — FOURMONT p. 61. Die fruchtbare und ſehr wohl angebaute Inſel Rhoda, wird von dem arabiſchen Worte welches einen Garten anzeiget, alſo genennet &c. Teſtes porro colligo MAILLET p. 66. SAVARY Tom. I. p. 87.

quae hodie hoc ipſum nomen gerit, cum inſula *Dar el Mikkias* Edriſii non confundenda *m*). Pergit Geographus noſter: *Aditus patet ad hanc inſulam per pontem, qui triginta fere nauibus ſuſtentatur. Alterum autem Nili brachium, latius priori, traiicitur ponte alio, nauibus duplo pluribus priori exſtructo. Extremitas huius pontis iungitur ripae, quae al Gize* الجيزة *vocatur.* Apud Itineratores hodienos pontium horum naualium nulla fit mentio; ſunt enim vel temporis iniuria deſtructi, vel Turcarum violenta manu interrupti. Ripa, quae al Gize vocatur, eſt forte extremitas vrbis, vel pagi, ſub hoc nomine et in vulgus notiſſimi *n*).

Dar

m) NIEBUHR Itin. p. 125 nimirum ita refert; Ich fand die Breite des Nils bey *Dſjiſe* [die Breite einer kleinen Inſel *Dſjeſiret* (i. e. جزيرة inſula) *el Mikkias*, welche *erſt vor wenigen Jahren entſtanden iſt*, mitgerechnet,] vermittelſt einer Grundlinie von 233 Fuſs, in den beyden anliegenden Winkeln 83° 10′ und 92° 20′, 2946 Fuſs &c.

n) Pontis alterius mentionem facit IBN AL VARDI l. c. p. 29, vbi haec: جيزة, *Dgizé*, autre grande ville, ſituée ſur le bord occidental du Nil, où il y a un pont magnifique. Sed cf. NIEBUHR l. c. et pot. ſequ. et BRUCIUM Tom. I. p. 105, qui ita tradit: Auf der andern Seite des Nils von Cairo liegt *Geeza*, welches nach einigen Arabiſchen Schriftſtellern den Namen von einer hier *befindlich geweſenen* Brücke hat. Geeze bedeutet einen Uebergang (paſſage).

Qui vrbis vel pagi *Gize* mentionem iniiciunt, horum nonnullos, quum nomen ſolum EDRISIUS exhibet, allegaſſe ſufficiat. Scilicet: LEO p. 718. (Geza, effert). SCHULTENS Ind. geogr. v. *Sjiza* (cuius verba autem, quin addam, temperare mihi nequeo. „*Traiectum* proprie denotat. Eſt nempe Nilo iniuncta a latere „occiduo eiusdem, paullo infra Alkahiram et initium τῦ Delta „vbi eam collocatam quoque deprehendi in mappa Conſtantino„politana Nili curſum repraeſentante, quam mecum communi„cauit Ill. Fagelius. Conſonat deſcriptio Lexicogr. الجيزة بالكسر „بليدة غربي فسطاط قبالتها ولها كورة كبيرة واسعة من „افضل كور مصر i. e. *Sjiza*, Kesrata prima eſt oppidulum „ad occidentale latus Phuſtatae obiacens, quod magnam et per„amplam habet regionem ſ. praefecturam ex praeſtantiſſimis Ae„gypti regionibus.") GOLIUS ad ALFRAGAN p. 156. P. LUCAS

I, I,

Dar al Mikkias inſulae latitudo porrigitur inter vtramque Nili partem et quidem ab oriente in occidentem; longitudo autem e contra a meridie in ſeptentrionem. Superior illius extremitas, vbi eſt Mikkias (Menſura), *lata eſt; medium, latius eius capite; extremitas altera autem acuta.* Veritatem huius deſcriptionis inprimis defendit Niebuhr; eandemque conteſtantur Norden, Pococke, alii. Pergit autor Arabs: *Longitudo huius inſulae ab vna extremitate ad alteram ad 2 miliaria accedit; latitudo autem quantum iaculatus eſt ſagittae.* Haec ex fide ſcripſiſſe Noſtrum, autorum recentiorum teſtimonia euincunt *o*).

Dar

I. I, p. 55. (*Gizize* effert et pauſſo poſt *Guiſſe*). MAILLET p. 216. NORDEN p. 110. POCOCKE Tom. I. p. 75. (*Gize* pronuntiant). HASSELQUIST p. 000. (*Giſa*, vocat) *Giſar* effert BINOS p. 118. FOURMONT p. 95 ſq. qui refutat SICARDUM, *Giza* pro Memphi Veterum habentem. Vid. SICARD l. c. Tom. VI. p. 6. SAVARY Tom. I. p. 143. et p. 195. &c.

o) Cf. inprimis NIEBUHR, qui (Itin. Tom. I. pag. 124) ita tradit: Zwiſchen Masr el Atik und Dſjiſe liegt die Inſel Rodda. „Es ſcheint daſs ſie in den letzten 600 Jahren weder gröſser noch kleiner geworden iſt; denn wenn man ihre Gröſse und Figur noch jetzt beſchreiben ſoll, ſo kann man eben das ſagen, was man ſchón béy dem Scherif Eddris leſen kann. Zu der Zeit dieſes Schriftſtellers, als Masr el Atik im Flor war, waren hier viele Gärten und Landhäuſer, und wegen der vielen Geſchäfte, die die Leute der Hauptſtadt nach der andern Seite des Nils hatten, ſah man nicht nur zwiſchen Foſtat und Rodda, ſondern auch zwiſchen dieſer Inſel und Dſjiſe eine Schiffsbrücke. Aber nachdem Kahira die Hauptſtadt geworden iſt, ſo findet man nicht einmal eine Brücke von Foſtat nach der erwähnten Inſel &c. Haec NIEBUHRIUS. Comparationis cauſa tantum (alias enim teſtimonium NIEBUHRII ſufficeret) adſcribo et aliorum autorum de ambitu et figura huius inſulae, teſtimonia. NORDEN p. 109 eam his verbis deſcribit: In der Mitte dieſes Fluſſes, zwiſchen Alt Cairo und Gize, liegt die Inſel Rodda, welche beynahe ſo lang als Alt Cairo iſt, ſo lange nehmlich das Waſſer nicht über ihre Spitze gegen Norden zu hingehet. Zur Zeit der Ueberſchemmung aber verliert ſie den vierten Theil von ihrem Umfange. In ihrer Mitte mag ſie etwa 500 Schritte breit ſeyn. Ihr äuſſerſtes Ende gegen Norden geht ganz ſpitz zu; die Fronte des Mökkias aber nimmt die ganze Breite des ſüdlichen Theils ein. — POCOCKE Tom. I. p. 45. Gegen Norden iſt das kleine Dorf Roida, und die Inſel iſt eine Meile lang.

Dar al Mikkias itaque eſt in extremitate latiori inſulae et quidem in parte eius orientali et e regione Foſtat. *Dar* (i. e. Domus) *autem haec magna eſt, circumdata intrinſecus ab omni latere fornicibus p) per gyrum columnam ſuſtentantibus. In medio huius Dar* (Domus) *eſt Ciſterna q) ingens, profunda; ad quam deſcenditur vndique gradibus marmoreis r). In media autem Ciſterna eleuata eſt columna marmorea, cubitorum digitorumque interiectorum numero ſignata ac diſtincta.* Autoritatem ſuam Edriſio addunt, Itineratores, quibus columnam hanc inſpicere contigit, ad vnum omnes s). Edriſius pergit: *Super verticem columnae aedifi-*

p) Vocabulum, quo Edriſius vtitur, eſt ﺃﻗﻮﺍﺱ; Golii Lexicon, ſi recte vidi, hanc ſignificationem non profitetur; contextus autem eam tuetur.

q) Cum Sionita per Ciſternam verto vocem, quam ter offert Edriſius, ſcil. ﻓﺴﻘﻴﺔ, *Faskia*. Golius, ni fallor, hocce vocabulum ſilentio praetermiſit.

r) Conſentit inprimis Fourmont pag. 62 ſq. numerumque graduum quoque definit. Verba eius haec: Auſſerhalb des Brunnens gehet rings herum eine ſchöne Gallerie, welche auf acht Säulen von weiſſem Marmor, nach korinthiſchen Ordnung, ruhet, deren jede 8 Schuhe hoch iſt. Den Brunnen umgiebt ein Geländer, und man kommet durch eine Thür in das Innere des Brunnen, auf einer Treppe von 21 Stufen längſt der erſten Seiten. An der zweyten Fläche hin, befindet ſich ein ebener Platz, von da man 21 Stufen, bis auf den Boden des Brunnen hinabſteiget. Cf. Norden p. 110.

s) Vid. e. g. Fava l. c. p. 356. Alt Cairo gegen über, ait, bemerkte ich eine Inſel, worauf ſich das ſo genannte Niloſcopium befindet, welches aus einer *marmornen Säule* beſtehet, welche *abgetheilet und bezeichnet worden*, und woran man auf das Waſſer Acht giebt, wenn es anfängt zu ſteigen. — Vansleb nouv. Rel. p. 64 ſq. (verſ. germ. p. 164.) hocce Niloſcopium praeeuntibus Amer Ibn al Verdi et Makrizi deſcribit. Inter alia, quae habet lectu non indigna, ad confirmanda aſſerta Edrisii, huc pertinere videntur paucula haec: Cette Colomne eſt dans le *Palais* de l'Isle Roude . . . elle eſt ſelon le rapport de ces celebres autheurs Arabes, *de marbre blanc*, de figure octogone, poſée dans un reſervoir, dans lequel *l'eau du Nil entre par un large Canal* . Elle eſt *diviſée* de tous les coſtés en vingt-deux bras, depuis le haut juſqu' en bas. . . . On y coute l'accroiſſement du Nil de haut en

aedificium exſtructum eſt firmum, ſaxeum, coloratum, diſtinctum auro cyanoque variisque coloribus firmiter adhaerentibus. Columnam hanc vna cum aedificio eidem ſuperſtructo multi Itineratorum noſtrorum deſcripſerunt; vide autem delineationem eius, inprimis eam, quam dedit Norden, quippe quae caeteris palmam praeripuit, haec omnia melius explicaturam *t*). Pergit Noſter: *Aqua pertingit ad hanc Ciſternam per foſſam* (قناة) *latam, ductam ab ipſa ad vsque Nilum.* Concordant Leo et Fourmont *u*). *Verum non intrat aqua in*

en bas &c. Ante oculos habuerunt VANSLEBII excerptum, P. LUCAS III, 1. p. 322. FOURMONT p. 63 ſq. MAILLET p. 65 ſq. EDRISII dicta confirmant, et VANSLEBIO iam ſunt fuſiores, iam conciſiores. FOURMONT inprimis, qui de induſtria Tractum Cahirenſem deſcripſit, conſulendus videtur. Autoribus laudatis addere iuuat POCOCKE Tom. I. p. 45 ſq. NORDEN p. 109. (cuius verba apponere licet: Man bemerket vermittelſt einer *errichteten und nach Graden abgetheilten Säule*, hier alle Tage das Steigen und Fallen des Nilwaſſers. . . . Der Keſſel des Mikkias iſt in einem viereckigen Thurme, der mit einer Gallerie umgeben, mit einigen Fenſtern verſehen und in einem Schwibbogen, nach arabiſchem Geſchmacke und Einrichtung, zugewölbet iſt). BINOS p. 123. SAVARY Tom. I. p. 87 ſq. LEONIS verba, vid. paullo poſt, not. u.

t) Vid. e. g. delineationes MAILLETI ad p. 66. POCOCKII Tab. XII. FOURMONTI delineationem elegantem N. III. (et IV.); elegantiorem NORDENII, quae teſtante NIEBUHR caeteris facile palmam praeripit. De Niloſcopio autem ac delineatione laudata ita ſcribit NIEBUHR (Itin. T. I. p. 124). Auf der Inſel Rodda iſt nichts merkwürdiges als ihre ſüdliche Ecke, auf welcher man nicht nur eine ſtarke Mauer, um die Gewalt des Waſſers abzuhalten, ſiehet, ſondern es ſind hier auch einige alte Gebäude, beſonders eine Mosquée, und in derſelben der berühmte *Mikkias*, oder der Nilmeſſer. Schon verſchiedene Reiſende haben dieſes Gebäude abgezeichnet, aber keiner ſo gut als *Norden*. Nur ſcheinet die Abbildung ſchöner als das Original, wornach es gezeichnet worden iſt. Weil die Türken darauf nicht viel Geld wenden, ſo iſt es nach und nach ſehr zerfallen.

u) LEO pag. 697 ita refert: Alteram inſulae partem domus ab aliis ſeiuncta occupat, in cuius medio foſſa quadrangularis decem et octo cubitos profunda per aquae ductum ſubterraneum aquam ex Nilo porrigit. In foſſae meditullio columna totidem cubitis ſignata et diuiſa ſpectatur: cumque Nilus ad XVII. Junii exundare incipit, ſubito per aquae ductum aqua in foſſam effunditur, pleruṁque vno

in Ciſternam (الجابية) *niſi ad Nili incrementum, quod accidit menſe Auguſto* (اغشت). Hoc vltimum vocabulum forte per errorem adſcriptum eſt; de initio enim inundationis Nili, ſi cogites, cum ſpectes, ſermo eſſe debet; Auguſtus autem vltimus eſt menſium, quibus increſcunt Nili aquae *v*).

Creſcunt vero aquae Nili 16 cubitis; et tunc alluunt terram Imperatoris aequaliter; cum creſcit 18 cubitis, alluit totas ambas terras quae ibi ſunt. Ad verbum hunc

vno die duobus digitis, plerumque tribus, aut dimidio cubito excreſcens &c. Fourmont p. 66. Es iſt aber zu bemerken, daſs ſich Mittagwärts der Inſel Rhoda, ein mit dem Nilufer gleichlaufender *Schwibbogen* befindet, deſſen Breite einen Schuh ins Gevierte, die Länge aber 26½ Fuſs beträget, wodurch das Waſſer aus dem Strom in den Mikkias, mittelſt einer, im Brunnen gemachten Oeffnung, geleitet wird. Durch eine andere gegen Morgen angebrachte Oeffnung, die auf einen 12 Fuſs breiten, 4 Fuſs hohen und 81 Fuſs langen Bogen ſtöſst, der ſich bis an das öſtliche Ufer des Nils erſtrecket, mit dem es einerley Höhe hat, laufet das Waſſer wiederum hinaus &c. P. Lucas III, 1, p. 323 idem quidem habet; verum non eadem accuratione vſus eſt. Caeterum cf. not. praeced. s. excerptum ex Vanslebio.

v) Leo "ad XVII. Junii exundare incipit" vid. not. praeced. Fava l. c. p. 345. Gegen das Ende des Junius fängt er an zu wachſen, und fährt ſo 49 bis 50 Tage fort, und in eben ſo viel Tagen pflegt er wieder zu fallen. Vansleb nouv. Rel. p. 47 ſq. (verſ. germ. p. 164 ſq.) Le jour précis, qu'il commence à croiſtre eſt le 12 Juin des Coptes — le 17 du noſtre &c. et p. 54. Les Egyptiens croyent, que le Nil decroiſt auſſi un jour précis, ſçavoir le 17 de leur Septembre, vingt quatre du noſtre &c. Conſentiunt Itineratores, quos inſpeximus fere omnes. Sicard Tom. VII. p. 118. per tres menſes (inde a 22 Jun.) eum increſcere et per tres decreſcere (inde a 22 Sept.) innuit. Cf. Maillet p. 56 ſq. Pococke T. I. p. 297. Niebuhr p. 125. Es iſt bekannt, daſs dieſer Fluſs alle Jahre *etwa* in der Mitte des Junius anfängt zu ſteigen, daſs er etwa 40 bis 50 Tage fortfährt aufzuſchwellen, bis er ſeine gröſste Höhe erreicht hat, und dann nach und nach fällt, bis er im Anfang des Junius des folgenden Jahres wieder auf ſeine gröſste Tiefe gekommen iſt. Savary Tom. II. p. 135. &c. Tourtechot p. 325 caute ita ſcribit: Die Zeit, wenn der Nil anfängt zu wachſen, iſt nicht beſtimmt, obgleich viele Schriftſteller es uns haben verſichern wollen. Wenn der Nordwind am Ende des May oder im Anfange des Brachmonats zu wehen beginnt, ſo fängt von dieſer Zeit der Nil gleichfalls an zu wachſen &c.

hunc paragraphum expreſſi; iam ſi de ſenſu quaeras, haereo, quid ſcribam; vix enim mihi perſuadeo his ipſis voluiſſe Edriſium innuere Aegypti diuiſionem in regionem ſuperiorem et in regionem inferiorem; nec minus eum in animo habuiſſe regiones et oppida quae adpoſita diximus vtrique Nili ripae, orientali nimirum et occidentali. Pariter dubius haereo, num ex hoc loco colligi poſſit, tempore Edriſii Aegyptum fuiſſe in duas partes diremtam, quarum ex altera (ſi coniectari licet) ex Aegypto ſuperiori redirent terrae prouentus Sultano ſ. Imperatori, ex altera autem, ex inferiori forſitan, huius prouinciae ciuibus. Exigua ſaltem huius Terrae pars, quae hodie Sultano propria eſt, huic hypotheſi parum fauet. Quae omnia proinde, quum, vt mihi quidem videtur, coniecturae probabilitatem vix habeant: parum abeſt, quin credam, conuenire dictum Edriſii paullo obſcurius expreſſum, cum obſeruationibus recentiorum autorum *w)*, quarum ſummam comprendit exhibetque Meiners in ſuccincta, quam congeſſit, Nili hiſtoria *x)*.

w) Vid. e. g. Pococke l. c. p. 380. Damit man das auſserordentliche Steigen des Nils auf 50 Zoll erſt um die Zeit, da der Nil auf 16 Piken geſtiegen iſt, bekannt machet, ſo iſt zu ſchlieſsen, daſs vor der Zeit das wahre Steigen deſſelben geheim gehalten werde, und dieſes mag eine Liſt des Volkes ſeyn, damit es, wenn der Nil nicht auf 18 Piken ſteiget, keine Steuer entrichten dürfe. Steiget er nicht ſo hoch, ſo haben ſie nur ein mittelmäſsiges Jahr. . . . Vermuthlich haben ſie alsdann, wenn ſie den Nil für 16 Piken hoch erklären, Hofnung, daſs er noch auf 18 ſteigen werde. Wenn der Baſſa den Canal öffnet, bevor man ausgerufen hat, daſs der Nil 16 Piken hoch Stehe, ſo muſs er verſichert ſeyn, daſs er noch ſo hoch ſteigen werde. Wenn er aber ſogleich hernach wieder fällt, ſo bezahlet das Volk demohngeachtet den Tribut nicht &c. Niebuhr Itin. p. 126. . . . bis der Nil die geſetze Höhe erreicht hat, daſs der Canal, welcher durch Kahira gehet, geöffnet werden ſoll, ein Zeichen, daſs alsdann die Schatzung an den Sultan bezahlt werden müſſe, und daſs man keinen Miswachs zu befürchten habe &c.

x) Meiners verm. philoſ. Schriften p. 190. . . . Sobald der Nil die Höhe von 16 Cubitis erreicht hat; ſo wird davon eine Urkunde

Senſus itaque, ni fallor, hic: incrementum Nili, quum rite legitimeque eueniat, prouentus Sultano et prouentus Ciuibus deſtinati, aequaliter et ex legibus redeunt. Pergit autor noſter: '*Creſcit autem Nilus cubitis viginti; tum detrimentum infert. Ad minimum creſcit duodecim cubitis.* [illegible] *quotiescunque excedit cubitos decem et octo, damnum infert, arbores euellit et deſtruit; pariter cum minus creſcit quam cubitis duodecim, tali defectu ſecum affert annonae caritatem et parcam ſeminum, iniectionem.*' Caeterum, ne in definienda menſura forte erremus, caute addit autor noſter; *Cubitus autem* = 24 *digitis.* Haec fere Edriſius. In genere conſentientes ſibi habet autores, quos hunc in finem inſpeximus, fere omnes. Si forte ab inuicem ſecedant, menſurae diuerſitas in cauſa eſt *y*), id quod inprimis ex obſeruationibus Leonis Africani apparet, cuius verba *z*) comparationis

in Gegenwart des Paſcha verfertiget, und alle groſse und kleine Pächter des Groſsherrn ſind verbunden für das folgende Jahr zu bezahlen, und ein Drittel der Summen zu pränumeriren. Kommt hingegen der Nil nicht zu 16 Piken, ſo ſind alle Ländereyen-Pächter davon befreyet, die gewöhnlichen Pachtgelder zu entrichten. —

y) Vere igitur Shaw verſ. germ. p. 328 ita ſcribit: Allein die Elle ſelbſt, Pik oder πῆχος, wie ſie noch heut zu Tage genennt wird, iſt nicht immer einerley geweſen. . . . Und wirklich in Anſehung des Maaſses der Araber, (ſowohl als anderer Nationen,) haben wir wenig Nachrichten und Berechnungen auf die wir uns verlaſſen könnten. Thevenotus, quem idem l. c. excitat, cum Edrisio facit . . . er rechnet den Pik zu 24 Digitis. Diſſentit Kalkasendas eidem l. c. laudatus: Nach dem Kalkaſendas, wie ihn Doctor Bernhard anführet, iſt das *Drah el Soudah* (cubitus niger) d. i. der cubitus von 21 digitis, dasjenige Maaſs nachdem der Nil berechnet wird: obgleich in eben dieſes Verfaſſers Diſſertation über das Nileſcop der Cubitus zum Meſſen ausdrücklich zu 28 digitis angegeben wird &c. Plura idem l. c. habet, quae huc pertinent; noli ergo praeterire obſeruationes eius doctiſſimas. Diuerſitatem menſurae conteſtantur quoque Maillet l. c. p. 60. Pococke ed. angl. Vol. I. p. 256 ſq. verſ. germ. T. I. p. 375 ſq. Perry p. 282 - 286, alii.

z) Vid. Leo Afric. p. 698.

ſtionis cauſa iam adſcribo. Ita ſonant: "Nili porro „experimentum ita habet. Ad quintum decimum „columnae cubitum vbi peruenerit, annum colligunt „fertiliſſimum: ſi inter duodecimum et decimum „quintum conſtiterit, mediocrem indicant eius anni „prouentum: ſi inter decimum et duodecimum, fru„mentum portendit aureis decem diuenditum iri in „ſingula modia. Verum ſi flumen in decimum octa„vum euadere contingat, cladem ex inundatione „denunciat: ſi ſuperare, periculum eſt ne tota abſor„beatur Aegyptus." Haec Leo: autores alii, pro temporis ratione, quo ſcripſerunt, et pro ratione menſurae, qua vſi ſunt, aliter referunt ſtatuuntque, vti iam (not. praeced. y.) obſeruatum eſt *a*).

III.

a) Cf. inprimis POCOCKE verſ. germ. Tom. I. p. 369 – 374. Summam disquiſitionis doctiſſimae repetere liceat. Eſt autem haec;

	Ellen oder Piken nicht völlig	Ellen oder Piken völlig
1) Zu Myris Zeiten war der Nil gut, wenn er wuchs	9	8
2) Zu Herodotus Zeiten war der Nil gut	16	15
Mittelmäſsig	15	14
Schlecht ſcheint er geweſen zu ſeyn	14	13
3) Vor des Petronius Zeiten	—	17
Schlecht	—	11
4) Zu Petronius Zeiten	—	15
Mittelmäſsig	—	11
Dem Vermuthen nach ſchlecht	—	10
5) A. Heg. 700. Chr. 1324. ſchlecht	14	13
Mittelmäſsig	15	14
Gut	15	15
Sehr gut	17	16
6) Zu Omars Zeiten Heg. 29. Chr. 654. ſchlecht	12	11
Mittelmäſsig und auf ein Jahr hinlänglich	14	13
Gut vor zwey Jahr	16	15
Ueberſchwemmung	18	17
7) Jetzt; ſchlecht unter	—	16
Mittelmäſsig	—	18
Gut	—	21. 22. 23
Ueberſchwemmung über	—	18

III. *Kahira*, القاهرة Vulgo *Gros Cairo*. Vrbem hanc, hodie vt Aegypti totius primariam, ambitu ſpatioſiſſimam, hominibus frequentiſſimam, ab Itineratoribus, quorum vidi commentaria, omnibus, deſcriptam, obiter quaſi et in transcurſu memorat. Textus arabicus typis exſcriptus, eſt quidem non ad hunc locum, vbi tamen de ea ſermo eſſe debuerit; ſed infra, vbi Iter ab vrbe Mesr, vel Foſtat, ad vrbem Mecca (infra §. 26.) deſcribit: et hoc ipſum, niſi me omnia fallunt, in cauſa eſt, cur Edriſium Kahirae mentionem feciſſe negaret Niebuhr eandemque tum temporis non niſi Foſtatae ſuburbium fuiſſe inde coniiceret *b*). Sane, ſi Edriſium ipſum fuſius de ea non egiſſe conſtaret; parum abeſt, quin et ego mihi perſuaderem, metropolin hodienam tum temporis minimi adhuc momenti fuiſſe; locus ipſe autem (p. 107) a Sionita vncinis adeo incluſus, docens: *in Lacu quodam* (qui hodie Lacus peregrinatorum, Birket el Hadſchi audit) *perire amnem Kahirae*, Epitomatorem quum manifeſto arguat, non audeo quicquam definire. Vid. infra §. 26.

IV. *In vicinia Foſtatae* (p. 98. 99.) *ſunt ab auſtro oppidum Menf* منف, (Memphis) *et*

V. *A ſeptentrione vrbs nominata Ainſchemes*, عين شمس. *Sunt autem ambae vicorum* (vel oppidorum) *ſimiles*

Haec Pocockius. His facile addes quae ad tempora Edrisii, Leonis, Kalkasendae, aliorumque autorum, qui in hoc attenderunt, pertinent.

b) Niebuhr Itin. p. 107. Aber dieſe neue Stadt (Kahira ſcil.) ward vielleicht bis das Jahr 572 als Salaheddin hieſelbſt viele prächtige Mosquéen, Schulen und Hoſpitäler baute, und eine Mauer um ſelbige aufführte, noch immer als eine Vorſtadt von Foſtat angeſehen. Denn der Scherif Eddris, der ſein Buch doch nicht lange vorher geſchrieben hat, *gedenkt derſelben gar nicht*, ſondern bloſs der Stadt Foſtât, welche man damals Masr nannte.

ſimiles c) in vicinia montis Mokattam d) et ambabus vſus fuiſſe dicitur Pharao, cui Deus maledicat, ad animum relaxandum e). In Ainſchemes, vbi vergit ad Foſtatam, prouenit balſami arbor, ex qua elicitur balſamum vnguentum, quod nullibi terrarum, niſi hic naſcitur. De balſametis vid. ſupra §. 6. *f*).

Caeterum obſeruandum eſt oppidum *Menf* eſſe *Memphis* Veterum; de cuius ſitu (qui tamen, ni fallor, et ex Edriſio manifeſtûs eſt) lites ſuſceperunt eruditi vehementiſſimas *g*). *Ainſchemes* autem apud Veteres ſub nomine *Heliopolis* venit. Apud Hebraeos audit און (et autore Schultenſio בית ההרס pro חרס, item בית שמש); hodie diruta iacet *h*). Apud Lexicographum, quem Schultenſius *i*) ſaepius laudat, et

c) Sionita vertit: *Sunt autem ambae quaſi rura.* In libro eſt كالقرايتين.

d) Hoc falſum viſum nonnullis, quia Memphis fuerit in Nili ripa occidentali. Sed bene ſeſe habent verba Edrisii, vti iam ante me recte monuit Michaelis (ad Abulfedam not. 276. p. 127); nil enim de eadem ripa; ſed de vicinia modo dixit Edrisius. — Caeterum de monte Mokattam vid. infra Sect. III. P. II. §. 29.

e) Michaelis l. c. vertit: dicunturque ambae horti fuiſſe Pharaonis cui Deus maledicat.

f) Locis ſupra §. 6. excitatis adde obſeruationem Leonis pag. 696. quae ita ſeſe habet: Hinc ſeſqui plus minus milliario diſtat *Amaltbriae* ſolum (i. e. Matareae, pagi, prope ruinas vrbis Ainſchemes exſtructi) in quo vnicae arboris balſamum ferentis hortus (in vniuerſo ſiquidem orbe praeter hanc ſolam nulla alia eius arboris planta exiſtit) quae in medio laci fontis inſita, humilem truncum gerit, foliis vitem referens ſed breuioribus: quam protinus exarituram ferunt, ſi fontis aquam diminui contingeret &c. Vid. paullo poſt not. *i*.

g) Vid. inprimis Shaw verſ. germ. p. 257. Pococke Tom. I. p. 000. Savary Tom. I. p. 199. et Bruce Tom. I. p. 114 ſq.

h) Vid. infra §. 26.

i) Schultens Ind. geogr. v. *Misr.* Verba eius haec: عين شمس مدينة فرعون بمصر بينها وبين الفسطاط ثلاثة فراسخ i. e.

et apud Abulfedam *Ainſchemes* et *vrbs Pharaonis* vocatur; bene ergo (pro traditione Arabum ſcilicet) Edriſius addidit, quae paullo ante legimus. De vrbibus laudatis, Menf et *Ainſchemes* Abulfeda pluribus expoſuit *k*).

§. 9.

Deſcriptione vrbium Aegypti Inferioris primariarum ad finem perducta, rebusque in illis memoratu dignis enarratis, eo peruenimus, vt Terrae eiusdem partem reliquam, praeeunte Edriſio, delineemus. Ex nimia autem Epitomatoris feſtinatione, ni fallor, factum; vt vix habeam, praeter oppidorum nomina, quod poſſem referre; et haec ipſa nomina, an librarii vel operarum negligentia inſcitiaque euenerit? neſcio, ita ſunt deformata, corrupta, ac ſocorditer expreſſa, vt haud raro ad ea enucleanda diuinandaque Oedipi acumine opus foret. Itaque textum arabicum, mendis, vt diximus, ſcatentem, ſi contigerit, corrigere, ac perficere tandem, vt lectio aliquando verior reſtitueretur, non mihi (non enim ſum Oedipus) ſed Niebuhrio habenda eſt gratia, cuius de Geographia Aegypti inferioris non ſolum, ſed et de Edriſii Aegypto, praeclara merita, dudum iam agnouerunt iudices harum rerum periti. Et

i. e. *Ainſchemes, vrbs Pharaonis in Aegypto a Foſtat 3. paraſangis diſtat.* Et paucis interiectis, quae ad ABULFEDAE effata illuſtranda multum faciunt, habet: وبها يزرع البلسان يستخرج دهنه وبالصعيد قرية اخرى اسمها عين شمس *Et in ea conſeritur Balſamum, vnde opobalſamum educitur. In Said* (Aeg. ſuper.) *alius adhuc vicus Ainſchemes vocitatur.* Vicum *Ainſchemes* vocatum in Aegypto ſuperiori, equidem non noui. Itineratorum enim, qui tamen hancce Aegypti partem quam diligentiſſime deſcripſerunt, nullus eius mentionem facit. De ſitu eiusdem ergo pariter altum ſilentium.

k) De vrbe Memphi vid. ABULFEDA p. 28 et de vrbe AINSCHEMES p. 34. Noli praeterire notas MICHAELIS ad ll. cc.

Et frui fideliter iis, quae cum orbe literato communicauit autor laudatus, gratia eſto, quam ego perſoluo.

Reſtat, vt paucis de methodo, qua, vt mihi quidem videtur, optime omnia pertractantur, lectores moneam. Sequor omnio Edriſium, et ad eius ductum Aegypti inferioris delineationem inſtruo, ita tamen vt in ſectiones disiungam orationem, quam non ſine magno lectorum incommodo continuum habuit. Quoties ergo Edriſius iter nouum deſcribit adoriturue, toties ego nouam ſectionem vel nouum paragraphum auſpicari conor, hac potiſſimum ratione, vt eo facilius poſſit diiudicari autoris noſtri relatio; omnino autem vt methodo laudata confuſionem praecauerem et perturbationem. Num autem filum non niſi opportune et ſuo etiam tempore abruperim? penes harum rerum arbitros iudicium eſto.

§. 10.

Iter ab vrbe . . . ad . . . (p. 99. 100.)

Verſionis latinae pagina 99 deſcriptum venit iter primum; ſed textus arabicus, niſi me omnia fallunt, vel nimis conciſus, vel adeo corruptus; id quod etiam, ſi recte video, in cauſa fuit, vt Sionita (vid. paullo poſt) mentem Edriſii diſſimularet. Deſcriptionem nimirum Ainſchemes oppidi excipit *iter ab vrbe Meſr ad Monia Sudan; ad Hema, paruum et magnum; ad Fium; ad oppidum Iunes; ad Dahrût ad Kais et hinc, ope Nili . . .* tandem *ad vrbem Aſvan.* Ac bene ſeſe habent itinera haec. Iam geographiam turbat interpres Edriſii latinus, Sionita, ac mentem Autoris noſtri male interpretatur. Vertit enim: „Iter autem quod ab eadem (ſc. vrbe Cais; haec „enim praeceſſit) ducit ad vrbem Aſvan eſt *huiuſ-„cemodi* per Nilum. Deſcendet primo viator per

„Nilum

„Nilum vſque ad Monia, ſpatio 5 M. P. et ab hac ad „vrbem Cajed etc." *l*). Sed, me iudice, noluit agere Edriſius de Aegypto ſuperiori, de qua iam alio loco ſermonem habuit; hoc vero voluit, vt adderet obſeruationem, ab vrbe Meſr (Foſtat) ope Nili, iter inſtitui poſſe in Terram Aegypti ſuperioris. Viam ergo tantummodo indigitat, non vberius deſcribit. Vides praeterea ſimul, cur, omiſſis vrbibus oppidisque omnibus, poſt vrbem *Kis* ſtatim memoraret vrbem *Asvan* (Syene), iterque, ſi ita loqui licet, quaſi acceleraret.

Iam reuertitur et, quod ſibi omnino propoſuerat, Aegyptum inferiorem deſcribit; negligentia autem vel Epitomatoris feſtinatione nimia procul dubio factum, vt, quo hunc in finem alias vti ſolet Noſter, tranſitu, deſtitueremur. Forte inſcribendus eſt hic paragraphus tituloque muniendus hoc:

Iter

l) Verba Edrisii ipſa adſcribere iuuat: ومن خرج من مصر علي معظم النيل يريد الصعيد سار من الفسطاط الي منيه السودان وهي في الضفة الغربيه من النيل ومنها الي مصر نحو من خمسه عشر ميلا ومنها الي الحمي الصغير عشرون ميلا ثم الي الحمي الكبير في الجهة الشرقيه عشرة اميال ومنها الي الفيوم في الجهة الشرقيه عشرون ميلا ثم الي قريه يونس في الجهة الغربيه ميلان وهي منتحية عن النيل ومنها الي دهروط نصف يوم ودهروط في الجهة الغربيه من النيل ومنها الي مدينة القيس في الجهة الغربية نحو من عشرين ميلا والطريق منها الي مدينة اسوان علي النيل ومن اراد المسير اليها سار منحدرا مع النيل الي المنيه خمسة اميال ومنها الي مدينة القايد خمسة اميال et ſic porro. Ad voces ومن اراد et quae ſequuntur, nouus, ni fallor, incipit paragraphus; et poſt vocabula على النيل ſignum diſtinctionis ۞ ponendum.

Iter ab vrbe Meſr ad oppidum . . . vbi Nilus diuiditur in brachia. Itineris autem deſcriptio ipſa l. c. haec:

Si videbitur, deſcendet viator ad . . . eam . . . ope Nili, et obuiam habebit *primo*

Monia, المنية, *poſt interuallum quinque miliarium.* Deeſt forte *Moniae* nomen; et forſitan ex itinere Forskalii ſupplendum السراج *Sirag.* Bis enim apud Forskalium occurrit: منية السيرج, quod eſſert *Miniet eſſiri,* et *Miniet es eſiri m).* *Hinc ad*

Kajed, القايد, *vrbem, interuallum quinque miliarium.* Non noui hanc vrbem; ſepulturae locum, ſitum in ea Foſtatae parte, quae Aſiam ſpectat, ac *Kaid Bey* vocatur, in animo non habuit Edriſius. *Et hinc ad*

Schobra, شبرة, *intercapedo quinque item miliarium.* Sionita eſſert *Sciabra.* Conuenit forte Niebuhrii شبرة الماكسة Schubra el makâſe, vicus ad litus orientale adpoſitus *n).* Apud Forskalium bis occurrit hicce vicus. Pag. 91 nimirum vbi eſſert *Schubbra el moekaſoe* et pag. 94 vbi pronuntiat *Schúbrat el makâſe.* Interpres eius bis exprimit شبرة الماكسة *o).* *Et hinc ad*

Tanſus, تنسوس, *quinque miliaria.* Oppidum hocce nemo nouit. Coniicit Niebuhr *p)* *Bſûs* (بسوس) vicum, ad litus orientale Nili obiacentem, conuenire cum *Tanſus* Edriſii. Situs omnino et contextus comparationem hancce facile admittunt. Lectio ergo, vti ſaepiſſime, adfecta. Forskal eſſert *Baſus;* interpres

m) Forskal apud Niebuhr Itin. p. 91 et 94.

n) Niebuhr Itin. p. 74 et 84.

o) Forskal apud Niebuhr Itin. p. 91 et 94.

p) Niebuhr Itin. p. 74 et 83.

pres autem idem, qui Bſûs Niebuhrii per بسوس expreſſit, h. l. باسوس pronuntiat *q*). Interpretis laudati orthographiam ſibi non conſtare, Niebuhrius ipſe obſeruauit *r*). *Hinc ad*

Harkania, الحرقانية, *oppidum*, *miliaria quinque*. Niebuhr, quo autore oppidum hoc ſitum ad brachium Nili Damiatici (vti loquuntur), et quidem ad eius orientem, ſcriptum exhibet خرقانيه *Charakanîe*. Forskal effert *Charaquanioe s*). Mappa P. Lucas habet *Kharakanie*. Savarii, *Characanie*. *Hinc ad*

Sarut, سرت, *oppidum*, *quinque miliaria*. Non noui oppidum hoc; apud autores enim, quos inſpexi, eius nulla fit mentio. Nec inter Schalakân et Charakanîe vllum aliud vel oppidum vel pagum exhibet iter Niebuhrii quod comparari poſſit cum *Sarut* Edriſii. Exulat quoque ex mappa P. Lucas. Situs autem ex Edriſio manifeſtus. *Et hinc ad*

Schalſân, شلسان, *quinque miliaria*. *Schalſân oppidum eſt magnum, populo frequens*, ſitum, autore Niebuhrio *t*) ad litus orientale brachii Nili Damiatici. Schalſân Edriſii nimirum eſt procul dubio شلاقان *Schalakân* Niebuhrii, qui ipſe, iam ante me, oppida haec inuicem comparauit *u*). Facile omnino fieri potuit,

q) Forskal apud Niebuhr l. c. p. 91.

r) Verba Niebuhrii l. c. p. 91 haec: Eben derſelbe arabiſche Schreiber, welcher meine Liſte nach der Ausſprache der Schiffer geſchrieben hat, hat auch Forskals Liſte nach der Ausſprache ſeines Eſeltreibers in unſerer Gegenwart &c. geſchrieben. Wenn alſo ein arabiſcher Schreiber eben dieſelben Namen nach der Ausſprache verſchiedener ſeiner Landsleute verſchiedentlich geſchrieben hat, ſo wird der wahre Gelehrte mir es nicht übel nehmen, er wird mir es vielmehr Dank wiſſen, daſs ich die Namen nicht ſelbſt mit arabiſchen Buchſtaben habe ſchreiben wollen. —

s) Niebuhr Itin. p. 83. Forskal apud eundem l. c. p. 91.

t) Niebuhr Itin. p. 83.

u) Niebuhr l. c. p. 74.

potuit, vt characteres *Kaf* et *Fe*, ſolis punctis diacriticis ab inuicem diſtincti, inter ſe commutarentur. Et quod ad lectionem alteram attinet, vbi ſcilicet *Elif* poſt *Lam* deprehenditur, variantem quidem dixeris, at nullius fere momenti; imo ſi forte credas Elif inepte inſertam, non Niebuhrio tribuendum erit, ſed Arabi qui catalogum eius characteribus arabicis diſtinxit. Vid. paullo ante not. r. Pro Edriſii شلفان *Schalfan* forte reſcribendum شلقان *Schalkan*. Mappa P. Lucas quoque offert *Chalacan*, ſigno vrbis ornatum. *Et hinc ad*

Raſina, oppidum, 15 miliarium intercapedo. Hoc loco ſcriptum eſt رفينة *Raſina*; at infra (§. 12) زفينة. Nemo, quantum equidem ſcio, nouit vel *Raſina*, vel *Zaſina*; at Niebuhr *v*) in vicinia Schalakan opportune habet locum *Suſeti*, زفيتي, quem ipſe non male cum Raſina Edriſii contulit *w*). Et Forskalii iter eundem exhibet locum *x*), ſed ſcriptum سفيتة; idem tamen hoc eſſe nomen, nemo dubitat; ſed Interpretis incuria diuerſe exaratum. Ex his lucide apparet, nomen Edriſii miſere corruptum punctis, quae tamen, characteribus iisdem, facile reſtituantur; reſcribendum ergo زفيتة. Mappa P. Lucas *Zifeta* exhibet; mappa Savarii *Zaifeti*; at in textu habet idem Zoufeti *y*). Caeterum iisdem autoribus in litore orientali brachii Nili Damiatici ſitum eſt oppidum hoc. Probe; vid. infra §. 12.

Edriſius pergit: *Hoc ipſum oppidum ſitum eſt in extremitate* (ſummitate) *inſulae, vbi Nilus in Canales diuiditur* (vid. ſupra §. 4. p. 332) *eſtque vicinum*

Schantu

v) Niebuhr Itin. p. 83.

w) Niebuhr Itin. p. 74.

x) Forskal apud Niebuhr l. c. p. 91.

y) Savary Tom. I. p. 215. . . . vor dem kleinen Dorfe *Zoufeti* . . . gieng in einem nicht weit davon liegenden Gehölze ſpatzieren.

Schantuf (vel, vti Sionita eſſert, *Sciantuf*), شنطوف, *vrbi, ſitae in ſummitate* (vel, ad initium) *Canalis ad Tennis et Damiat pergentis.* Vid. paullo poſt. Ad ea, quae iam ſequuntur, cf. ſupra §. 4. et infra §. 12. Pergit nimirum Edriſius:

Supra Schantuf diuiditur Nilus in duos ramos, quae deorſum tendentes geminis oſtiis in mare ſeſe exonerant (ينزلان الي اسفل ويتصلان بالبحر). Initium τȣ̃ Delta hic deſcribi fere crediderim; ſed affirmare nihil auſim, de ſitu enim vrbis *Schantuf*, cuius apud autores recentiores — quod valde dolendum — nulla fit mentio, adhuc incertus ſum. Videtur nimirum eſſe vrbem aliquo interuallo a Nili ripis, diſſitam, ſ. mediterraneam. Infra §. 12. denuo occurrit vicus Schantuf et ibi legimus: *eſſe eum litori occidentali, adpoſitum ac diſtare a Schenuan* 21 *miliaribus*. Sed ſitus Schenuan pariter incertus. Mediterraneum eum eſſe forte euincitur ex §. 18. vbi occurrit Santuf (cum س pro ش) *inter loca mediterranea* et ex §. 19. vbi haec: *inter Darave et Schantuf intercapedo* 20 *miliarium; et hinc iter inſtitui poteſt ad oppidum Om Dinar.* Caeterum l. c. obſeruatur *inter Schantuf et Tarnut* (Terrane) *eſſe interuallum* 10 *miliarium.* Situs ergo quodam modo definitus! *Ab vnoquoque duorum riuorum commemoratorum deriuantur duo alia brachia, in mare item influentia. Iam e duobus brachiis maioribus, quae initium habent prope Schantuf, vna orientem verſus prouoluitur vsque ad Tennis* تنيس.

Et ab hoc ipſo brachio deriuantur tres Canales

a) *quorum primus egreditur apud Antuhi* (vid. §. ſq.) *et quidem ad partem eius occidentalem pergitque ad Nikius* نيقيوس *ac demum redit ad alueum ſuum principaliorem iuxta Damaſis.* (De oppido Damaſis vid. infra §. 13. prope fin.)

b) *Infra*

b) *Infra Canalem primum egreditur Canalis ſecundus, excurſitque in occidentem et pergit vsque ad Damiat.* Eſt hic Canalis, vt videtur, qui hodie vocatur Nilus Damiaticus; vid. infra §. 17. v. *Damiat* in fin.

c) *Tertius denique Canalis incipit non longe a Schantuf fluere ad occidentem, vsque ad vicinia Tenes.* Sionita habet: *tranſitque prope Tennis.* Vrbs Tennis ab Edriſio ſemper vocatur تنيس; h. l. autem exaratum eſt تنس. Num *Tanis?* Pro تنس enim reſcribere تنيس, vix audeo, quoniam Canalis primus ad Tennis vsque excurrit; de vrbe vel oppido تنس nil habeo quod poſſem in medium proferre. In deſcriptione horum Canalium omnino haereo haeſitoque. Vid. ſupra p. 333.

Seperatur autem et ab hoc aliud brachium, tendens in occidentem et deflectitur ad oppidum مليج. Sionita vertit *Malig;* vid. ſupra §. 7. et p. 333.

Tum deſcendit; excurrit autem ex ipſo brachium attingens Alexandriam; vocaturque hoc brachium Canalis Schabur شابور. Vid. ſupra §. 7. vbi plura de Canali *Schabur.*

Tandem mentionem facit Edriſius h. l. Canalis cuiusdam e Nili brachio principaliori intra Mabdavin et Samunes et infra Fua ac ſupra Raſchid effluentis; de quo autem iam diximus ſupra §. 5. et denuo dicemus infra §. 21.

§. 11.

Iter ab vrbe Mesr ad Tennis. (p. 100.)

Inſcriptio haec ad verba quidem vix autem ad mentem Edriſii expreſſa; ex deſcriptiuncula enim itineris huius apparet, veriorem eſſe titulum: *Iter*

a Tennis ad vrbem Mesr. Fere coniecerim verbis transpoſitis legendum eſſe النزول من تنيس الى مصر.

Via huius itineris nimis compendioſe deſcripta, de conſilio Edriſii hac ratione inſtituenda; ait enim: *Qui deſcendere vult a Mesr ad Tennis (vrbes, quae diſtant ab inuicem interuallo nouem dierum,) conficiet iter a*

Tennis, تنيس, (vid. §§. 10. 16); *ad*

Damiat, دمياط, (vid. infra §. 17) *curſus diei interuallum.* Iter hoc conficitur procul dubio naui; menſurae genus enim quo vtitur Noſter, eſt مجري.
A Damiat perget *ad*

Raſchid, رشيد, *interuallo duorum dierum;* itinere terreſtri, vt videtur; menſura enim notata eſt voce يومان non مجريان. De vrbe hac vid. infra §. 21.
A Raſchid perget *ad*

Alexandriam, الاسكندرية, *curſus diei interuallo.* Vtitur Edriſius vocabulo مجري; ergo naui vectus iter diei conſumet z). *Ab Alexandria ad*

Mesr, مصر, *ſex dierum iter;* terreſtre, vt opinor; eſt enim in libro ستة ايام. De vrbe Mesr vid. ſupra §. 8. et de itinere hoc, infra §. 19.

§. 12.

Itinera aliquot. (p. 100. verſ. lat.)

Ab vrbe Mesr ad

Zafina, زفينة; ſupra, §. 10. adfuit exaratum *Rafina.* Lectio omnino adfecta; h. l. conſonans quarta punctis

z) Num autem innuerit Edrisius iter noſtris quoque viatoribus conſuetum, vel aliud, quid fit ope Canalis (de quo ſupra §. 3. et paullo ante §. 10. in fin.) equidem non habeo dicere.

punctis diacriticis deſtituta; quare medela, qua locus noſter affectus emendatur, quamque adfert Niebuhr (ſupra l. c.) grata mente accipienda ac ſine mora adhibenda. *Cuius loci e regione eſt*

Schantuf, شنطوف, *ad litus ſcilicet occidentale*; (vid. ſupra §. 10. verſus finem) *et a Schantuf ad*

Schenuan, شنوان, *habemus* 25 *miliaria*. Cahira Alexandriam iter faciens Forskal *a*) obuiam quidem habuit locum, ab eius interprete شناوان, a Forskalio ipſo *Sjenauâni*, exaratum; vix tamen conuenire videtur; quaerendus enim, ni fallor, in vicinia Nili Damiatici Edriſii Schenuan. *Hinc ad*

Schamiin, الشاميين, *oppidum*, *internallum* 10 *miliarium. Situm eſt hoc oppidum ad litus orientale.* Sionita Alſciamiin reddit et oppidum Damaſcenorum interpretatur.

Tant, طنت, *eſt e regione Schamiin, adiacet litori occidentali.* Et apud Niebuhr *b*) occurrit Tant, ab eius interprete طنط expreſſum, caſtellum exiguum ſitum in inſula ad litus occidentale Nili Damiatici, Autore Savary a Canali cinctum *c*); a *Tinta*, Tottii *d*), vt videtur diuerſum. Vid. infra §. 14. v. *Tantana.* Pergit Edriſius: *A Tant ad*

Schenuan (num oppidum, quod paullo ante adfuit?); *et hinc deſcendendo ad*

 Kaſchira

a) Forskal apud Niebuhr l. c. p. 91.

b) Niebuhr l. c. p. 83.

c) Savary Tom. I. p. 217. Bald darauf (antea de Cafr Faraounié &c. ſermo fuit) ſahen wir die kleine Feſtung *Tant*, die von einem kleinen Canale umgeben iſt.

d) Tott T. IV. p. 61. *Tinta*; ville ſituée dans le centre du Delta &c. *Tinta* haec eſt vrbs, quam Savary l. c. p. 218 deſcribit.

Kaſchira al Abrag قشيرة الابراج *forte 12 miliaria.* Incertus ſum de hoc loco. Exhibet quidem mappa P. Lucas locum *Cheubracheebie;* vix tamen conuenit, nimis enim vicinus eſt oppido *Ziſeta*, canali ſolum, inter ambo oppida defluenti, diremtus. Alius ibi conſpicitur locus ad litus Nili Damiatici occidentale adpoſitus, nomine *Sakita bouchara;* nec autem de hoc loco certi quid habeo; omnino neſcio, an non potius ad Canalem ſitus ſit locus Kaſchira al Abrag, cum Nilo Roſetico communicationem habentem, ita vt comparare liceat براج حمام *Brágh Hamam* oppidum apud Forskalium obuium *e*); quod tamen nimis longe a Schenuan diſtare dixeris. Edriſius pergit: *E regione eius eſt*

Schanucha, شنوخة, *oppidum; et hinc deſcendendo ad*

Sálehia, الصالحية, *circiter miliaria decem.* Iisdem literis arabicis exaratum inuenies nomen pagi huius, ſiti ad litus orientale Nili Damiatici, apud Niebuhr, qui ipſe *Salheie* effert *f*). *Infra Salehia eſt*

Monia al Ataf منية العطف, *et quidem in occidente; oppidum eſt multis bonis abundans g*). Sionita effert *Moniat Alaatſi;* mappa P. Lucas habet pagum *Elatf;* et Niebuhr *h*) *Kafr el ätf* كفر العطف ad litus Nili Damiatici item occidentale. Tempore Edriſii forſitan locus celebrior fuit; vtitur enim voce *Monia* منية (de qua ſtatim dicemus) *vrbem* ſonante, *Kafr,* pagum notat, (vid. infra ad fin. huius §. Schamirak). *Et hinc, ad*

Siuna,

e) FORSKAL apud NIEBUHR l. c. p. 92.

f) NIEBUHR l. c. p. 83.

g) SIONITA reddit: quae conſtat pluribus pagis opulentis.

h) NIEBUHR l. c. p. 83. Alius pagus العطف *El ätf* in via a Roſetta ad Kahiram, pariter ab occidente Nili, obuius; vid. NIEBUHR l. c. p. 85.

Siuna, سيونه, *decem miliaria*. Ad marginem obſeruauit Sionita: Atlas et Afr. Siene. Non intelligo; de vrbe Syene vel Asvan nullo modo cogitari poteſt. *Hinc deſcendes ad*

Gedua, جدوه, *vrbem et habebis* 15 *miliaria*. Bis occurrit اجديه (ex pronuntiatione Niebuhr, *Dſjedie*) in via a Roſetta ad Kahiram; ſed huc neuter pertinere videtur, licet et in horum vicinia ſitus ſit pagus *El ätf* (vid. not. praeced.); potius comparandus locus, qui literis paullulum transmutatis poſt *Kafr el ätf* apud Niebuhr *i*) occurrit, دجوه, *Dagua*, vel, ex pronuntiatione Niebuhr *Dighue*. Ex characterum ſimilitudine et inprimis ex confinio facile conuenire dixeris. Teſte Niebuhr Agoüé Sicardi *k*) idem locus, ſitus in litore orientali Niſi Damiatici. Savary *Dagoué* pronuntiat *l*). Mappa P. Lucas offert: *Digbe village du Chek Abibi m*).

A Gedua, pergit Edriſius, *ad*

** 20 *miliaria*. Pagi vel oppidi nomen omiſſum, et lacuna in Impreſſo. Inſerendum forte انتوهى, *Antuhi*, vrbis, vti paullo poſt audiemus, e regione eius ſitae, nomen ſaepius adhuc recurrens. *Et e regione eius ad*

 Monia

i) Niebuhr l.c. p. 85. et دجوه l.c. p. 82 et 73.

k) Sicard l.c. T. II. p. 91. Agaoüé, petit Bourg, à une journée du Caire, ſur la rive droit du bras du Nil, qui deſcend a Damiette.

l) Savary Tom. I. p. 215. : . . Unſere Schiffer fürchteten ſich, die Nacht vor dem Flecken *Dagoué*, einem alten Raubneſte, zuzubringen.

m) Vt intelligas verba "*village du Chek Abibi*" tenendum, tempore Sicardi (l. c.) hunc vicum incoluiſſe quendam nomine Abib vel *Habib*, qui, quoniam et mari (Nilo) et terra depraedaretur itineratores, nomen ſibi conſciuerat famoſiſſimum. Vid. Savary l. c. qui ex Sicardo haec repetiit. Hinc vere addit Niebuhr l. c. Hier muſsten die Vorbeyreiſenden vor einigen Jahren Zoll bezahlen, oder ſie wurden geplündert.

Monia al Atar, منية العطار, 20 *miliaria*. *Miet al Attâr* effert Niebuhr; interpres eius exarauit ميت العطار *n*). Sonum quin bene exceperit Niebuhr, nullus quidem dubito; tamen, quoties occurrit ميت ſcriptum erroneum eſſe, ſuſpicor, ac corrigendum in منية. Sermonem inquam vulgarem efferre *Miet* pro *Monia*, *Meniat* vel Moniat, equidem perſuaſus ſum; ex exemplum huius rei, ni fallor, illuſtre, ex Brucio poſſum proferre. Paucis ille *o*) abhinc horis ab vrbe Kahira, memorat *Metrahenni*; *Met* h. l. ſine dubio arabice per منية exprimi debet. De nomine haec notauit Niebuhr *p*). "*Monia*, *Miniet* „et *Miet ſcribendo diſtinxi*, quod nautarum appellatio „iam haec iam illa eſſet; ſed ſignificatio eadem. „*Minietae*, quas ad Nili ripas vidi, vici erant ſatis „magni, aliquae tamen minores. Qui كفر vocaban„tur vici, multo minores erant, dicebanturque Mos„queam non habere." Ad Edriſium reuertor. *E regione eius eſt*

Antuhi, انتوهي, *vrbs*, *ſita in litore occidentali*. Bene; vid. not. praeced. k. Paullo ante aderat اتنوهي *Atnuhi*, ſed, ſi recte video, mendoſum; saepius enim occurrit et ſemper eſt *Antuhi*. Suſpicatur Niebuhr ſub hoc nomine latere ابو الطواقي *Abu tauâki*, vicus ſitum eundem obtinens *q*). Mappa P. Lucas *Kafr Aboutevaki* offert; certe Edriſii tempore vrbs fuit; vtitur enim autor noſter vocabulo مدينة.

Schamirak

n) Niebuhr l. c. pag. 82. Ad ripam Nili orientalem adpoſitus eſt vicus *Miet al Attâr*.

o) Brucius Tom. I.

p) Vid. Michaelis ad Abulfedam not. 231. pag. 108. cf. Tychsen ad Brucium (verſ. germ. Tom. IV. ad l. c.) et Reiske ad Abulfedae Annales Moslem. ex edit. Adleri Tom. I.

q) Niebuhr Itin. p. 73 et 82.

Schamirak vel, vti pronuntiat Sionita, *Samairec* شميرق, *A Monia al Ataf, ſuperius memorata* (vid. paullo ânte pag. 390) *ad oppidum Schamirak, ſitum ad litus occidentale, iter decem miliarium.* Nemo nouit oppidum hoc. Coniicit quidem Niebuhr Edriſii شميرق eſſe امشيرف *Imſcherif*; ſitus ſane fere idem *r*) et conſonantium permutatio parum difficultatis habet; conieci et ipſe ego, *Micheri*, vicum, quem mappa P. Lucas offert, conferendum eſſe cum Schamirak Edriſii; ſitui tamen melius conſultum video, ſi eiusdem *Siravi*, pagus, e regione *Digbe* ſitus, conferatur. Pergit enim Edriſius: *Ab oppido Schamirak, ſito e regione Gedda, (paullo tamen inferius,) ad oppidum Antuhi, ſuperius memoratum, iter decem fere miliarium.*

Ad ea, quae nunc ſequuntur, cf. ſupra §. 3: vbi de Canalibus ſermo nobis fuit. *Infra Antuhi diuiditur brachium Nili in duas partes, quarum altera tendit in plagam occidentalem, in orientalem altera;* conſtituunt inſulam; coniunguntur deinde ambae prope *Schobra* شبره (vid. infra §. 14. in fin.) *et Damaſis* دمسيس (vid. infra §. 13. in fin.). Inſulae, quam in animo habet Edriſius, ſitum definire non audeo. Teſte Niebuhrio reperitur inſula haud procul ab *Abutauaki* (i e. *Antuhi;* vid. paullo ante) *s*); idem de alia loquitur inſula vbi *Miet demſis* memorat *t*). Sed inter *Abutauaki* et Miet Demſis plurium idem inſularum mentionem facit *u*). Pergit Edriſius: *Tum non*

r) Niebuhr itin. II. cc.

s) Niebuhr Itin. p. 82. ابو الطواقي *Abutavâki.* Dabey eine Inſel.

t) Niebuhr Itin. p. 80. ميت دمسيس *Miet Demſis.* Dabey iſt eine Inſel.

u) Colligo numerum earum. Pag. 80. كفر نعمان, *Kafr Namân.* Dabey eine Inſel. حانوت *Hanût.* Dabey eine Inſel. صندابسط *Senda-*

non longe procedentes denuo diuiduntur in duos ramos, quorum orientalis fluit ad Tennis (vid. infra §. 15); alter autem, *nempe occidentalis, ad Damiat.* Iam reuertitur ad Canales, quos prope Antuhi exire e Nilo, monuit Edriſius; ac deſcribit iter, quod fit eorum ope; vid. §§ ſeqq.

§. 13.

Brachium orientale Nili infra Antuhi diuiſi; et quidem ope eius *Iter ab Antuhi ad Damaſis.* (p. 101.)

Verba Edriſii, iter hoc deſcribentis, haec: *Iam reuertamur ad Antuhi, vbi Nilus diuiditur in brachia. Volenti iter facere et hunc in finem ſecare brachium orientale, deſcendendum ab*

Antuhi (ſupra §. 12. p. 392) *ad*

Monia al Atar منية العطار (ſupra §. 12. p. 392) *oppida* (ſcil. Antuhi et Monia al Atar) *ſibi inuicem oppoſita; indeque ad*

Monia al Aſal, منية العسل, *cui opponitur ex parte occidentali Monia eius maior a Banna cognominata.* Ita Edriſius, cuius verba haec: ويقابلها في الضفة الغربية منيتها الكبري المنسوبة الي بنه. In catalogo Niebuhrii, ſaepius iam laudato, occurrit *Benha aſſel;* بنها العسل ab eius Interprete exaratum, quem vicum idem Niebuhr pro Monia al Aſal Edriſii habet *v*). Situm eſt Benha aſſel ad litus orientale; pariter Edriſii Monia al Aſal. Quae quidem omnia clara perſpi-

Sendabaſt. Dabey eine Inſel. كفر الجهنمي *Kafr Dſjehannmme.* D. e. Inſel. Pag. 81. تفهني *Taſabna.* Dabey eine Inſel. كفر شبكل *Kafr Schbukle:* Dabey eine Inſel. بشبيول *Iſchbûl.* Dabey eine Inſel. Sunt ergo ſeptem.

v) Niebuhr l. c. p. 74 et 82.

perſpicuaque; nec tamen ſenſum verborum Edriſii omnino capio. Sionita *Monia* per *ſuburbium* et *Bunna* per *ſuaueolentiam* explicat; ſenſus ergo ſuburbium eius maius a ſuaueolentia cognominatum. - Num vero haec ſit mens Edriſii? ſubdubito. Coniecerim fere (permotus inprimis vocabulis: cui opponitur ex parte *Occidentali*) *Batta* Niebuhrii (l. c.) conferendum eſſe cum *Banna* Edriſii; hoc enim oppidum ipſum ad latus occidentale ſitum. Exaratum quidem eſt بطه et permutatio literarum ط et ذ, quantum equidem ſcio, in MSſ. rarior; ſaepius vero accidit, vt literae ذ et ة inter ſe confundantur. Quid ergo, ſi Niebuhrii interpres, qui vrbium ac oppidorum nomina characteribus arabicis diſtinxit loco بنته ſcripſerit بنها? tum ſane diſcrimen inter بنه et بنة leuius explicatuque facilius. — Interea a veritate non abhorret, ſi forte contenderem, vrbem hanc Edriſii tempeſtate fuiſſe celebriorem et occupaſſe littus occidentale et orientale; temporis autem progreſſu eam decreuiſſe (vt fieri ſolet in Aegypto, praeſertim ex eo tempore quo Turcae in ſuam poteſtatem redigebant Prouinciam hanc) et ſola ripa orientali contenta, in memoriam prioris temporis, veteriſque ſplendoris nomen *Benha Aſſel* recepiſſe. — Mappa P. Lucas in litore orientali offert Bata, addito *vrbis* ſigno; Benha Aſſel autem obticet. Sed ad rem reuertamur. Pergit Edriſius: *Et hinc ad*

Anzit, انزيت, *oppidum, ſitum ad litus Nili orientale.* Non noui oppidum huius nominis. Puncta diacritica absque dubio male ſuper impoſita et, monente Niebuhrio *w*), cum *'Anzit* conferendus locus, quem vocat *Trieb* vel *Atrib* Sane, characteres conſonantium, demtis punctis diacriticis, iidem; et pronun-

w) Vid. NIEBUHR p. 74. 82. et 91. eiusdemque oppidi huius vberiorem deſcriptionem vid. p. 98.

pronuntiatio arabica Interpretis Niebuhrii, اتريب puta, omnino perſuadet nobis, اتريب reſcribere; ſitus denique idem, quem et Savary conteſtatur *x*). Ex mappa P. Lucas et hoc oppidum exulat. *Et hinc ad*

Hangar, حنجر, *oppidum.* Ex coniectura Niebuhrii *y*) conuenit *Gängara*, oppidum, cuius nomen arabicum Interpres eius كنكرة expreſſit. Situs perfecte quadrat (vid. paullo poſt); at pronuntiatio adverſatur; quae tamen fortaſſis ipſa adfecta, veriorque جنجرة. Gängara Niebuhrii Mari orientali adiacet; opportune ergo pergit Edriſius noſter:

Monia al huki الحوقى منية *eſt e regione eius* (ſc. حنجرة) *et quidem ad ripam fluminis occidentalem.* Vera adnotauit Edriſius; verum vel culpa Librarii vel negligentia Epitomatoris vel operarum errore forte factum, vt nomen loci huius corrumperetur; catalogus Niebuhrii enim e regione Gängara, et quidem ad occidentem Nili exhibet *Miet el huſein*, ab interprete eius مبت الحسينى exaratum. Forskal eundem locum vocat *Met el hoſîn*, et interpres laudatus h. l. effert منية الحوينى; vacillat, vt ſaepius, interpres ille Arabs; et quae ſit lectio verior, definire non audeo *z*). Mappa P. Lucas exhibet *Mit houſſun.* Pergit Edriſius: *Hinc ad*

Manbat a) *oppidum ſitum ad Orientem Nili.* Coniicit Niebuhr *b*) Edriſii Manbat conuenire cum *Senith* سنبت

x) Savary Tom. I. p. 219. *Athribis* Veterum ſub hodierno Atrîb latere, in aprico eſt. Vid. Savary l. c. Cellarius in N. O. A. Tom. II. p. 782. Aliam eiusdem nominis vrbem idem recenſet p. 798 (!)

y) Niebuhr ll. cc.

z) Niebuhr l. c. p. 81 et 74. Forskal apud eundem p. 94.

a) *Manbat* reddit Sionita, quem ſequor; textus arabicus autem adfectus; eſt quidem منبت, ſed conſonans ſecunda caret punctis diacriticis, et punctum ex coniectura ſuperadditum.

b) Niebuhr ll. cc.

سنبت oppido litori fluminis orientali adpoſito. Situs quidem perfecte quadrat et lectionis diuerſitas pro textus noſtri ratione et indole, leuis; nihilominus tamen diſſuadere videntur comparationem hanc verba Edriſii quae iam ſequuntur: *E regione eius eſt*

Vazura c) ex parte fluminis occidentali. Scilicet Niebuhr locum memorat, quem vocat *Warura* (quemque interpres eius وارورة expreſſit) et cum Vazura Edriſii confert. Mappa P. Lucas exhibet *Ouarvara.* Iam ſitus, ad occidentem Nili, idem; diſtantia vero ab oppido *Senith,* nimia; teſte enim Edriſio, vt paullo ante legimus; e regione Manbat ſitum eſt Vazura. Aegre, non diffeteor, a coniectura Niebuhrii diſcedo, cui ſitus oppidi laudati, cui et conſonantium arabicarum characteres fauent; praeſertim quum melius, quod ſubſtituam, non habeam. Fere coniecerim Edriſii Manbat eſſe كفر مويس *Kafr Mues* Niebuhrii; coniecturam autem meam fulcire nequeo *d*). Pergit Noſter: *Et hinc ad*

Hamaria الحمارية*, oppidum; e cuius regione et quidem ab occidente fluminis eſt*

Monia al harun منية الهرون. Hamaria oppidum non noui; at Monia al harun forte conuenit cum *Miet el Harûn* Niebuhrii, quod Interpres eius ميت الهرون expreſſit. Hamaria Edriſii cum Niebuhrii *Kafr el Harun,* quod Miet el harun ſubſequitur, non comparanda, ſiquidem pariter ſitum eſt ad Nili litus occidentale. Praecedit quidem locus

c) Hic habes exemplum aliud, quo comprobari poteſt, Arabes vocabula in Syllabas dirimere ſolere; conſonans و nimirum finit verſum, et ورة ſequentem aperit.

d) Vid. Niebuhr ll. cc. Forskalii *Varura* (ab interprete arabico iisdem characteribus diſtinctum) procul dubio idem locus (ad Nilum enim eſſe ſitum conteſtatur) licet Niebuhr id non notauerit.

كفر ميت العز Kafr Miet el As, ſitus ab oriente fluminis; neſcio vero an conueniat, nulla, ne ſoni quidem ſimilitudine intercedente *e*). Mappa P. Lucas habet *Mitl haroun*. Pergit Edriſius: *Hinc deſcendas ad*

Sahareſt magnum, صهرجست الكبري, *oppidum ab oriente Nili ſitum*. Conuenit Niebuhrii *Sahrâdsj* vti ipſe et سهراج vti Interpres eius pronuntiat *f*). Quae lectio verior, non habeo dicere; in dubio autem Edriſium ſequor. Vansleb in recenſione aedium Copticarum memorat locum Sahaſcht nomine, qui procul dubio idem *g*). *Tum ad*

Sahareſt paruum, صهرجست الصغري, *oppidum litori Nili occidentali adpoſitum*. Nemo autorum meorum oppidum hoc nouit; et dubius haereo, num conveniat Niebuhrii *Mſîduſîf* مسيدوصيف, cui quidem ſitus idem; lectionis autem diuerſitas nimia *h*). *Hinc ad*

Monia Gamr منية غمر *i*) *oppidum ad litus fluminis orientale k*). Niebuhr (ex ſono vulgari) effert *Miet Ghrammer*, ميت غمر; (ſic quoque غ, quotiescunque occurrit, per *rg* Hoeſtius exprimere ſolet, vid. ſupra p. 164.) Forskal, *Metgamir l*) مية غمر; Vansleb, *Mitgamir m*); et alia occaſione, vbi idem aedes

e) Niebuhr ll. cc.

f) Niebuhr ll. cc.

g) Vansleb p. 96.

h) Niebuhr ll. cc.

i) Sionita habet *Moniat Amr*; ſed in impreſſo non legitur عمر ſed manifeſto غمر.

k) Verba Edrisii وبجهة الشرق; forte وفي بجهة الشرق.

l) Niebuhr p. 73. 80. et Forskal apud eundem p. 94. Pag. 64. vberius eam deſcribit. Verba eius: *Miet Ghrammer* iſt an der Oſtſeite des Nils, gerade Sifte gegen über. In dieſer Stadt findet man 6 Moſqueen und eine koptiſche Kirche &c.

m) Vansleb Relat. nouv. p. 114. (verſ. germ. p. 000.) Verba eius ipſa: A moitiè chemin entre Damiette et le Caire eſt *Mitgamir*, ville tres belle & aſſez grande, ſituée ſur le rivage oriental du Nil. Vansleb ed. germ. p. 95.

aedes Coptis frequentes memorat, *Metzgamr;* Savary, *Mit rhamr n)*; Mappa P. Lucas, *Mejkamar;* D'Anville, *Miit Kamar.* Autores laudati omnes vt vrbem celebriorem deſcribunt. Pergit Edriſius: *E regione huius ſitum eſt*

Monia Rakbe رقبة منية *et quidem in ripa fluminis occidentali.* Ex ſitu oppidi huius facile apparet fixionem conſonantium arabicarum miſere eſſe corruptam. Scriptores enim hodierni ad h. l. habent, vrbem *Sifte* [ex pronuntiatione Forskalii Zitfae *o*); Vanslebii, *Sitfe p*); Savary, Zephte *q*); D'Anvillii, *Sedfe*]; quare acute coniecit Niebuhr pro *Rakbe* reſcribendum *Sitfe;* ergo legendum زفتة pro رقبة. Characterum, vt vides, nulla omnino permutatio. Iisdem ipſis characteribus nomen hocce effert quoque Niebuhrii Interpres. Situs denique, ad litus occidentale, idem. Recentiores vrbem hanc vberius deſcribunt. Pergit Geographus noſter: *Et a Monia Rakbe* (i. e. *Sifte*) ad

Monia al Amrân منية العمران, locum, *litori occidentali adpoſitum.* Recentiores hunc locum tacent. Si per diſtantiam liceret, contulerim Niebuhrii *Kafr Naman*

n) Savary I, 222. Verba eius: Ich ſah mich in dieſer kleinen ſehr volkreichen und ſtarke Handlung treibenden Stadt um &c.

o) Niebuhr p. 73. 80. et Forskal apud eundem p. 94. Pag. 63. Niebuhr vrbem hanc vberius deſcribit. Inter alia ibi leguntur haec: Die Polhöhe dieſer Stadt iſt 30° 42'. Von Sifte bis an den Arm des Nils, der von Kahira bis nach Raſchid gehet, ſind nur 6 Stunden, und bis hierher iſt, nach der Rechnung der Schiffer, der halbe Weeg von Kahira nach Damiat &c.

p) Vansleb Rel. nouv. p. 115 ita refert: Vis-à-vis de *Mitzamr,* c. a. d. au bord occidental du Nil eſt *Sitfe* (transpoſitis literis F et T) grand & beau village appartenant au Caſcieflik de Mehelle Kebire. . . . Il y a dans l'Egypte ſuperieure un autre village, nommé auſſi *Sitfe.* Idem op. germ. p. 95. *Sifte* omnino effert.

q) Savary Tom. I. pag. 223. Wir fuhren, inquit, nachdem wir *Mitrhamr* beſehen hatten, über den Fluſs, und giengen zu *Zephté,* welches gegen über liegt, ans Land &c. Vrbem paruam compellat.

Naman كفر نعمان; verum quae ſequuntur comparationem hanc legitime vetant. Pergit enim Edriſius:

Dakarkus, دقرقوس, *oppidum, in oriente* (non *occidente*, vti Sionita habet) *Nili ſitum, e regione eſt Monia al Ameran.* Niebuhr habet *Dacadûs* et tunc Sifte. Arabice expreſſum dedit nomen hoc Interpres Niebuhrii دقادوس *r*). Vansleb, vbi aedes, Coptis ſacras, recenſet, offert Tekadus *s*). Eſt procul dubio idem locus; lectio Edriſii forſan affecta. *Hinc nauigabis ad*

Monia Famâs منية كماس. Sionita: Fimas effert. Recentiores hunc locum tacent.

Hanut, حانوت, *oppidum, ſitum eſt e regione Monia Fâmas, et quidem in ripa fluminis occidentali.* Niebuhr effert *Hanûd*; Forskal, *Hanut*; interpres eorum حانوت quoque expreſſit. Mappa P. Lucas *Hanoud* exhibet. Situm eundem profitetur *t*). *Hinc ad*

Monia Asna, منية اسنا, *in Oriente Canalis.* Niebuhr duo oppida memorat, litori orientali adiacentia; quorum vnum vocat *Kafr Miet Iſchne*, كفر ميت اشني diei iter a *Baheire* (i. e. Lacu) diſſitum (*Medichne* in mappa P. Lucas); alterum *Miet Iſchne* ميت اشني. Ipſe cum Edriſii *Monia Asna* confert oppidum primitus nominatum. Miet Iſchne, a Forskalio Æjsne vocatur. A Niebuhrio quidem non notatur; ſed procul dubio idem locus; Nilo enim teſtante Forskalio adiacet. Interpres quidem عشنه, expreſſit; ſed ſaepius vacillat *u*). Mappa P. Lucas *Dichne*

r) Niebuhr l. c. p. 73. 80. et Forskal apud eundem p. 94.

s) Vansleb Itin. germ. conſcript. p. 95, vbi haec: *Tekadus*, eine Kirche zu unſrer lieben Frauen.

t) Niebuhr et Forskal ll. cc.

u) Niebuhr ll. cc. cf. ſupra §. 10. v. *Tanſus* not. r.

Dichne vocitat. Videtur pro س reſcribendum ش; ſed nihil definio. *Et hinc ad*

Damaſis دمسيس *ſuperius memoratum.* Niebuhr effert *Miet Demſis* et interpres eius ميت دمسيس Forskal *Daemſis*; idem interpres دمسيس *v*); Savary *Mit Demſis* pronuntiat *w*); Mappa P. Lucas *Midemſis*, ſed inepto loco poſitum, exhibet. Omnes, ſitum ad orientem Nili, conteſtantur.

§. 14.

Brachium occidentale Nili infra Antuhi diuiſi et quidem Iter ab Antuhi ad Damaſis. (p. 101.)

Iter hoc paullo impeditius; vix enim memorant Itineratores, quos ego quidem contuli, locorum ab Edriſio commemoratorum, vnum vel alterum, ex cuius ſitu poſſit aeſtimari et aliorum ſitus. Canalis ergo hic occidentalis minus frequens eſſe videtur et oppida, quae ad litora eius adpoſita tradit Noſter, ceu mediterranea veniunt. Vtrum porro locorum nomina, quae §. 13. maximam partem corrupta ac adfecta deprehendimus, ſectio haec exhibeat incorrupta ac minus deprauata, vel omnino corruptiora, dicere equidem non habeo. Relatio Edriſii autem ita ſeſe habet:

Qui deſcendere cupit per Canalem occidentalem, nauigabit ab Antuhi ad

Malig, مليج, *vrbem, interuallo 20 miliarium.* Vrbem hanc non noui; cum vrbe enim Mehallat Malik, quam, haud longo interuallo ab vrbe Fua diſtan-

v) NIEBUHR et FORSKAL ll. cc.

w) SAVARY Tom. I. p. 223. . . . wir lieſsen zwiſchen einer Inſel und *Mitdemſis* den Anker fallen. Dieſer Ort war nicht ſicher, aber wir beſchloſſen gute Wache zu halten.

diſtantem inuenies (inſpice, quaeſo, mappas P. Lucas, Niebuhr, Savary etc.) nullo modo conferri poteſt. Memorat quidem Vansleb, vbi aedes Copticas recenſet, locum *Melich* nomine, neſcio tamen an conueniat *x*). Caeterum vrbis huius ſitum ex ſequentibus coniicere poſſumus; pergit nimirum Edriſius: *E regione vrbis Malig ſita eſt*

Monia Abd el malec منيه عبد الملك *et quidem in litore orientali;* vrbs Malig ergo ab occiduo iacet.

Tantana طنطانه. *Ab vrbe Malig deſcendes intervallo 15 miliarium ad Tantana, quae ripae Canalis occidentali adiacet.* Eſt forte Edriſii Tantana vrbs vel pagus ille quem laudant Niebuhr, Tott et Savary, quemque Tinta et Tanta compellant *y*). Caſtellum enim *Tant*, quod ſupra adfuit cum pago Tinta vel Tanta non confundendum *z*). *A Tantana ad*

Talti طلطي *vrbem, ab occidente Canalis ſitam, intercapedo 15 miliarium. E regione eius eſt*

Gaſaria, الجسرية, *in litore orientali.*

Folus

x) Wansleb iter germ. conſcript. p. 96. "In *Melich* eine Kirche b. *Sarabamon* des Märtyrers."

y) Tott Tom. IV. p. 61. Les plus révérés (de *Sanctis* Aegypti ſermo eſt) ſont l'Iman *Chaſi* au Caire & celui de *Tinta*, ville ſituée dans le centre du Delta &c. Savary Tom. I. p. 218. Einer derſelben (Canalis ſc.) welcher in den See Boulos (Brulos) fällt, geht nach dem groſsen Flecken *Tanta*, wo jährlich ein anſehnlicher Markt gehalten wird &c. Eundem pagum, ni fallor, innuit quoque Niebuhr (Itin. p. 79.) vbi ita tradit: Von Kafr attàbanie geht ein kleiner Canal 12 Malaca, bis *Tanta*. A caſtello Tant, idem h. l. Tanta diſtinguit. Vberius idem l. c. pag. 89. locum *Tanta* deſcribit. Verba eius: Hier (ſc. Mehallet el läbben) iſt ein groſser Canal, der von dem Damiatiſchen Arm kommt, und *Tanta* den Ort, wo der berühmte Aegyptiſche Heilige Achmed Bédoui begraben liegt, vorbey flieſst &c.

z) Caſu quodam accidit hoc Brunsio; vid. Verſuch einer ſyſtem. Erdbeſchreibung p. 248.

Folus فلوس. *Ab vrbe Talti perueniens ad oppidum Folus, litori occidentali adpoſitum. E regione eius ſitum eſt*

Santa, السنطه, *oppidum et quidem in litore* Canalis *orientali.*

Sanbat سنباط. *Ab oppido Folus autem perges ad vrbem Sanbat ripae occidentali adpoſitam.* Niebuhr memorat vicum *Sunbad* nomine, ſitum ab occidente Nili Damiatici, cuius nomen Interpres eius نبلط expreſſit; at paullo poſt Forskalii *Sumbat* (qui locus idem eſt) سنباط Arabs idem ſcriptum exhibet, et haec pronuntiandi ratio ipſa, vt vidimus, cum Edriſiana congruit *a*). Mappa P. Lucas vrbem hanc ignorat. Procul dubio autem oppidum hoc idem eſt, quod occurrit in Itinerario Benjaminis (pag. 125), cuius deſcriptio ita ſonat. ומשם לסנגבאט. חצי יום והם זורעין פשתן ואורגים חור ומוליכין לכל העולם i. e. Vnde (ſc. Damiat) dimidio die *Sonbatum* itur: cuius incolae linum ſerunt et candidas telas texunt, quas in omnes mundi regiones deferunt. Pergit Noſter: *E regione Sanbat eſt*

Vankâſar, ونقاصر, *vrbs, litori orientali adpoſita.*

Schobra شبره. *Ab vrbe Sanbat tandem iter inſtitues ad vrbem Schobra, ſitam ad oſtium Canalis et e regione Damaſis ſupra memoratae* Schobra Edriſii num ſit Niebuhrii *Schubbra el Jêmene* شبرا اليمني vel *Kafr* (كفر) *Schubbra el-Jêmene* (vterque enim locus e regione Damaſis ſitus eſt) non omnino planus; ex coniectura Niebuhrii conuenit *Schubbra el Jêmene.* Forskal procul dubio vrbem eandem vidit, quam *Schoebra* vocat, quamque Interpres (qui ſibi non conſtat) شبره (vti Edriſius) expreſſit *b*).

 §. 15.

a) Niebuhr Itin. p. 73 et 80. et ibid. Forskal p. 93.

b) Niebuhr Itin. p. 73 et 80. et ibid. Forskal p. 93.

§. 15.

Iter a Damaſis ad Tennis.

Iter inſtituenti a Damaſis ad Tennis ope Nili (i. e. Canalis cuiusdam; vid. ſupra, §. 12. fin.) *nauigandum primo ad*

Monia Bedr منية بدر *et quidem interuallo duorum fere miliarium.* Edriſii *Monia Bèdr* confert Niebuhr *c*) cum *Miet bedr haláue* (ex pronuntiatione Interpretis eius ميت بدر حلاوي) (Mappa P. Lucas offert *Mit bedi halaui*); ſed ſitus comparationem hanc non admittere videtur; *Miet bedr halaue* enim ab occidente Nili Damiatici iacet, *Monia Bedr* autem, ni fallor, ab eius oriente quaerenda. Vid. initium §. ſequ. Pergit Edriſius:

Exit ad hunc locum et quidem ad eius orientem, Canalis Schanſcha شنشا *vocatus, tenditque ad vrbem Schanſcha* شنشا quam Recentiores, quod ego ſciam, tacent. De Canali intelligenda putem verba: *tenditque ad vrbem Schanſcha*, non autem de Itineratore, hanc ſibi viam ſumenti; vocabulum autem ثم (i. *hinc ad*) interpretandum ac ſi dixiſſet Edriſius: *Et a Monia Bedr* (non: *et a Schanſcha*) *ad* etc. Sionita ergo male vertit: *tum progredietur ad vrbem Scianſcia et ex hac deſcendet ad* etc. — Paucis interiectis addit Edriſius:

Extant praeterea ex parte occidentali fluminis (Canalis) *Schanſcha, oppida, pagi atque vici non rari, cum variis frugum generibus et multa rerum vtilium copia.* Canalis Schanſcha Edriſii eſt forte idem cuius mentionem facit Savary, quem autem (quod valde dolemus) vberius deſcribere noluit *d*). Pergit Noſter: *Hinc* (a Monia Bedr) *ad*

Albuhat,

c) Niebuhr Itin. p. 73 et 80.

d) Savary Tom. I. p. 225. Wir bemerkten im Vorbeyfahren einen Canal, welcher unterhalb *Mit demſis* ſich öffnet und deſſen Waſſer in den See Menzalé flieſset. cf. *eiusd.* Mapp.

Albuhât, البوهات, *vrbem*, *litori orientali adpoſitam*, *ſpatium* 24 *miliarium. Et hinc ad*

Saſanâs l. *Saſnâs*, سفناس, 18 *miliarium intercapedo.* De vrbibus *Albuhat* et *Saſnas recentiores*, quantum equidem ſcio, tacent; Saſnas autem, ni fallor, eſt *Daphnae Peluſiae* Veterum et *Daphas* Anton. Itin. forte et תחפנחס ſacri Codicis *e*).

Tanâh, طناح. *Et a Saſnas per plagam occidentalem et quidem itinere terreſtri* (Probe! *Tanah* enim non eſt adpoſita ad Canalem Schanſcha, ſed ad flumen, quod prope *Tucha* e Nilo egreditur. Vid. infra §. 16. v. Tucha et cf. mapp. Savarii) *ad Tanah, vrbem, ſitam ad litus orientale Canalis Tennis*, تنيس, (Vet. fl. Mendeſius) *interuallum* 25 *miliarium.* Tanah, autore Oberlin etc. eſt *Mendes* Veterum *f*). Apud Abulfedam occurrit nomen اشموم طناح *Aſchmum Tinnag*, ſcriptum. Quae pronuntiandi ratio verior, vtrum per ح vel per ج, non habeo dicere. D'Anvillius per ح expreſſit. Reiskius effert *Thanach*; dubito tamen an خ legerit in Cod. Leid. — Caeterum noli praeterire, quae ex D'Anvillio adnotauit Michaelis lectu haud indigna *ff*). Mappa Savarii exhibet Achmum Tanis; ſitus eius autem lacui nimis contiguus. Vid. infra §. 16. verſ. fin. *Tum ad*

Lacum al Zar, بحيرة الزار, *ſitum in confiniis al Farama* (الفرما) de quo ſupra §. 5. verba fecimus. — Quae iam addo, ex mente Edriſii huc quidem non

 perti-

e) Vid. D'ANVILLE Mem. p. 96. JEREM. c. 44. v. 1. HENNICKE l. c. p. 61. SCHLICHTHORST l. c. p. 75. DITMAR l. c. p. 68.

f) D'ANVILLE Mem. p. 91 ſeq. OBERLIN l. c. p. 117. HENNICKE l. c. p. 57. SCHLICHTHORST l. c. p. 73. DITMAR l. c. p. 66.

ff) MICHAELIS ad ABULFEDAM nott. 261. 265 &c. p. 120 ſq.; ſed minus vere idem, ſi quid iudico, l. c. *Oſchmun Tinnag* pro Tanis Veterum habet.

pertinent, nihil tamen impedit, quo minus h. l. opportune inſerantur. Sunt autem haec:

Farama l. *Farma*, الفرما. Vrbis huius ſaepius mentionem facit Edriſius, peculiari autem loco de ea non egit. Pauca, quae de illa habet, iam colligo. *Sita eſt*, vti paullo ante vidimus, *in vicinia Lacus al Zar* (vid. quoque ſupra §. 5. pag. 334 et 335). Pag. 108 verſ. lat. habet: *A Kolzom diſtat ſeptem ſtationibus, et quidem itinere terreſtri* (في البر), *ſeptentrionem verſus inſtituto.* Vid. infra §. 26. v. *Kolzom*; et paullo poſt v. *Varada.* Plura de vrbe hac olim ſatis ſplendida, hodie autem arenis obruta, reſcire cupientibus, ſuppeditabunt Abulfeda, Golius, alii *g*).

Varada, الوراده. *Et a Varada* (refert Edriſius p. 111. verſ. lat.) *ad vrbem Farama, iuxta litus maris mediterranei et in confiniis Lacus Tennis, eſt ſtationis interuallum. Varada autem eſt diuerſorium*, منزل, *mari proximum.* Vid. paullo poſt, v. *Al Ariſch.* Abulfeda teſte *h*) "Varrada habitata in vici modum, ſita eſt „in mediis arenis, Aegyptum inter et Syriam, Al „Ariſchae ad occidentem et auſtrum, diei itinere." Bene ſeſe habet haec diſtantiae nota. Autore enim Edriſio l. c.

Al Ariſch, العريش, *a Varada abeſt ſtationis vnius interuallo.* Paucula haec habet Edriſius; plura, ſi forte cupias, Abulfeda ſuppeditabit. Al Ariſch ſaepius vocatur inprimis a belli ſacri ſcriptoribus, apud quos nimi-

g) Vid. Abulfeda p. 2. et inprimis p. 9. Golius ad. Alfragan pag. 145 ſq. D'Anville Mem. pag. 97. Summam diſquiſitionis D'Anvillianae (et Golii) exhibet Michaelis ad Abulfedam. Add. Hennicke p. 60 et de ſitu, mapp. D'Anv. et Savar.

h) Abulfedae verba p. 15 ita ſonant والوراده ذات عماره بقدر قريه وهي في وسط الرمله بين مصر والشام وهي عن العريش في جهه الغرب والجنوب علي مسيره يوم

nimirum eius multa mentio, *Lariſſa* aut *Lariſch*. Thevenot compellat, *Riche*, della Valle, *Ariſk i*). De ſitu eius in confiniis Aegypti et Syriae autores laudati amice inter ſe conueniunt. Apud Veteres Rhinocorura audit *k*).

§. 16.

Iter a Damaſis ad Tennis per Canalem maximum. (p. 102 ſq.)

Praecedentem qui excipit, paragraphus decimus ſextus ſimiliter iter a Damaſis ad Tennis deſcribit, ac commode in duas ſectiones diuiditur, quarum prima exhibet iter quae ope Nili (vt hodie loquuntur) Damiatici, altera, quae fit ope Canalis, infra Tucha e Nilo (Damiatico) exeuntis; frequens illud ac tritum, admodum infrequens hoc adeoque minus notum. Et hoc ipſum in cauſa eſt (ſi quid iudico) cur, ſimul ac ad Canalem, paullo ante commemoratum, perveneris, nomen cuius fere cunque oppidi, ſiue adpoſitum ſit ripae Canalis occidentalis ſiue eiusdem litori orientali adiaceat, eo maxime, quod nusquam in Itineratorum commentariis hodie legitur, nouum et neſcio quid barbarum ſonare Tibi videatur; ſi

 quidem

i) ABULFEDA ex locis in Geſar celeberrimis eſſe Rafech et al Ariſch pag. 14 ſcribit. Verba eius: والعريش وهو الان منزله علي شط الروم وبها اثار قديمه من الرخام غيره وهي في الغرب البحر الجنوبي علي مسيرة يوم i. e. Elariſch iam non eſt niſi ſtatio Itineratorum iuxta litus maris mediterranei: ſed superſunt rudera vetuſta marmorea et alia. Sita eſt ab occidente auſtrali *maris* (*Rafech*, habet Michaelis; eſt quidem coniectura, vt videtur, quae tamen contextui perfecte reſpondet) diei inde itinere. — Cf. MULLER Satura obſerv. cap. IX. p. 142 ſq. et ibi excerpta ex MVLLERI, THEVENOTI, DELLA VALLE &c. Itinerariis. Cf. omnino MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 148. pag. 68 ſq. et excerptum ex SHAW, quod ſupra p. 338 exhibuimus.

k) Cf. OBERLIN p. 234 et 256. MULLER l. c. DITMAR l. c. p. 75.

quidem textum habemus incorruptum ac nullis mendis deprauatum. Edriſius ipſe ita tradit:

I. *Qui nauigio ire cupit a Damaſis ad Tennis, et quidem per alueum* (Canalem) *principaliorem* l. *maximum, proficiſcatur oportet a Damaſis ad*

Monia Bedr, منية بدر (vid. §. praeced.); *et hinc ad*

(Doſa) *Bana* ضفة بنا, *locum ad ripam occidentalem ſitum, interuallo decem miliarium.* In impreſſo legitur: الى ضفة بنا. Quid h. l. ضفة ſignificet, equidem in incertis habeo. Sionita quidem vertit: *ad latus Banna;* aſt quomodo verſionem hanc explicem, non intelligo. Cogitaueritne de latere fluuii? neſcio autem an ita loqui conſueuerint Arabes. Putaueritne ſitam eſſe vrbem hanc vel iuxta, aut in vicinia, Banna, vel e regione eius? Breui, quid haec ſcribens in animo habuerit, non expedio, nec forte ipſe expedierit. Putem pro ضفة legendum eſſe منية. *Monia Bana* Edriſii itaque conueniret cum *Bennha* Niebuhrii *l*), oppido litori eidem i. e. occidentali adpoſito. Lectionis diuerſitatem quidem non curo (Interpres enim Niebuhrii, بنها pronuntiat; is vero vt ſaepius iam obſeruatum eſt, teſtis non eſt exceptione maior); in votis autem habeo, Niebuhrio licitum fuiſſe nomini *Bennha* adiungere vocabulum Monia, vel etiam Mit aut Miet, quippe quod de coniectura admittenda dubium plane relinqueret nullum. (Cf. autem, quae paullo poſt v. Buſir dicemus.) Pergit Edriſius: *Supra Bana diuiditur Nilus in duas partes, conſtituitque paruam inſulam* (quam autem, quantum equidem compertum habeo, nemo recentiorum autorum memorat) *ad cuius partem occidentalem ſitum eſt*

Buſir,

l) Niebuhr Itiner. p. 73 et 80.

Buſir, بوصير, *oppidum.* Ad occidentem Nili memorat Niebuhr *m*) *vrbem paruam*, nomine *Abuſir* (Interpres eius effert ابوسير); mappa P. Lucas ſimiliter *Abouſir* exhibet: verior autem, vt mihi quidem videtur, eſt lectio *Buſir*, quam Abulfeda quoque et Savary offerunt. Abulfeda plures huius nominis vrbes recenſet *n*), e quibus huc reuocanda eſt بوصير من كورة السمنوديه ويقال لها بوصير بنا (i. e.) *Buſir in nomo Samanudico* (i. e. Sebennytico), *cognominata Buſir Bana.* Cognomen hoc, quare additum habeat, vrbs Buſir, non omnino planum; forte a vicinia ei fuit impoſitum, nam non longo interuallo ab inuicem diſtant oppida Buſir et Bana. Quin autem oppida ſint diuerſa, nullum eſt dubium; huius rei enim teſtes habeo, Edriſium et Niebuhrium maxime idoneos. Coniecerim fere pro ويقال لها بوصير منا legendum eſſe ويقابلها بنا; ſed obſtare videtur ſitus horum oppidorum; vtrumque enim obtinet litus Nili occidentale. Alia ſuccurrit coniectura, vt ſcilicet pro الي ضنه بنا, quod paullo ante adfuit, reſcribam الي بوصير بنا; iam vero oppida Buſir et Bana ab inuicem diuerſa eſſe paullo ante demonſtratum eſt. Quid autem, ſi omnino lectionem الي بوصير بنا coniectura propoſitam, pro veriori aſſumamus et بوصير forte per بوصيره explicemus? Addito nimirum nomine بوصير Edriſius vrbem Bana ab alia eiusdem nominis vrbe diſtinguere voluit. Sunt itaque et ex mente Edriſii duae vrbes, alia, huius nomi primaria, Buſir ſcilicet; alia, quae ad hunc nomum pertinet et inde Buſir Bana fuit cognominata. Sed, ingenue fateor, et huic coniecturae Abulfeda minime fauet; vtitur nimirum

 voculæ

m) Niebuhr Itiner. p. 73. 79 et 97. vbi: Die kleine Stadt Abuſir hat viel Aehnlichkeit mit dem Namen der berühmten Stadt Buſiris &c.

n) Vid. Abulfeda p. 11 et 12. et Michaelis ad h. l. quos Savary Tom. I. p. 225 ſequitur.

vocula *Bana* adiecta, vt Buſir ab aliis huius nominibus vrbibus diſtinguat. De Edriſio eiusque Aegypti delineatione bene mereri quidem geſtio; vires autem conſilio quam ſaepiſſime deeſſe, valde doleo. —

Caeterum pagum Buſir reſpondere Veterum Buſiri, olim ſatis ſplendidae, et ab aliis, iam ante me, diu obſeruatum eſt; Noſtra aetate autem ſplendoris veteris veſtigia vix apparere, Savary teſtatur o).

Rahlgerah, رحل جراح. *Iam ad partem orientalem p) ſita eſt vrbs parua, quae dicitur Rahlgerah; quam inter et oſtium Schanſcha, interuallum 40 miliarium.* Rahlgerah Edriſii eſt procul dubio Niebuhrii *Dſjerráhh*, ab Interprete eius جراح exaratum q). Mappe P. Lucas exhibet *Mütgerah.* Savary *Gerah* pronuntiat r).

Similiter[2] a Buſir et Bana ad

Monia

o) Savary Tom. I. p. 225 vbi haec: In kurzer Zeit hatten wir das Dorf *Bouſir* erreicht, welches am weſtlichen Ufer des Nils, zwo Meilen von Semennoud liegt. Dieſe Lage ſtimmt vollkommen mit derjenigen überein, die Herodot und Strabo der alten Stadt *Buſiris*, der Hauptſtadt eines Nomos, geben. . . . *Bouſir* hat keine Spuren mehr von ſeinem alten Glanze.

p) Subintelligendum putauerim vocabulum *inſulae*. Scilicet ad inſulae, ſupra ab Edrisio commemoratae, partem occidentalem ſitum eſt oppidum *Buſir*, et ad eius partem orientalem vrbs parua *Rahlgerah* poſita eſt. Sionita, ni fallor, idem cogitauit, vertens: ". . . paruam inſulam cuius ab occidentali latere iacet oppidum *Butſir* et ab altero, quod orientem reſpicit, *Rahlgerah*." Sed nihil quoque impedit, quo minus de Nili Damiatici litoribus haec omnia ſumantur. *Buſir* enim litori eius adpoſitum eſt occidentali; Dſjerrahh autem, teſtibus Niebuhr et Savary, ripae orientali.

q) Niebuhr Itinerar. p. 73 et 79.

r) Savary Tom. I. p. 226. Auf dem gegenüber liegenden Ufer ſiehet man die Dörfer *Salamie*, *Mit-Abulhari* und *Gerah*, in einer Linie liegen. Sie werden nur durch kleine Gebüſche von Dattel- und Pomeranzenbäumen, und durch einige mit Hülſenfrüchten und Getreide beſetzte Felder von einander abgeſondert. Zur rechten ſieht man *Bouſir*, welches unter dem Horizont aus dem Geſichte verſchwindet; zur Linken entdeckt man die Stadt *Semmennoud* &c.

Monia Ibn Gerah منية ابن جراح *s*) *deſcendendo per Nilum vsque ad*

Samanud سمنود 12 *miliarium intercapedo. Sita eſt Samanud ad litus fluminis orientale. Tum*

Samanud سمنود, *vrbs, e regione praecedentis, ripae occidentali adpoſita eſt.* Haec Edriſius: Ad ripam Nili Damiatici orientalem exhibet Niebuhrii catalogus *t*) *Miniet Samanud* (ex pronuntiatione Interpretis eius منية سمانود) et ad ripam occidentalem oppidulum *Samanud.* Rem ergo, vt vidimus, inuertit Niebuhr; modo vt vocabulum منية vrbem vel locum paullo excellentiorem indigitet. Mappa P. Lucas exhibet quoque in litore orientali *Semenours*, cui addit ſignum, quo vulgo vrbes maioris momenti diſtinguuntur; in litore vero occidentali offert *Miniet Semenout*, ſi ex ſigno adiecto iudicare forte licet, vrbem modicam. Cum Edriſio quidem facit Vansleben, qui *Semennut* effert; ita tamen, vt oppidum Samanud orientali litori adpoſitum, ſilentio praetermittat *u*). Sicard de pago magno, Sammanoud nomine, verba facit, cui litori autem adpoſitus ſit, addere neglexit *v*). Pococke

s) *Monia Ibn Gerah* diuerſum videtur a *Rablgerab* vrbe, quam paullo ante cum *Dſjerrabb* NIEBUHRII et *Gerah* SAVARII contulimus. Fortaſſis reſpondet loco, ab EDRISIO commemorato, pagus, quem SAVARY (vid. not. praeced.) *Mit Abulbari* et NIEBUHR l. c. *Miet Abulbâri* (ex pronuntiatione Interpretis eius ميت ابو الخبري) compellant. Frequens enim eſt τȣ ابن cum ابو permutatio; frequentior τȣ ج cum ح. Sed nihil definio.

t) NIEBUHR. Itin. p. 79 et 97 vbi: Samanud, eine jetzt zwar kleine Stadt, die aber vermuthlich auf eben der Stelle liegt, wo ehemals Sebennytus geſtanden hat.

u) VANSLEB nouv. Relat. p. 114. (verſ. germ. p. 192) vbi inter alia haec: *Semennut* grand ville au Couchant du Nil, dans le Caſcieflik de Garbie et peu éloignée de la ville de Mohalle Kebire &c. Idem refert NIEBUHR l. c.

v) SICARD l. c. Tom. II. p. 112 ſq. . . . Sammanoud, gros Bourg dans le *Delta*, ſur le bord du Nil, à 3 ou 4 lieuës de Manſura en venant au Caire. C'étoit autre fois une ville epiſcopale, nommée en Latin *Sebennytus*, voiſine de la ville *Buſiris* &c.

cocke tandem Semenoud pronuntiat *w*). Plura ſuppeditabunt autores, quos infra nott. t-k laudauimus. Caeterum Samanud reſpondere Sebennyto Veteri, res eſt nemini non nota *x*).

Sandaka سندقة. *Et ab vrbe Samanud, itinere terreſtri, e regione eius in parte occidentali, ad vrbem Sandaka, ſitam ad Canalem Bolkina,* بلقينة, 8 *habemus miliaria.* Vrbs Samanud ſita eſt, teſte Edriſio, ad litus Nili occidentale; ad vrbem Sandaka ergo commode iter terreſtre poteſt inſtitui. Nec male vſus eſt Edriſius vocabulo المقابلة; licet idem latus obtineat vrbs Sandaka. Recentiores eam non memorant; eſt enim vrbs mediterranea. De Canali *Bolkina,* quem vocat Edriſius, parum dicere habeo. Sub hoc nomine enim nemo Recentiorum eius mentionem facit; attamen, ni fallor, eum memorant Pococke, Niebuhr et Savary *y*); vid. voc. ſequ.

Tſaba-

w) Pococke T. I, p. 34. Quibus add. Lucas III, 1. p. 276. Savary Tom. I. p. 227. Michaelis ad Abulfedam not. 125. pag. 60. d'Anville Memoires &c. p. 85. &c.

x) Cf. Hennicke Comm. de Geogr. Afr. Herod. p. 55 ſq. Schlichthorst Geogr. Afr. Herod. p. 69.

y) Putem nimirum huc vocanda eſſe verba Niebuhrii (Itin. p. 79) quae ita ſonant: Von hier (ſc. Kafr'attábânie) geht ein kleiner Canal 12 Malaca bis *Tanta.* Savary Tom. I. p. 228 haec habet: Eine halbe Stunde von Norden gegen Semennoud ſieht man den Canal von Thebanié, welcher in den See von Bourlos (Brulos), bey den Ruinen der groſsen Stadt *Butis* fällt. Idem. p. 229 ita tradit: Anderthalb Meilen von Semennoud, nahe bey dem Kanale von Thebanié findet man einen groſsen mit Ruinen bedeckten Damm von Erde. Alius quidem Canalis mentionem facit, idem Savary l. c. p. 226. [Verba eius: Eine Meile unterhalb Bouſir entdeckten wir die Oeffnung eines Canals, welcher ſich mit einem Arme des Canals von Menouf vereinigt, bey Mehalle vorbey geht, und in den See Bourlos (Brulos) fällt. Canalis hic forſan idem, quem memorat Niebuhr l. c. Bey Mehallet el kbire iſt ein Canal, der durch ganz Delta gehet]; ſed, ſi recte video, cum Bolkina Edrisii aegre comparatur. Pococke tandem pag. 33 ita differit: Es (*Baalbeit*) iſt etwa einen Feldweges von dem Canal *Thabanea* &c.

Tſabania (vel, vti Sionita pronuntiat, Thobania) التعبانيه. *Ab vrbe Samanud ad vrbem Tſabania*, ſitam ad occidentale fluminis litus, 18 habemus miliaria. Mappa P. Lucas habet *Tabanüe;* Niebuhr effert *Kaſr attäbanie* et interpres eius كفر التعبانيه (vti Edriſius) *z*). Savary *Thabanie* pronuntiat *a*). Exiguum Canalem ad hunc locum exire e Nilo obſeruatio eſt Niebuhrii. Vid. paullo ante not. y. Caeterum ſitum vrbis huius eundem profitetur Niebuhr. *Et hinc ad*

Monia Aſâs منيه عساس *12 miliarium intercapedo.* Interpres Niebuhrii cum Edriſio facit, et effert مسيت عساس; Niebuhr pronuntiat Miet Aſſâs *b*). Mappa P. Lucas exhibet *Mutäſſan.* Iisdem teſtibus ab occiduo Nili iacet. *Et hinc perueniet ad*

Gugar جوجر *interuallo 12 miliarium.* Abulfeda quoque جوجر effert; vid. paullo poſt not. f. Niebuhr Ghoghar effert; Interpres eius Arabs, forſan mendoſe, كوكر. Mappa P. Lucas exhibet *Ghiogar.* Sionita *Giugar* pronuntiat. Situs eſt ab occidente Nili *c*): Bene; vid. voc. ſequ.

Naſch al hagar, نش الحجر, *iacet e regione Gugar et quidem ad litus orientale;* Gugar ergo ab occidente Nili iacet. Suſpicatur Niebuhr *d*), Edriſii *Naſch al hagar* conuenire cum *Nuâs el bâhhr* (ex pronuntatione Interpretis نواس البحر). Sunt fortaſſis, qui huic coniecturae opponant aliquas dubitationes; quarum prima deſumta eſt a Lectionis varietate. Ter nimirum textus arabicus, typis deſcriptus, offert lectionem eandem, ſcil. نش الحجر. Sed nolumus diutius

z) Niebuhr Itiner. p. 73 et 79.

a) Savary Tom. I. p. 229. vid. not. praeced.

b) Niebuhr Itiner. p. 73 et 79.

c) Niebuhr Itiner. p. 73 et 78.

d) Niebuhr Itiner. p. 73 et 79.

diutius inhaerere huic dubio; textus enim impreſſus, praeſertim in Aegypti deſcriptione ſaepiſſime adfectus eſt; et facile fieri potuit vt lectioni nunc vulgari, reliquae, quae forte differebant, adcommodarentur. Dubitatio altera maioris momenti videtur. Situs nimirum non omnino conuenit. Litus orientale quidem obtinet pagus vterque; ſed *Nuas el báhhr* non e regione *Gugar* iacet. Senſu autem latiori vel latiſſimo vt accipiamus hancce phraſin, rationes deſunt. Tandem diſtantia nimia ab inuicem diremta eſſe videntur. Pergit Edriſius: *A Naſch al hagar ad vrbem Samanud, ſupra memoratam interuallum 36 miliarium. Et a Naſch al hagar iter facies ad*

Tucha طوخا, *vrbem, quae ad latus Nili occidentale obiacet.* Apud Niebuhr *e*) vrbs haec, ni fallor, ſub nomine Talcha (طلخا effert Interpres eius) venit, Mappa P. Lucas effert *Talkha.* Situm eundem conteſtantur. Autore Edriſio *à Gugar diſtat Tucha 12 miliarium interuallo. Infra Tucha* (ſic pergit Noſter) *diuiditur Canalis iſte* (i. e. Nilus Damiaticus) *in duas partes, quarum vna orientem verſus tendens, tandem cum Lacu Tennis coincidit* (vid. Mappam Savarii); *altera autem* (i. e. Nilus Damiaticus ipſe) *ad vrbem Damiat protenditur et ita occidentem verſus prouoluitur.* Canalis, qui orientem verſus prouoluitur, mentionem faciunt Abulfeda, Niebuhr, Savary alii; verum non ad vrbem Tucha, ſed ad vrbem Manſura, quae tamen haud longe ab vrbe Tucha diſtat, eum exire e Nilo contendunt *f*). Suſpicatur Pococke flumen Táfnes

e) Niebuhr Itiner. p. 73 et 78.

f) Abulfeda p. 9. Verba eius haec: ومن بلاد مصر المنصورة قال في المشترك والمنصورة بناها الملك الكامل ابن العادل قبالة جوجر عند مفترق النيل الي دمياط واشمون i. e. *Ex vrbibus Aegypti eſt Manſura. In Moſchtareco* (Homonymis) *dicitur: Manſuram aedificauit Malec Camel filius Addili, e regione Gugar*

Taſnes autorum belli ſacri eſſe idem cum Canali, de quo nobis ſermo eſt g). *Iam qui deſcendere cupit ad Tennis, proficiſcatur oportet a Tucha ad*

II. *Monia Schahar* h), منية شهار, *vrbem modicam quidem, populo tamen frequentem, mercibus item ac diuitiis affluentem, et poſitam ad litus* Canalis *occidentale. Mahalla*

Gugar, vbi Nilus in duo brachia Damiatam verſus et Aſchmunam diuiditur &c. Bene ad haec obſeruauit MICHAELIS ad h. l. not. 102. p. 50. "Brachium Nili orientale primo Aſchmunam praeterlabi, deinde influere in Lacum Tennis." Paucis interiectis, p. 10. ABULFEDA pergit: فماهو قبالة المنصورة بلدة جوجر وهي عند مفترق النيلين اشمون طناح وهو الشرقي منها ونيل دمياط وهو الغربي بين هذين النيلين جزيرة يقال لها البشمور i. e. *In oppoſita Manſurae ripa* (oblique oppoſitum eſt oppidum hoc vid. MICHAELIS ad h. l. not. 105. p. 52) *eſt oppidum Gaugar* (MICHAELIS l. c. not. 106.) *iuxta diuergium duplicis Nili* (MICHAELIS l. c. not. 107), *eius, qui ad Aſchmun Tinnag pergit, eſtque orientalis: et Nili Damiatae, qui eſt occidentalis. Haec inter duo brachia Nili inſula Baſchmur dicitur.* NIEBUHR Itin. p. 78. . . . Manſura, und dabey ein groſser Arm des Nils. SAVARY Tom. I. p. 233. ABULFEDAM ſequitur i. e. verſionem et notas MICHAELIS excerpſit. Inprimis conferendus TOURTECHOT, cuius verba paullo poſt not. h. exhibebimus.

g) POCOCKE Tom. I. p. 33. Der Canal, der auf der nördlichen Seite der Stadt flieſset, fällt in den See Menzale, deſſen ſüdliches Ende ein Theil des peluſiſchen Armes iſt, wie ſolches ohne Zweifel der Fluſs Taphnes, Taſnes, iſt, deſſen die Geſchichtſchreiber der Kreuzzüge gedenken, die ſeinen Namen von Daphne bey Peluſium, wobey er vielleicht ehemals vorbey gefloſſen iſt, zu haben ſcheint.

h) Pagorum oppidorumque, quae iam ſequuntur, nomina, nobis, ob viae infrequentiam, incognita eſſe, ſupra iam obſeruatum eſt. Pagos ad litora Canalis huius obiacentes, recenſet EDRISIUS duodecim; numerum eorum autem accedere ad 41 diſcimus ex Itinerario TOURTECHOTI, qui quondam, ope Canalis laudati a Manſura ad Menslet, iter ſuſcepit. Verba TOURTECHOTI (p. 406 ſq.) ita ſonant: Von Manſura reiſete ich nach Menslet. Ich verrichtete dieſen Weg auf dem Canal, welcher zu Manſura anfängt, und mich eine Viertelmeile oberhalb Menslet führete. Dieſer Canal, an welchem zur Rechten und Linken 41 Dörfer liegen, theilet ſich in fünf Arme. Viere von denſelben verlieren ſich in den Feldern, und der letzte vereiniget ſich mit einem andern Canale, der ſich in einen Teich bey Peluſe ergieſset. *Menslet* liegt

Mahalla Damnia دمنية محلة, *iacet e regione eius, in litore orientali; ab inuicem diſtant 5 miliaribus.*

Monia Damnia منية دمنية, *eſt infra Monia Schahâr.*

„*Kaber al Bazbaz* قبار البازباز. *A Mahalla Damnia ad Kaber al Bazbaz* (Sionita Cqebbar-albazbaz), *oppidum magnum, 12 miliaria. Et hinc deſcendes ad*

Kabab al Arif, قباب العريف, *interuallum 16 miliarium.* Sionita vertit *Cquébac;* at in textu impreſſo non eſt *c* vel *k;* ſed manifeſto *b. Et hinc ad*

Damu, دمو, *oppidum, 15 miliaria. A Damû ad*

Tanâh, طناح, *vrbem, ſitam ad litus orientale, miliaria duo.* Supra iam adfuit haec vrbs; vid. §. 15. *Hinc ad*

Schamus, شموس, *oppidum, populo frequens, interuallum decem miliarium. Hinc ad*

al Anſâr, الانصار, *oppidum, litori occidentali adpoſitum, intercapedo 20 miliarium. Hinc ad*

Vatida, وتيدة, *oppidum, in ripa orientali ſitum, 20 miliaria. Hinc ad*

Barſanin, برسنين, *ab occidente* Canalis, 20 *miliaria. Tum ad*

Sebſa, سبسة, 40 miliaria; *tum ad*

Tennis, lacum, occidentem verſus, 15 miliaria. De lacu Tennis iam ſupra §. 3. verba fecimus.

§. 17.

liegt eilf Meilen von Manſura; ſeine Einwohner und die von etlichen *ſechzig Dörfern* (de quibus omni omnino notitia deſtituimur!) die dazu gehören, ſäen nichts als Reiſs &c. TOURTECHOTUM nomina horum pagorum plane ſilentio praetermiſſe, valde dolemus; EDRISIO autem gratias habemus, quod nonnullorum ſaltem notitiam nobiscum communicauit.

§. 17.

Iter ab vrbe Meſr (Foſtat) *ad vrbem Damiat.* (p. 103 ſq.)

Deſcendere cupienti ab vrbe Meſr ad vrbem Damiat i), tranſeundum per oppida, vrbes atque aedificia, a nobis paullo ante commemorata, vſque ad vrbem Tucha; (de qua §. 16. v. Tucha); *ibique accipiendum brachium Nili occidentale, quod protenditur ad Damiat; quo facto perueniet ad*

Damira, دميرة, *vrbem, tempore* 10 *miliarium. Sita autem eſt vrbs Damira in litore Canalis occidentali.* Eſt vrbs haec aliquo ſpatio a Nilo Damiatico remota; nihilominus tamen, ſi contextum reſpiciamus, ad Canalem, forte exiguum, ſita. Apud Sicardum, ni fallor, ſub nominibus *Desmayer, Demayer* et *Damaïer venit k).* Vrbem, quam offert mappa Aegypti Homanniana (vel, quod idem eſt, mappa P. Lucas), nomine *Themaie*, ſitam ad Canalem in mare mediterra-

i) P. Lucas (vid. I, 2, 142.) tempore 5 dierum iter a Kahira ad Damiat abſoluit. Totidem diebus Savary Tom. I. p. 212-239. v. Troilo (l. c. p. 591.) in hoc itinere conſumſit nouem dies; ſed non mirum; aduerſo enim vento et non, niſi interdiu velificauit. Pococke (Tom. I. p. 193) ad d. IV. Maji nauem conſcendit et ad d. 8. eandem ad litus iuxta Damiat applicauit. Hasselquist 3 dies in itinere commoratus eſt. — Sed inprimis conſulendus eſt Niebuhr, qui (p. 75 ſq.) catalogum oppidorum, in itinere hoc obuiam facientium, nobiſcum communicauit.

k) Vid. Sicard T. II. p. 96. 98. Vrbi Manſurae mane hor. 10. vale Miſſionarius ille longe celeberrimus, dixit et iter continuatum hiſce deſcribit verbis: Nous traverſâmes la riviere pour paſſer au *Delta* et continuant nôtre route *par terre*, nous arrivâmes ſur le Midy à *Desmayer*, village, qui n'eſt habité que par des Mahomedans. De *Démayer* nous pourſuivîmes nôtre chemin jusqu' au Village de *Bolquas*, & de là jusqu' à *Sainte-Germanne*. Idem l. c. p. 114 ſq. ita refert: La fabrique du Sel armoniac ſe fait à *Meballée* comme à *Damaïer*, mais il n'eſt pas ſi bon. Situs ergo huius vrbis manifeſtus; nec opus eſt coniectura, quae aliquando mentem ſubiit; quoniam ſcilicet vrbis Manſurae nulla fit mentio, pro دميرة conieci legendum eſſe المنصورة.

terraneum ſeſe exonerantem, caue ne cum *Damira* (vel *Damaie*, vti exhibet mappa D'Anvillii quacum conuenit mappa Savarii) confundas. Niebuhr huius loci ceu mediterranei mentionem non fecit. *Ab vrbe Damira deſcendes ope Canalis ad*

Serenkâs سرنقاس, locum, *ſitum in litore occidentali, interuallo* 17 *miliarium.* Mappa P. Lucas exhibet *Cherinkuch.* Niebuhr effert *Schirinkas;* Interpres eius شرنقاس. Situm autores laudati profitentur eundem *l*). Num autem س Edriſii vel Niebuhrii ش rectius ſit? non habeo dicere. Pronuntiatio, quam P. Lucas habet, duplex ش vrgere videtur. *Hinc ad*

Scharmaſa, vel potius, *Scheremſa*, شرمساح, *vrbem, litori orientali adpoſitam; interuallo* 20 *miliarium eo peruenies.* Mappa P. Lucas exhibet *Serimſa;* D'Anvillii, *Serimſah;* Savarii, *Scherimſah.* *Serimſah* effert quoque Niebuhr *m*); eius autem Interpres, quodammodo ab Edriſio differt, pronuntians سرمساح. In ſitu autores laudati vna Edriſio conſentiunt; diſſenſus fere nullus, niſi in pronuntiatione literae ſibilantis س pro ش; quem quidem tollere non audeo; putem tamen, ob conſenſum autorum recentiorum س eſſe praeferendum. Hodie non vrbem, ſed pagum eſſe, *Serimſah*, ex ſigno, quod in mappas ei adpictum deprehendimus, forſitan colligi poteſt. *Hinc ad*

Monia al Aluk, منية العلوق, *interuallum* 20 *miliarium.* Non noui hunc locum. *Mit el Koli*, pagum, quem mappa D'Anvillii exhibet, noſtro loco conuenire dixerim, niſi nimis adhaereret pago praecedenti. *Hinc ad*

Fâresĉar فارسكر *oppidum; ad Canalis litus orientale obiacens,* 10 *miliarium intercapedo.* Mappa P. Lucas

l) Niebuhr Itiner. p. 73 et 78.

m) Niebuhr Itiner. p. 73 et 76.

Lucas oſtendit *Fareſkou;* D'Anvillii, *Fareſkur;* Savarii, *Fareſcurt.* Itinerarium autem eiusdem exhibet, vt ſtatim videbimus; *Fareſcour.* Niebuhr *n)* effert *Fereſkur*, et ab Interprete arabice ſcriptum فارسكر. Vtrum Arabis huius, vel Edriſii pronuntiandi ratio verior ſit, iudex ſedere non audeo. Autore Savario, *Fareſcour o)* 2 horis diſtat ab vrbe Damiat. *Hinc ad*

Bura, بورة Recentiores, quod ſciam, huius loci mentionem non faciunt. Occurrit quidem *Bura* in excerpto ex ſcriptis Abu Obeid *p)*; ſed huc non pertinere videtur. Audi modo verba eius: بين انسانه وبوره ثمان فراسخ ۞ بين بورة وبوصير سبع فراسخ i. e. *inter Anſana et Bura octo habemus paraſangas; ſeptem inter Bura et Buſir.* In Aegypto ſuperiori nimirum ſita ſunt oppida Buſir et Anſana; Bura ergo, licet nemo recentiorum eius mentionem faciat, oppidis Aegypti ſuperioris adnumerandum. Eſt ergo duplex Bura; vnum in Aegypto ſuperiori, in inferiori Aegypto alterum. Forte tamen lectio *Bura* adfecta; proque Bura legendum حوراني *Haurani.* Haurani vicus eſt ab oriente Nili ſitus *q).* — *Et hinc ad*

Damiat, 13 *habemus miliaria.* [Nomen huius vrbis ab Edriſio دمياط cum Dal; ſaepius autem cum Dzal exaratum occurrit. Abulfeda *r)* ſepties effert دمياط, cum Dal. Cum Dal quoque ſcribunt Bohaddin

 et

n) NIEBUHR Itiner. p. 73 et 76.

o) SAVARY Tom. I. p. 239.

p) CASIRI Biblioth. Tom. II. p. 2. et ibi excerptum ex ABU OBEID.

q) Vid. NIEBUHR Itiner. p. 76. Ex vicis nimirum tredecim (tot enim inter *Fereſkur* et *Damiat* recenſet catalogus NIEBUHRII) *Haurani,* ſiue ſoni et characterum ſimilitudinem ſpectes, ſiue diſtantiam, prae caeteris conuenire videtur. Noli autem obliuiſci me non niſi coniecturam proferre.

r) ABULFEDA p. 2 et 9 (vbi bis occurrit) p. 10 (vbi tamen دمياطو falſo pro دمياط) et p. 29 (vbi ter legitur).

et Lexicographus Schultenſio excitatus *s*); Niebuhrii Interpres pronuntiat صماطا et دمياطا *t*). Recentiores plerumque Damiat, Damiette.] *Damiat, vrbs eſt* teſte Edriſio, *ſita ad litus maris, aliqua tamen inter vrbem et mare intercedente diſtantia.* Haec de noua vrbe accipienda, quam adierunt autoresque recentiores deſcripſerunt; non autem de veteri, cuius Abulfeda mentionem facit, deque cuius interitu idem l. c. ſcripſit *u*). Diſtantia, quae intercedit inter vrbem hanc et mare Niebuhrius ad duo miliaria accedere contendit *v*). Autore Pocockio 4 aut 5 miliaribus ab oſtio Nili diſtat *w*). (Vid. paullo poſt not. y.) Caue ergo ne vrbem veterem cum noua confundas *x*). Pergit Edriſius. *Ad eam pertingit brachium Nili effluens ex brachio Canalis quod dilabitur ad vrbem Tennis ac infra vrbem Tucha* (vid. ſupra p. 414) *ortum ſuum habet.* Num ergo tempore Edriſii Canalis, qui in Lacum Tennis prouoluitur, celebrior Canali, vel, vt hodie loquuntur, Nilo Damiatico? Videtur, ſane! Caeterum plura, de vrbe hac Aegypti multo famoſiſſima, cupienti;

s) Vid. SCHULTENS Ind. geogr. v. *Damiata;* noli praeterire, quam ibi inuenies, Lexicographi vrbis huius deſcriptionem; et adde his GOLIUM in not. ad ALFRAG. p. 148.

t) NIEBUHR Itiner. p. 73 et 75.

u) ABULFEDA p. 29 et imprimis ad verba eius: ودمياط كانت مدينة مسوره علي البحر عند مصب النيل الشرقي i. e. Demiat vrbs *fuit* moenibus cincta, iuxta mare, illo in loco, vbi Nili brachium orientale in mare effunditur — nott. MICHAELIS 248 et 249. p. 114 ſq.

v) NIEBUHR Itiner. pag. 66 vbi haec: Die Stadt Damiät liegt nach meinen Beobachtungen eine Viertelmeile nördlicher als Raſchid, nehmlich unter der Polhöhe 31° 52'. Sie iſt ohngefähr zwey deutſche Meilen, und alſo auch etwas weiter von dem mittelländiſchen Meer entfernt, als Raſchid.

w) POCOCKE Tom. I. p. 31.

x) Cf. omnino SAVARY Tom. I. p. 239 ſq. qui multa compilauit, quae ad hiſtoriam harum vrbium faciunt.

cupienti, ſuppeditabunt, autores paullo ante laudati; quibus adiunges Palerne, Vansleb, Maillet, Haſſelquiſt etc. *y*). Caeterum Damiàt eſſe Tamiathis Veterum, multi iam ante me obſeruarunt *z*). Male quidam vrbem hanc pro *Peluſio* Veterum habuerunt *a*).

§. 18.

Loca quaedam mediterranea. (p. 104.)

Peregrinatorum commentaria parum luminis affundere deſcriptioni paragraphi huius, non eſt quod multis verbis moneam; ſufficit certo in memoriam reuocaſſe, iter quod ducit ad oppida mediterranea eſſe periculoſum adeoque infrequens; viatores enim maximo timore de Arabibus praedabundis affici, inter omnes ſatis conſtat; maxima ergo huius ſectionis pars, res continet nouas, nominaque oppidorum, hucusque fere inaudita, quae autem, num ſint bene recteque expreſſa; num omnino ſatisfaciant homini critico, nec ne, quis eſt, qui, ſubſidiis deſtitutus omnibus, decidere vnquam audeat? Itaque praetermiſſo omni praefamine ad Edriſium ipſum me conuerto, cuius verba in linguam latinam conuerſa, ita ſeſe habent:

Verum vt ſermonem noſtrum conuertamus ad flumen (Canalem) *Mehallae, trahit originem ſuam infra Tantana et effluit ad occidentem, quousque adaequet Seremſah, quae,*

y) Palerne p. 218. Vansleb nouv. Rel. p. 198 (verſ. germ. p. 181). Eo autore 8 miliaria (milles) diſtat ab oſtio Nili. — Lucas I, 1. 137. 139. Maillet p. 101. Hasselquist p. 129 ſq.

z) Vid. v. c. Oberlin l. c. p. 255.

a) E. g. Lusignan praefat. p. VI. P. Lucas I, 1. 139. Benjam. Tudel. eam adeo pro *Caphtor* habet. Audi eius verba p. 125. ומשם שני ימים לדמיאט היא כפתור i. e. *Inde* (ſc. אלכסנדריאה vrbe Alexandria) *biduo Damiatam* veni: *quae olim Caphtor* dicebatur.

quae adiacet Canali Damiat (brachio Nili Damiatico vt hodie loquuntur). Mehalla Edriſii, vt videtur, eſt vrbs, quam autores noſtri *Mehalle el kebire* (Gros Mehalla) compellant; quod, ſi praeſumtum habeamus, Canalis ab Edriſio commemorati, iidem quoque mentionem faciunt *b*).

Monia Gazâl, منية غزال. *Ab origine Canalis Mehallae ad Monia Gazâl, ſitam ad Canalem huncce et quidem ad eius orientem, interuallum* 20 *miliarium.* Moniae huius, apud autores, quos inſpexi, nulla fit mentio: *Et hinc ad*

Bolkina, riuum (?) *c*) *intercapedo* 15 *miliarium. Exit ad hunc ipſum locum Canalis* (alius) *occidentem verſus quoque tendens ad*

Mautamadia, المعتمدية, *oppidum; et hinc ad*

Maibul, متبول, *ad occidentem; et hinc ad*

Sacha.

b) Sicard l. c. Tom. II. p. 114. Verba eius: Un petit Canal du Nil portant Bateau, qui ſont du bras du Nil de Damiette, vers la pointe meridionale du Delta, fait toute la richeſſe de cette ville (ſc. la grande Mehalié). Il arroſe la *Menouſie*, la ville de *Mehallée*, toute la *Garbie* & va ſe jetter dans la mer vers *Brullos*. P. Lucas III, 1, p. 280. qui ita refert: Un très-beau *Canal* du Nil arroſe les maiſons de *Mahalen* &c. Niebuhr Itiner. p. 79 vbi haec: Samanud. Hier in der Nähe iſt *Mehâllet el Kbîre*, die Hauptſtadt in Garbie, und dabey ein Canal der durch ganz Delta gehet. Cf. Savary Toin. I. p. 226.

c) Sionita vertit: *Ad oſtium fluminis Bolkinae.* Textus typis exſcriptus offert نزعه. Coniecerim fere vocabulum نزعة coniungendum eſſe cum بلقينة, ita vt ſit nomen loci, *Nazaa Bolkina* vocati; iam vero, quum paucis interiectis bis occurrat ترعه (pro نزعه) cum phraſi adiecta السابق ذكرها i. e. *paullo ante commemoratum* lectionem alteram ترعه praeferendam eſſe nullus dubito. Contextui enim bene reſpondet lectio haec altera; vitii etiam fons et origo facile detegitur; vnum nimirum e duobus punctis diacriticis Conſonanti Te ſuperimpoſitis, paullulum ab altero diſtans lectionem نزعه (forte operarum lapſum) progenuit.

Sacha. Sionita vertit *Dhaha*, ac ſi legiſſet ضخا; punctum diacriticum autem, ſi recte video, non ad conſonantem primam, ſed ad ſecundam pertinet. Abulfedà *d*) vrbem memorat nomine *Sacha*, ſitam in infima parte Aegypti (سخا وهي قريه باسفل بلاد مصر). Eandem commemorat Sicard, et *Saka* pronuntiat *e*). Convenire quoque videtur Forskalii *f*) سخا, *Sacha*, ſita media in via, *Mehallet abuali* inter et *Mehallet el kbire.* Huc, ni fallor, vocanda quoque ſunt verba Kircheri *g*), quae ita ſonant: „Xois vero metropolis (praefecturae Phtemphuti) in qua colebatur Canopus, qui inde „dicebatur Xoites; ab Aegyptiis poſteris شخا „*Sciagha* (ibid. p. 45. شجا exaratum eſt), in „qua teſte Geographo Dubiano magna adhuc „antiquitatis veſtigia inueniuntur." Pergit Edriſius: *Et hinc meridiem verſus per deſertum* (في البريه) *ad*

Mahalla Hart. محلة حرت. Sionita habet: ad hoſpitium Hart. *Et hinc ad*

Menuf al alie (forte: Menuf ſuperior. منوف العليا). Teſte Forskalio ad *Menuf al ala*, منوف العلا (vti Interpres Niebuhrii effert) eſt tertia pars viae in itinere ab vrbe Kahira ad vrbem Alexandriam. Niebuhr effert *Manûf el*

d) Abulfeda p. 4. cf. Michaelis ad h. l. not. 34. p. 8.

e) Vid. Sicard l. c. Tom. VII. p. 57 vbi haec: la ſeconde eſt un Evéché dans la préfecture ſebenuiſtique, on l'appelle préſentement *Saka.*

f) Forskal apud Niebuhr Itin. p. 93.

g) Kircher Oedip. Aegypt. Syntagm. I. p. 17 vbi شخا (cum *Schin* et *Cha*) et p. 45, vbi شجا (cum Schin et Dſchim; Edrisius ſcribit cum ص Forskal et Abulfeda cum س).

el âle Interpres eius autem hac vice, ſcribit منوف العلة *h*). *Et hinc ad*

Sacâf, سكاف; *hinc ad*

Santuf, سنطوف. Sionita exhibet *Sciantuf*; ſed in libro non eſt ش ſed س. Attamen procul dubio Santuf idem locus, qui iam ſupra §. 10 et 12 adfuit. cf. infra §. 19. Pergit Noſter:

Sed reuertamur ad riuum (ترعة) *Bolkina, paullo ante commemoratum; noueris ab hoc deſcendendo ad Mehalla reperiri in mediterraneo.*

Sanhur, صنهور, *vrbem, ad* 4 ⁏ *miliaria ab ipſa Mahalla et ad eam vsque vrbem protendi riuum* (ترعة) *Bolkina.* Ad vrbem Sanhur ergo oſtium Canalis Bolkina? equidem neſcio; et donec de ſitu huius vrbis dubius haereo, iudicium meum interponere vix audeo. Senſus verborum Edriſii forte: Canalis Bolkina vbi ad vrbem Sanhur peruenerit, de curriculo recto ſe deflectit inque aliam plagam pergit.

Sendia, (vel *Senedia*, vti effert Sionita) سنديه. *E regione Sanhur, et quidem ab oriente eius, ſita eſt vrbs*

b) Forskal apud Niebuhr Itin. p. 91. et ipſe Niebuhr l. c. p. 88. *Menuf al alie* forte compellata eſt vrbs noſtra, vt a *Menuf* vel *Menf*, vrbe, quae ſupra §. 8. adfuit, vel potius, vt a *Momemphi*, vrbe, quam Arabes *Menuf il Sephli* (*Menf inferiorem*) vocare ſolent, diſtingueretur. Eadem forſitan vrbs eſt; quam in animo habet ille Arabs (antiquitatum geographicarum ſcrutator, ſi placet, haud ſpernandus!) quem Brucius laudat, ac cuius teſtimonio vt ſolet lubentiſſime, vtitur, ad veriorem Memphis veteris ſitum demonſtrandum. Vid. Bruch Itin. Tom. I. p. 116. Memorat quoque vrbem *Menouf* (quae ni fallor, eadem eſt cum Menuf el alie). Savary Tom. I. p. 218. Ait nimirum . . . Er (ſc. Canalis qui é Nilo egreditur prope vicum Dagoué) vereiniget ſich mit dem Canal von Faraounie, ehe er nach *Menouf*, der Hauptſtadt der erſten Provinz des Delta kommt. Sed alia eſt vrbs Momemphis vocata, quam Arabes compellare ſolent *Menuf il Sephli* Vid. Forsteri Epiſt. nr. XXI. vel Ditmar Aeg. l. c. p. 50. Hennike l. c. p. 50. et inprimis Schlichthorst p. 61.

vrbs Sendia; intercedit ambas ſpatium circiter 1½ *miliarium: Sendia porro ab vrbe Samanud* (vid. ſupra §. 16.) *ſita ad Canalem Damiat et Tennis, itinere terreſtri* (vel itinere per deſertum, في البريه) *abeſt* 15 *miliaribus. Ab vrbe Sendia iter inſtitui poteſt ad*

Mehalla المحله, *vrbem.* Eſt forte vrbs, de qua paullo ante not. b. diximus, et quam autores laudati vberius deſcribunt. Mehalla Edriſii autem cum Leonis *Mechella i*) vix idem locus. *Et hinc ad*

Mehalla al Dâchal. محلة الداخل (Sionita hoſpitium Aldachel ſ. Ingredientis reddit). *Hinc ad*

Damira دميره (vid. ſupra §. 17.) *et hinc, vti iam obſeruatum eſt, ad*

Damiat, ذمياط (h. l. per Dzal) vid. ſupra §. 17.

§. 19.

Iter ab vrbe Mesr (Foſtat) *ad vrbem Alexandriam.*

(pag. 104. 105.)

Iter ab vrbe Aegypti primaria ad Alexandriam, et quidem terreſtre, hodie inprimis, propter Arabes huc illuc oberrantes ac latrocinantes (Nomades, Beduini vulgo audiunt) periculoſiſſimum, ideoque minus frequens notumue, nemo Recentiorum, ſi Forskalium excipias *k*) inſtituit; itineratores enim alii, Kahiram tendentes, ab vrbe Alexandria ad Roſettum proficiſcuntur et hinc per Nili brachium, quod Roſeticum

i) Leo p. 683. *Mechella.* Mahumetani noſtro ſeculo hanc ciuitatem *ad Nilum ab Aſiae* parte humili muro cinctam condiderunt &c.

k) Audi quaeſo Niebuhrium, qui Itiner. Tom. I. p. 55. ita tradit: Die Reiſe von Kahira zu Lande iſt wegen der herumſchweifenden Araber, wenn es einem nicht gleichgültig iſt, geplündert zu werden oder nicht, faſt unmöglich. Herr Forskal reiſete 1762 von Kahira nach Alexandrien zu Lande, und muſste den Arabern alles geben, was er hatte, und es war noch eine groſse Höflichkeit von ihnen, daſs ſie ihm die Beinkleider wieder ſchenkten.

ſeticum inde compellatur, ad vrbem Kahira. Iter pariter, ab Edriſio deſcriptum, noſtris hodie plane ignotum eſt. In duas partes, vel ſi ita placet, in duas ſtationes commode diſpeſcitur; quarum primam confectam habes, vbi perueniris ad oppidum *Barnut* (mel. *Tarnut*); altera autem ad vrbem Alexandria terminatur.

I. *Itaque, autore Edriſio, viator, qui hancce viam ingreditur, relicta vrbe Meſr* (Foſtat), *deſcendat ad*

Ankâs vel *Enkâs*, انقاس, *inſulam* et.

Tabâla, تبالة. Vocem *inſulae* ipſe interpretatur Edriſius noſter, addens: *Sunt vero vrbes duae inter Nili ripas concluſae.* Recentiores, quantum equidem ſcio, harum vrbium nomina ſilentio praetermittunt. *Hinc ad*

al Achſâs, الاخصاص. Iisdem characteribus arabicis loci huius nomen exarauit Niebuhrii Interpres, ipſe autem Niebuhr effert *Vl Achſas;* D'Anville, *Ekſas l*); mappa P. Lucas exhibet *Ekhſas;* Savarii autem, forte per errorem, *al arkſas.* Achſas, vti bene monet D'Anvillius occupat hodie ſedem vrbis *Cerçaſori* vel *Cercaſurae* olim vocatae, neque audiendus eſt Savary, in pago *Charakanie* dicto, qui Nilo ab oriente adiacet eiusdem ſupereſſe veſtigia aſſeuerans *m*). *Hinc deſcendes per Nilum ad*

Darvue, دروة, interuallo quinque miliarium. Niebuhrii Arabs pronuntiat دراوة (cum Delta, et Elif poſt Re), Niebuhrii catalogus autem exhibet *Daraue n*); *Daravi*, mappa P. Lucas. *Hinc ad*

Schántuf,

l) NIEBUHR Itiner. p. 74 et 90. D'ANVILLE Mem. p. 73.

m) Vid. D'ANVILLE l. c. HENNICKE l. c. p. 51. SCHLICHTHORST l. c. p. 62.

n) NIEBUHR Itiner. p. 74 et 90.

Schantuf, شنطوف, 20 *miliarium iter*. Infra p. 429 v. Tarnut denuo ad hunc locum recurrit, Edriſius tradens: *A Schantuf ad Tarnut eſſe interuallum* 50 *miliarium*. Saepius iam adfuit locus Schantuf; vid. ſupra §. 10. verſ. fin. et init. §. 12. *Et hinc ad*

Om Dinar ام دينار, *oppidum, litori occidentali adpoſitum*. Niebuhrii catalogus oppidi huius nomen iisdem literis et characteribus expreſſum exhibet, ac de ſitu pulchre conuenit *o*). Mappa P. Lucas *Oumme dinar* offert. *Hinc ad*

Asmar Harneſch اسمر جرنش, 15 *miliarium intercapedo*. Inter *Om Dinâr* et *Dſjureiſch* (vid. paullo poſt) Niebuhrii *p*) catalogus oppida exhibet duodecim; ex quibus num vlla conueniat, dicere non habeo, praeſertim quum litus cui adiacet, ab Edriſio ſit ſilentio praetermiſſum. Caeterum obſeruo Sionitam quidem habere *Asmar Harnes*; in libro autem non eſſe حرنس ſed حرنش. *Hinc ad*

Haris الحريس, *vrbem*, 18 *miliaria*. Sionita effert *Horais*. Niebuhr l. c. ex pronuntiatione Interpretis ſcriptum exhibet جريش; ipſe effert *Dſjureiſch*. Locum eundem in animo habere, et Edriſium et Niebuhrium, quis eſt, qui inficiat? Caeterum, quum vix dubitare liceat, ſonum vulgarem bene excepiſſe Niebuhrium; diſcrimen, quod inter conſonantes arabice

o) Niebuhr Itiner. p. 90. Addit l. c. Wenn der Nil hoch iſt, ſo ſiehet man von hier bis *Wararik* einen groſsen Canal.

p) Nomina eorum haec: جريش *Dſjureiſch* ad Orient. Nili. السواني *Esſanâſi*, ad Occid. Nili. كفر ابو علي *Kafr Abu Ali* et لنجب *Lindſjib* ad Orient. Nili. كفر ابو غالب *Kafr abugbâlib* ad Occid. Nili. كفر السالمية *Kafr Salamie* ad Orient. Nili. القطا *El katta* ad Occ. Nili. *Sidi Ibrahim* et كفر غالي *Kafr Gbâli* et منية العروس Miniet el ârûs. ad Orient. Nili. الرهاوي Er rahâue, et كفر منصور *Kafr Manſûr* ad Occ.

bice expreſſas, deprehenditur, facile tollitur, ſi modo lectioni vulgari, vt deteriori, puncta diacritica addantur. Pro حريش ergo reſcribendum جريش *Gariſch* vel *Goriſch*. Edriſius pergit: *Sita eſt in litore orientali.* Concinit Niebuhrii catalogus. *Hinc ad*

Ramâl Aſſinam (i. e. *Arenas al Sinam* رمال الصينم), *vbi conſpicitur miraculum Dei altiſſimi. Scilicet os in his arenis conditum, tempore ſeptem dierum in ſaxum duriſſimum permiſſu diuino conuertitur.* Tractum hunc arenoſum eſſe, bene ad h. l. obſeruauit Niebuhr *q*). Inter اسوان *Asvân* et قلزم *Kolzom* memorat Ibn âl Vardi رمال الضيم *Remal addhim* *r*); huc procul dubio pertinet earum commemoratio. Num autem lectio الضيم lectioni الصينم praeferenda ſit; iudex ſedere non audeo. Locus Niebuhrii citatus nihil definit, ex textu enim typis deſcripto deſumtus eſt. Obſeruandum tamen duxi facile euenire vt, praeſertim in libris manuſcriptis, characteres ضيم cum صينم permutentur, modo ſit a conſonante ص punctum diacriticum paullo remotius. *Ab hisce arenis ad*

Abi Jahnes ابي يحنس. Apud Recentiores (modo vt haec ſit lectio genuina) hic locus non occurrit.

q) Niebuhr Itiner. p. 90 vbi haec: Von hier (ſc. Dſjureiſch) an, bis zu der Spitze von Delta iſt an der Weſtſeite des Nils eine ſandigte Gegend. Im Geogr. Nub. heiſst ſie الصينم.

r) Ibn al Vardi l. c. p. 31. vbi ita: رمال الضيم *Remal addhim* ou *ſables de Dhim*; ils ſont ſi extraordinaires, qu'un os qui y eſt enfoui, eſt pétrifié ſept jours après. Si forte quaeras, cur hoc potiſſimum loco earum mentionem fecerit Ibn al Vardi, certi, quid reſpondeam, non habeo. Coniicere poſſes, vel, Interpretem eius gallicum non retinuiſſe methodum ordinemque, quem ſequitur textus MSS., vel ipſum Ibn al Vardium h. l. inſeruiſſe caput quoddam res Aegypti memoratu dignas, mirificasue enarrans. Additum enim huic deſcriptioni legimus hoc: Au midi *d'Aſſouane* il y avoit une muraille qui couvroit tout le pays, elle eſt maintenant ruinée; on la nomme la muraille *d'Adgiouz*, ancienne magicienne &c.

currit. Inter *Dſjureiſch* et *Terâne* catalogus Niebuhrii (l. c.) oppida recenſet quatuordecim. Ad ſonum ſi forte audiamus, proxime ad Abi Jahnes accedunt nomina haec: ابونشابه *Abu Neſchâbe;* ابو خواش *Abu chauâſch;* et الخماس *El achmâs.* Sed comparationem vt inſtituam, a me impetrare nequeo. *Et hinc ad*

Barnut vel *Tarnut s); urbem paruam, adiacentem Canali Sâbur. Nundinae quae ibi celebrantur, aduolantibus ad eas mercatoribus ditiſſimis, ſatis frequentes ſunt. Ibi* porro *reperitur fodina Nitri praeſtantiſſimi, quod inde in regiones vniuerſas deportatur* (vid. ſupra §. 6. p. 345 ſq. de Terrae bonis). *Caeterum ab vrbe Tarnut ad Schantûf* (شنطوف) *interuallum* 50 *miliarium.* Vid. paullo ante p. 427.

II. Iter quod adhuc deſcripſimus, eſt tritum et omnibus viatoribus frequens; iam ſecundam itineris huius partem longe infrequentiorem deſcribit Edriſius, Nilum vel brachium Nili (vt hodie audit) Roſeticum, deſerit, et Canalem *Sâbur* intrat. (vid. ſupra p. 360.) *Brachium iſtud* autem (ita pergit Edriſius) *vbi deuenerit ad arenas al Sinam, diuiditur biſariam; et brachium alterum (quod Sâbur* سابور *audit) excurrens occidentem verſus attingit Tarnut t); tum defluit ad*

Beſiana — Sionita vertit Beſiana. In libro eſt بسيانه; conſonans tertia punctis diacriticis deſtituta. *Ad*

Tanut

s) Lectio nimirum variat. Bis expreſſum inueni برنوط *Barnut;* bis quoque ترنوط *Tarnut.* Lectio *Tarnut*, ni fallor, alteri longe praeferenda. Eſt enim vrbs noſtra eadem, quae apud Recentiores *Terrane* audit. Vid. e. g. VANSLEB nouv. Rel. pag. 225 (verſ. germ. p. 254). SICARD Tom. II. p. 72 et 83. NIEBUHR p. 58. Apud Veteres *Terenuthis* l. *Theremuti* audit. Vid. DITMAR l. c. pag. 56.

t) Tarnut, ترنوط, h. l. ſcriptum eſt; vid. paullo ante.

Tanut, طنوت; *et hinc ad*

Sâbur, سابور, *vrbem, oppido frequenti ſimilem;* Mappa Savarii ad Canalem, qui olim ſeſe in lacum Mareotis exonerauit, adpoſitum exhibet pagum *Schabur*. De vrbe hac eiusque nomine quod apud Veteres obtinuit, vero, videndus eſt D'Anville *v)*; *et hinc ad*

Mehalla aſſida, محلة السيدة; (Sionita exhibet: hoſpitium Aſſeyde i. e. *Domina*) *tum ad*

Raſiâl, رشيال; *tum ad*

Karnata قرنطا; (Sionita effert *Caranta*) *tum ad*

Suk, سوق, [num ſit nomen proprium aut adpellatiuum (*vicus* ſ. *emporium*) iudex ſedere non audeo]; *ad*

Mana, منا; (Sionita exhibet *Menna*) *et hinc ad*

Karnafil قرنفيل. Sionita *Carnafil* cornu elephanti interpretatur. Iter Forskalii terreſtre a Roſette ad Kahira *w)* exhibet locum, quem vocat *Koromfîl*. Interpres eius قرنفيل expreſſit. Ex ſitu autem facile vides, eum eſſe diuerſum a noſtro loco, licet adſint characteres iidem. *Tum ad*

al Carbun, الكربون; *et hinc ad*

Sabar, قرية الصبر, *oppidum;* Sionita exhibet *Sabr* (i. Aloë) *tum ad*

Alexandriam, الاسكندرية. Oppida, quae in hoc itinere occurrunt, mihi ad vnum omnia, ignota ſunt.

Reuertitur Edriſius ad Canalem Sâbur procul dubio (aliud enim flumen non praeceſſit) et ita pergit. (vid. ſupra p. 361): "*In hoc flumen autem neque aqua, neque*

v) D'Anville Mem. p. 71. Sed conf. Hennicke l. c. p. 50.

w) Vid. Forskal apud Niebuhr in Itiner. p. 94.

neque naues ingrediuntur, niſi creſcente Nilo, quoniam os aluei ipſius altius eſt alueo Nili, ita vt aqua non attingat illud, niſi tempore praedicto; alueus enim huius Canalis, ſtatim atque peruenit ad

Tartſuta, ترسوطا, *retorquetur ad plagam orientalem, adeo vt coincidat cum altera parte prope*

Malig (ſic vertit Sionita; in libro eſt مليح *Maleh*; vid. ſupra §. 7. vbi de Canali Alexandriae ſermo eſt, pag. 361 et 362) *fiatque inter vtramque partem*

Bejár بيار, *inſula.* Supra pag. 362. Verba quidem Edriſii in verſione adpono; teſtimoniis autem Recentiorum deſtitutus ea neque firmare, neque refutare, neque emendare poſſim. Alteram huius itineris partem ergo inuitus quidem, dira tamen neceſſitate coactus, in medio relinquo. — Iam de Canali altero, qui ſeptentrionem verſus prouoluitur, vid. § ſeq.

§. 20.

Iter ope Canalis orientalis prope arenas al Sinam originem ſuam trahentis, vel Confinia vrbis Raſchid. (p. 105.)

Deſcripto Canali, qui iuxta arenas al Sinam e Nilo exit et orientem verſus prouoluitur, ſupereſt Canalis alter, qui in ſeptentrionem excurrit, ac cuius deſcriptionem nobiſcum Edriſius communicauit hanc (vid. ſupra p. 362):

Alterius autem Canalis orientalis origo eſt ad arenas al Sinam, qui in ſeptentrionem excurrens demum coniungitur cum altera parte ſibi cognata haud procul a Malig x); indeque pergit ad

Tſana,

x) Exaratum eſt مليح; conſonans ſecunda ſine punctis diacriticis: Sionita iam ante me per *Malig* reddidit. Vid. ſupra §. 7. vbi de Canali Alexandriae ſermo eſt, p. 360 – 362.

Tſana, تسنا, *oppidum mediterraneum*, vt videtur; autores noſtri enim eius mentionem non faciunt. *A Tſana ad*

Cobaiſa. Num Cobaiſa recte translatum ſit, equidem neſcio. In libro enim eſt قبيسة; conſonans, vt videtur, tertia punctis diacriticis caret. Eſtne vrbs *Kabaſa* cuius Ptolemaeus mentionem facit? *y*) *Ad*

Bondaria, البندارية; *cuius e regione eſt*

al Manar, المنار, *et quidem ad litus occidentale* ملج *Malig* (? vid. ſupra §. 7. deſcriptionem Canalis Alexandriae). Edriſii verba non intelligo; Bondaria enim quae ſupra p. 309 adfuit, cum Bondaria noſtra minime, vti ex ſitu colligi poteſt, conuenit. Vocem *al Manar* Sionita quidem per *Candelabrum* explicat; de Pharo Alexandriae autem vix cogitandum. Pergit Noſter: *Ibi coniunguntur iſta duo brachia* (Canales) *et in vnum coaleſcunt.*

Kalib al amâl. Supra Malig (? ملج vid. not. praeced. x.) *eſt oppidum Kalib al 'amâl*, قليب العمال. Sionita habet *Colaib al ammal* et interpretatur *Cor operarii.* Non noui oppidum hoc.

Sah صاه. *Et prouoluitur Nilus verſus ſeptentrionem ad Sah, oppidum quod eſt ad litus orientale.* Eſtne oppidum hoc veterum Sais, hod. Sa? *z*)

Mahalla Schacala. E regione huius (ſc. صاه), *et quidem ad partem occidentalem ſita eſt Mahalla Schacala* محلة شكلا, *interuallo* ١٢ *miliarium.*

Sarni, سرني. *E regione huius ad litus occidentale* (? h. l. eſt في الضفة الغربية; paullo ante fuit

y) Vid. Dittmari Aegypt. ex edit. Paulus p. 58 vbi haec: *Kabaſa*, die Hauptſtadt des Kabaſitiſchen Nomos zwiſchen dem weſtlichen Nilarm und dem thermutiſchen Fluſs.

z) Vid. d'Anville Mem. p. 79.

الجهة الغربية من; non bene capio) *eſt oppidum Sarni;* (vid. paullo poſt: v. *Samdiſe*) *et hinc ad*

Mahalla al Alui, محلة العلوي; Sionita vertit: *hoſpitium Alua. Ad*

* *Fua*, فوة, *15 miliarium intercapedo.* Nomen oppidi huius iisdem characteribus exaratum exhibent Abulfeda et Interpres Niebuhrii. Recentiores, qui de oppido hoc plura tradunt, *Fué*, *Fûa* et *Voy* ſcribunt *a*). Vid. paullo poſt v. *Sendiun.*

Rahab, الراهب. *Diuiditur ibi Nilus in duas partes, quae conſtituunt inſulam al Rahab* (ar rahab). Hanc inſulam non noui; coniicio autem lectionem eſſe adfectam et pro الراهب legendum الذهب inſula *al Dahab*, vel *addahab.* Vanslebii *Geziret Iddahab* pulchre convenit; Leonis *Gezirat Eddehéb* inſula eadem *b*). *In huius inſulae parte extrema ſita eſt*

Sendiun سنديون, *vrbs, eſtque ad latus orientale; a Fua diſtat interuallo 15 miliarium.* Niebuhr *Sendiûn;* Forskal, *Saendiun* efferunt, et eorum interpres سنديون, vti Edriſius *c*); Vansleb pronuntiat *Sindiun d*); Binos autem, per errorem, *Sodion e*).

Samdiſe

a) Abulfeda p. 9. فوة effert. Sed conf. Michaelis ad h. l. not. 90. p. 47 ſq. Vansleb Rel. nouv. p. 172. (verſ. germ. p. 223); *Fuva* effert. Hasselquist effert *Fûa;* Niebuhr Itinerar. pag. 58 effert *Fué* et p. 85. "فوة *Fué.* Bey dem Herrn von Breidenbach *Voy.*" Forskal apud eundem p. 93. 'فوة *Fûa* &c. Solus eſt, vt vidimus, Abulfeda qui duplicari *Vau* voluit. Forte a parte eius eſt Leo qui p. 682 *Fuoa* effert. vid. not. ſq.

b) Vansleb ll. cc. Leo l. c. "Ex aduerſo praedictae ciuitatis (Fuoa Idem Vansl.) Inſulam Nilus efficit &c.

c) Niebuhr Itiner. p. 85 et 93.

d) Vansleb Nouv. Rel. p. 172. (verſ. germ. p. 224.)

e) Binos l. c. pag. 100. "Die Nil-Dörfer *Dirut* und *Sodion*" i. *Deirut* et *Sendiun.*

Samdiſe سمديسي. *Reſpicit Sendiun ex parte occidentali oppidum Samdiſe, inter quod et Sarne intereſt ſpatium 15 miliarium.* Caetera, quae ſequuntur, vid. ſupra p. 339 vbi de Lacubus egimus.

§. 21.

Iter à Samdiſe ad Raſchid. (p. 106.)

Breue hocce iter ab Edriſio his verbis deſcribitur: *Vt vero deſcendas ad Rùſchid, et quidem per Canalem Nili principaliorem, e*

Samdiſe, سمديسي, *perges ad*

al Hâſer, الحافر, *oppidum, interuallo 20 miliarium.* Vt ex ſequentibus apparet, litori occidentali adpoſitum eſt oppidum Haſer. Pergit nimirum Edriſius:

Netuis al ramân, نطوبس الرمان, *oppidum, ſitum eſt e regione Haſer et quidem ad litus* Canalis *orientale.*

al Hadidia, الحديدية. *Et ab oppido Haſer ad Hadidia, oppidum populo frequens, 15 miliarium intercapedo.* Sionita habet *Giodaidia;* at in libro non eſt ج ſed bis ح, ergo non *Dſchim* vel G; ſed bis *Hha.* *A Hadidia* ad

Raſchid, رشيد. Vid. paullo poſt §. 22. De vrbe hac *hodie* celeberrima, quae apud Arabes *Raſchid*, apud Recentiores plerumque *Roſette* vocatur, Edriſius, (vel potius Edriſii epitomator) nihil fere niſi nomen nobis conſeruauit. Itaque plura de ea reſcire cupientes adeant commentaria Itineratorum noſtrorum infra in not. laudanda *f*).

Caete-

f) Cf. Abulfeda pag. 27. et nott. Michaelis ad l. c. n. 235 ſq. pag. 111 ſq. Leo p. 678. (*Raſid*, quae *Roſetum* Latinis); Monconnys p. 193 (*Rouſſet* effert); v. Troilo p. 598 (*Reſchit*, vormals *Schida*); Arvieux Tom. I. p. 193. (*Rechid* pronuntiat); P. Lucas I, 1; p. 30. III, 1, p. 306. Fava p. 341. Shaw verſ. germ.

Caeterum oppidorum paullo ante commemoratorum apud Itineratores, quos inſpexi, recentiores (quod mireris) nulla fit mentio; phraſis Edriſii autem (ſc. معظم الخليج) niſi me omnia fallunt, Nilum, vt hodie loquuntur, Roſeticum, ſignat; via ergo viatoribus noſtris frequentiſſima. Apud Niebuhr quidem occurrit *Dſjedie* جديه, num autem vnquam cum Hadidia comparari poſſit? ſubdubito.

In confiniis tandem vrbis *Raſchid* procul dubio quaerenda ſunt oppida duo, quorum iam ſupra g) §. 5. p. 339, vbi de Lacubus ſermo nobis fuit, mentionem fecimus. Sionita eorum vocat alterum *Mabdavin* (vel *Mabdiun*) et *Samunes* alterum. Textus typis deſcriptus nomina exhibet adfecta, ſcil. مبديون; vbi conſonans ſecunda puncto caret diacritico; et سمونس, vbi conſonans quarta puncto diacritico deſtituta eſt. Nomina haec in mappis et Itineratorum commentariis, quos etiam inſpexi, nusquam occurrunt. Coniecerim fere pro مبديون *Mentubes* vel *Mtûbes* eſſe legendum. Ita nimirum effert Niebuhr nomen loci, quod Interpres eius مطوبس pronuntiat. Sed ſibi non conſtat; Forskalii *Mtûbes* enim idem امطوبس exprimit h). Reſtat سمونس; pro quo legendum putauerim سنديون *Sendiun*,

Ee 2 oppi-

germ. p. 253. (*Rozetto* vel *Raſſid*). HASSELQUIST p. 68. BINOS p. 98. MAILLET p. 99 ſq. POCOCKE Tom. I. p. 22. NORDEN p. 53 et 73. TOURTECHOT p. 409. NIEBUHR Itin. Tom. I. p. 56. SAVARY Tom. I. p. 37. E. W. MONTAGUE in Minerua l. c. p. 54. BRUCE Tom. I. p. 88. et ſic porro.

g) Verba EDRISII l. c. *Ex praecipuo iſtius brachii alueo alluente Raſchid, infra* (l. c. mendoſe legitur *intra*) *M... et S... et infra Fua, ac ſupra Raſchid, effluit brachium Nili excurritque ad aluenm cuiusdam lacus, qui, maritimas oras attingens, eatenus protenditur occidentem verſus, vt inter ipſum et Alexandriam remaneat ſpatium circiter ſex miliarium.*

h) Vid. NIEBUHR Itiner. p. 85. et FORSKAL apud eundem l. c. p. 93.

oppidum, haud longo interuallo ab vrbe Fua diſſitum (vid. paullo ante §. 20). Sunt forte qui malint rem inuertere proque مبديون legere سنديون et مطوبز vel امطوبس pro سمونس. Olim in mentem venit vertendum eſſe *Mendes* et *Smuis* (pro Thmuis; Th enim litera quoque ſibilans); ſed diſtantia nimia et ipſe contextus coniecturam hanc eſſe reſpuendam abiiciendamque ſatis ſuperque demonſtrant.

§. 22.

Iter a Raſchid ad Alexandriam. (p. 106.)

Edriſio autore *diſtat Raſchid ab vrbe Alexandria* 60 *miliaribus.* Per errorem Sionita vertit: a Raſcid (ita nimirum vrbis huius nomen effert) ad vrbem Alexandriam habetur 40 M. P. Textus arabicus enim exhibet ميلا ستون; idem quoque numerus facta computatione emergit; vid. paullo poſt et not. x. excerptum ex Vanſlebio.

Multum ab Edriſio, ſed ſuo iure, differt Abulfeda *i*) ſcribens: ورشيد بليدة صغيرة وهي عن الاسكندرية على مرحلة قوية وهي شرقي الاسكندرية i. e. eſt autem Raſchid oppidum paruum [hodie vrbs celebris *k*)], magno ab Alexandria diei itinere, ei ab oriente ſitum. *Magno diei itinere* quidem dicit; at — ſi quidem Edriſius, quod tamen negauerim, vera retulit — 60 miliaria = 20 hor. vix, ſi quid iudico, diei vnius itinere, aliquis abſoluere poterit *l*).

Propius

i) ABULFEDA p. 27 et 28.

k) Cf. inprimis NIEBUHR l. c. p. 56. et SAVARY Tom. I. p. 37.

l) Probe cum Abulfeda facit KORTES, ſcriptor omnino fidus et integer. Vid. PAULUS Collect. Itin. T. II. p. 37. (ed. orig. p. 24.) Den 24. März, ait, reiſete ich von Alexandrien nach Roſetto ab. *Es iſt eine gute Tagereiſe dahin*, durch ein ganz ebenes wüſtes Land. Der Wind ſpielt mit dem Sande, daſs keine Spur noch

Weg

Propius cum Abulfeda ad veritatem accedit, autor libri Azizi vocati, tradens: ومنها علي ساحل البحر الملح الي الاسكندريه ستة وثلاثون ميلا a Raſchid ad Alexandriam iuxta litus maris proficiſcenti iter eſſe 36 miliarum (= circiter 12 hor.). Is fere cum Vanslebio concordat; vid. paullo poſt not. x Marmolio autore 7 miliar. (lieuës) ab Alexandria diſtat *m*) et teſte Troilo 8 miliaria german. *n*).

Iter vero (a Raſchid ad Alexandriam) *ipſum*, teſte Edriſio, *eſt eiusmodi: A Raſchid perges ad*

Ramal, الرمال i. e. *arenas o*); *inde ad*

Bukir, بوقير, 30 *miliaria*. Bukir Edriſii eſt, ni fallor, *Bochyris*, vrbs, de qua Leo *p*) ita ſcribit: "Fuit vetuſta haec et exigua ciuitas quondam ad maris mediterranei oram aedificata, octo ab Alexandria in Orientem paſſuum milibus: verum noſtro ſeculo deſtructa, moenium ſaltem veſtigia reſeruat etc." P.

 Lucas

Weg zu ſehen iſt. Man reiſet vorerſt bey *ſechs* Stunden längs der Seeküſte; von da an aber, wo man dieſe verläſst, ſind ohngefähr noch *vier* Stunden bis nach Roſetto, (ſumma ergo = 10 hor.) und ſo weit bis an die Stadt ſtehen hohe, ſteinerne, aufgemauerte Pfeiler in einer Linie, nach welchen man die Reiſe einrichtet &c.

m) MARMOL Tom. III. p. 276 ſq.

n) v. TROILO p. 599.

o) Non diſſentiunt ab EDRISIO, autores, LEO, NIEBUHR &c. LEO nimirum p. 678 opportune ita refert: Circum ciuitatem (ſc. *Bochyris*) nihil agrorum videas, praeter *campos arenaceos* ad Nilum vsque fluuium. NIEBUHR Itin. p. 55 ita tradit: Sie (ſc. comites NIEBUHRII) reiſeten auf Pferden und Eſeln *durch eine ſandigte Gegend*, wo man nichts merkwürdiges findet, als 10 bis 12 gemauerte Pfeiler, die den Reiſenden den Weg zeigen bis Raſchid. Vid. paullo poſt, not. x. BRUCE Tom. I. p. 87. vbi haec: Von der Ueberfarth an lief der Weg beſtändig *durch einen trockenen Sand*, und wir muſsten oft um einen feſten Grund zu finden, mit den Pferden bis an den Gurt in die See reiten &c. vid. infra not. x. VANSLEBII not. in fine. TROILO p. 599. LUCAS III, 1, p. 288. KORTES l. c. et POCOCKE Tom. I. p. 22.

p) LEO p. 678. Add. MARMOL. Tom. III. p. 277.

Lucas pronuntiat *Beckiers q)*; Niebuhr effert *Bikkir, Bueqir, Abukir;* Forskal, ابوقير *Abuqir r)*; Shaw, *Bikir* ſcribit *t)*. Faua, per errorem (niſi operarum vitium) *Barka* pronuntiat *s)*. Apud Bruce, *Aboukeer* audit *v)* etc. Caeterum *Bukir* eſt veterum *Tapoſiris w)*. Edriſius pergit: *tum ad*

al Kasrin القصرين i. e. *duo caſtella*; *denique, ſpatio item* 30. *miliarium interiecto; ad*

Alexandriam الاسكندرية, de qua vrbe vid. ſupra §. 7. p. 346-363.

De itinere terreſtri procul dubio interpretanda ſunt verba Edriſii; duplex nimirum iter inſtitui poteſt ab Alexandria ad vrbem Raſchid; terreſtre alterum, alterum nauigiis. Cupientibus forte recentiorum commentaria cum itinere ab Edriſio paullo ante deſcripto, comparare, ne deſim, colligo eorum deſcriptiones, ita vt not. x. inueniant, vnde animo curioſo ſatisfaciant *x)*.

§. 23.

q) P. Lucas I, 1, p. 29.

r) Niebuhr Itiner. p. 55. et Forskal apud eundem p. 92.

s) Fava l. c. p. 340. Als wir nun an einen Arm des Nils gekommen waren, welcher bis nach *Barka* gehet, ſo kehrten wir für 2 Meidins in einer ſehr groſsen Behauſung ein, ſo wie ſie in der Türkey gewöhnlich zu ſeyn pflegen, und gegen Mittag langten wir in der Stadt Roſette an.

t) Shaw p. 253.

u) Pococke Tom. I. p. 19. Etwa 12 Meilen von Alexandrien liegt *Abukir* das *Bikiere* der Europäer &c.

v) Bruce Tom. I. p. 85.

w) Ditmar l. c. p. 48.

x) Iter terreſtre prae aliis ſuſcepit deſcripſitque Vansleb (nouv. Rel. p. 177. verſ. germ. p. 226). Verba eius ita ſonant: Nous arrivâmes au trajet, que les Mores appellent Maadié [ibi in diuerſorio quodam ab ipſo *Han* (melius *Chân*) vocato, vires refecit]. Il y a de Roſette à Alexandrie tout au moins dix heures de chemin pour un homme de cheval (Edrisio autore, qui autem, ni fallor, de viatore per pedes iter faciente loquitur, duplum fere tempo-

§. 23.

Iter ab vrbe Meſr ad Segelmeſa vrbem. (p. 106.)

Iter hoc ſupra p. 148 iam deſcripſimus. Loca, quae ibi occurrunt maximam partem incognita ſunt; et non niſi vnum vel alterum exhibet mappa D'Anvillii ſaepius iam laudata. D'Anvillius ipſe autem verſionem Sionitae dum eam delinearet, in ſubſidium vocauit; ex Edriſio ipſo ergo deſumta videntur loca, quae ibi expreſſa deprehendimus.

§. 24.

Iter ab vrbe Meſr ad Bagdad. (p. 107.)

Non tam iter, quam potius diſtantiam inter vrbes laudatas notare voluit Edriſius; ſed quum, non vbi de vrbe Meſr egit (vid. ſupra §. 8. p. 363 ſq.) ſed ſeparatim et vbi itinera deſcribit, eam produxerit

 autor

temporis requiritur). On en fut une bonne partie le long du rivage de la mer (vid. paullo ante verba autoris libri Azizi vocati); de ſorte que les montures ont pendant un long trait de chemin, les pieds dans l'eau. Le Pays eſt ſi uni, qu'il n'y a aucune incommodité pour les voyageurs; & à la reſerve du Han (*Chan*), qui eſt à la moitié du chemin, on ne trouve point de village, pas un arbre, pas une herbe, & ce n'eſt qu' une campagne vaſte, ſterile & ſablonneus. Sed inprimis audiendus eſt FORSKAL, qui de via ab vrbe Alexandria ad vrbem Roſetto hancce deſcriptionem nobiſcum communicauit. Verba eius apud NIEBUHR (Itiner. p. 92) ita ſeſe habent: *Soebachat arama* سبخة عراما ein kleiner Landſee, ابوقير *Abuquîr*, ein Caſtell. سد *Soedd.* المعدية *Madie*, ein Landſee. الزاويه والشيخ حصر *Zavioe,* ein Dorf bey *Schech Haſar.* أوقوي *Otkui.* العلامات *Alamât* oder eilf gemauerte Pfeiler am Wege. Cf. FAVA l. c. p. 340. Viam eandem deſcribunt P. LUCAS III, 1, p. 288. v. TROILO p. 599. POCOCKE Tom. I. p. 21. 22. KORTES (in collect. Itin. quam PAULUS curat, Tom. II. pag. 37.) paullo ante not. *l.* BRUCE Tom. I. p. 85.

De Itinere maritimo vid. P. LUCAS I, 1, p. 29. VANSLEB nouv. Rel. p. 213. (verſ. germ. p. 247.) HASSELQUIST p. 67. NIEBUHR p. 55. BRUCE l. c. Iter hoc nimis periculoſum depingi a BRUCIO, ex teſtimoniis autorum, quos modo laudauimus, facile apparet.

autor noſter; peculiari ſectione et ego eandem producere decreui. Edriſii nota ita ſeſe habet: *Similiter ab vrbe Mesr ad Bagdad*, بغداذ, *interuallum* 570 *paraſangarum i. e.* interprete Edriſio, 1710 *miliarium.* De vrbe بغداذ (vel, vt alii efferunt, بغداد) conſulendus inprimis A. Schultenſii Ind. geogr. et Büſchingii Aſia *y*).

§. 25.

Iter ab vrbe Mesr ad vrbem Iatſreb (p. 107),

vulgo *Medina.* Itinera ab vrbe Kahira (Cairo, vt vulgo audit) ad vrbem Meccam, peregrinatoribus religioſis trita, deſcribunt quidem Pococke et Schaw *z*); ſi vero vnquam inter ſcriptores rem eandem pertractantes, fuerit diſſenſus, inter autores vixdum laudatos ſane deprehenditur maximus. Et itinera (duplicem enim viam ad vrbem hanc patere, ſtatim videbimus) quae ab Edriſio noſtro delineantur, ipſa quoque ita ſunt comparata, vt vix oppidorum ex illis quae Geographus noſter Arabs attulit, vnum vel alterum apud autores Anglos retegatur. Iter ergo eſt quaſi quadrigeminum; aliud enim eſſe videtur quod deſcribit Shaw; aliud, quod Pococke delineat, Edriſius autem de induſtria geminum proponit. Vnde autem hic diſſenſus ſuam ducat originem, me quidem fugit; vix enim mihi perſuadeo, ſolere peregrinatores religioſos, quotannis non dicam, aliquo tamen temporis ſpatio interiecto, per aliam et aliam viam incedere; vix etiam de lectionis variatione, nominumque adeo permutatione eſſe cogitandum equidem exiſtimo. Sine vlla praefatione ergo alia

y) Schultens l. c. v. *Bagdadum.* Büschingii Aſia ed. III. p. 202.

z) Vid. Pococke Tom. I. tab. Shaw verſ. germ. p. 413. Quibus adde Niebuhrium, viam ab vrbe Kahira ad Sues deſcribentem, p. 213 ſq. et v. Troilo p. 376.

alia; ad rem ipſam me conuerto et Edriſium, iter primum deſcribentem, in medium produco. Verba eius haec:

Via, quae ducit a Meſr (Foſtat) *ad Iatſreb* (يثرب) *eiusmodi eſt: Egredienti ſcilicet ex vrbe Meſr primo tibi obuiam faciet*

al Gab الجب, hod. *peregrinatorum lacus*; vid. initium §. 26. vbi ſub nomine *Birket el Gab* denuo occurrit. *Tum perges ad*

Buiab, البويب; Sionita per *oſtiolum* interpretatur. Eſt forte Veterum *Buto*, vrbs Arabiae, hod. *el Bueib a*). *Tum ad*

Manzel (i. e. hoſpitium) *Ibn Sadka* منزل ابن صدقة *tum ad*

Agerud, عجرود. In Itinerario Niebuhrii occurrit *Adsjerud* vel *Akrud*, caſtellum paruum, Turcis quod pertinet hodie *b*). P. della Valle *Agiurd* pronuntiat *c*);

 Poco-

a) Vid. D'ANVILLE Mem. pag. 119 ſq. HENNICKE l. c. pag. 72. SCHLICHTHORST l. c. p. 84.

b) NIEBUHR Itin. l. c. ita habet: Am 30. Auguſt brachen wir des Morgens um 1 Uhr auf, und giengen von *Taia*, in 4 Stunden 45 Minuten bis zu einem ganz zerfallenen türkiſchen Caſtell, *Adſjerûd* oder *Akrûd*, wo man trinkbares Waſſer findet &c. Caſtellum hoc ex computatione NIEBUHRII ab vrbe *Kabira* diſtat hor. 28. min. 40.

c) Vid. NIEBUHR l. c. vbi nota haec: Pietro della Valle bemerkt von dieſem Caſtell in ſ. XI. Brief p. 252. Le ſoir du 17. Dec. 1615 nous cheminames un peu dans la nuit pour tacher de camper au pied des murailles d'un chaſteau, apellé *Agiurd*, que les Turcs ont bati depuis quelques annees pour la ſureté du chemin & pour la conſervation d'un grand puits plein d'eau, qui eſt en ce deſtroit, & dont Belon fait mention ſans parler du chaſteau, parceque de ſon temps il n'y en avoit point. [Nota autorem hunc de Caſtello; non autem de oppido vel *puteo* (infra §. 26. enim voci عجرود addit EDRISIUS vocabulum جب) huius nominis ſermonem habere]. His addit NIEBUHR; Wegen des erwähnten Brunnen lagern die Pilgrime noch jetzt bey *Adſjerud* &c.

Pocockius effert *Adjerute d)*; Shaw, *Adjeroute e)*. *Tum ad*

Rovaitſa, الرويثة. Büſchingius memorat *Rouaitha* et *Caze* vel *Chezi*, pagos, in via a Mecca ad Sana ducente, ſitos. *Forte* iidem cum *Rovaitſa* et *Carſi f)*. *Tum ad*

Carſi الكرسي; vid. paullo ante. Recurrere *videntur* oppida *Rovaitſa* et *Carſi* p. 46 et 48. verſ. lat. Pag 46 ita tradit Edriſius: *Ab hoſpitio al Sokia* (h. l. exaratum eſt السقيا; ſaepius autem السقيه *al Sofia*. Sionita vbique *Socqia* effert) *ad Rovaitſa* (الرويثة) *interuallum* 36 *miliarium. In Rovaitſa ſunt lacus* (برك) *quatuor; eſtque locus aedificiis ſatis frequens. A Sabâla* (سبالة) *diſtat* 4 *miliaribus*. Pag. 48 deſcribit Noſter Iter ab vrbe Mecca ad Sanaa, et inter alia habet haec: *a Mecca perges ad Serain; tum ad Carnalmanázal, tum ad Sofr, tum ad Caze oppidum populo-frequens, palmis abundans et fontibus excurrentibus irriguum*. Differt quidem ſcriptura; non enim eſt كرسي, vti paullo ante; ſed كزي. Locus autem quin ſit idem, vix dubium; pergit enim Edriſius: *tum ad Rovaitſa* (الرويثة) *oppidum magnum, abundans palmis et fontibus diffluentibus conſpicuum*. Num autem lectio كرسي vel كزي ſit verior decidere non audeo. Büſchingius ſequitur

d) Pococke Tom. I. p. 198 ita refert: Adjerute iſt ein viereckigtes Caſtell, worauf eine Beſatzung von Soldaten iſt. Es wird für das alte Heroopolis gehalten. Es liegt von Cairo 480 *Deraies* (menſura eſt, qua vtuntur peregrinatores Meccani; vid. not. ſequ.) wovon 15 auf eine Stunde gehen, welches alſo 32 Stunden ausmacht. Nach meiner Rechnung waren es nur 29 Stunden. (Niebuhr, vt paullo ante vidimus, habet hor. 28. min. 40.)

e) Shaw p. 413. *Adjeroute* 200 Deraies von *Dar el Sultan*. Nota 4 idem vocem *Deraje* ita interpretatur: Eine *Deraje* iſt vier Minuten einer Stunde gleich. Non intelligo; forte: iſt der 15te Theil einer Stunde.

f) Büsching l. c. p. 637.

ſequitur Sionitam, qui *Caze* quoque pronuntiat; lectionem alteram (modo vt locum eundem deſignent *Caze* et *Carſi*) Carſi, vel Kerſa, vti Sionita effert, vel ignorauit, vel in eam non attendit. *Tum ad*

Hafar الحفر; *tum ad*

Manzal i. e. hoſpitium (quoddam), منزل. Quid ſub voce *Manſale*, vel *Manzale* intelligendum ſit, ex Niebuhrio diſces *g*). *Tum ad*

Abla, ابلة. Sionita exhibet *Ayla*; textus arabicus manifeſto vult *Abla*. Infra §. 26. occurrit الابلة; conſonans quarta punctis diacriticis deſtituta. Initio Clim. III. ſect. 5. denuo occurrit Abla (الابلة ſcriptum); Sionita autem hoc loco rurſus *Ayla* reddidit; et, niſi me omnia fallunt, bene ſeſe habet haec verſio. Putem nimirum locum *Akaba*, qui Aila olim nomen geſſit, in animo habuiſſe Edriſium; et hic ipſe ſitus eſt in via, qua incedunt Peregrinatores Meccani *h*). Reſcribendum ergo ايلة, et الايلة. *Tum ad*

Gaal, جعل; *tum ad*

Madin, مدين (ita ſcriptum occurrit et h. l. et paullo poſt et initio Clim. III. ſect. 5); *tum ad*

Aara الاعرا; *tum ad*

Manzal i. e. hoſpitium (quoddam, منزل); *tum ad*

Caldia, الكلدية; *tum ad*

Schaab

g) Vid. NIEBUHR Itin. p. 113 et 117 vbi haec: *Manſale*, منزلة, d. i. ein Haus, wo Reiſende gewiſſe Tage umſonſt unterhalten werden, wenn ſie nach der Gewohnheit des Landes vorlieb nehmen wollen, nehmlich mit einem ordinairen langen Stuhl (Serîr), in einer gemeinſchaftlichen groſsen Hütte, mit *Kiſcher*, warmen Brod von Durra, und Kameelmilch oder Butter. Man kann ſich vorſtellen, daſs es in einer ſolchen *Manſale* niemals an Reiſenden fehle &c.

h) Vid. BÜSCHING l. c. p. 621 ſq. et infra §. 62.

Schaab شعب. Sionita effert *Sciab*. *Tum ad*

Beida البيضا. Büſchingius quidem deſcribit locum Beida nomine; ſed vix conuenit *i*). *Tum ad*

Vadi al Kari, ودي القري; denuo occurrit initio ſectionis ſequentis. Vid. paullo poſt *Iatſreb*. Sionita pronuntiat Vadi-alcqora et *vallum pagorum* interpretatur. Büſching effert *Wadilkora k*). Edriſio autore (p. 110) *arx Hager* حجر (Hadſchr) *a Vadi al kari abeſt ſtatione vna*. *Tum ad*

Rahiba الرحيبه; infra (vid. *Iatſreb*) occurrit الرحبة *Rahaba*. *Tum ad*

Di al Merua ذي المروة; Infra, vbi caſtella quaedam recenſentur (vid. Jatſreb) occurrit ذو المروة, quod forte cum *Di al Merua* idem. *Tum ad*

Martſom, مرثم *l*). *Tum*

Suida السويدا. Sionita effert *Souaida*. Büſching hunc locum memorat praeeuntibus Jacuti et autore noſtro *m*). *Tum ad*

Di Chaſchab ذي خشب. Sionita h. l. effert *Dhichoſciob*. Pag. 47. verſ. lat. occurrit حسب *Haſab*. Sionita reddit *Choſciob*. Licet deſit vocula ذي; et loco خ legatur ح, tamen pro vno eodem loco Di Chaſchab et Haſab equidem ſumſerim. Autore Edriſio (p. 47) *ab vrbe Medina* (Jatſreb) in via quae ducit Giddam, *abeſt ſtatione vna; ſtatione item vna a puteo* Arib (vid. infra §. 26. v. *Har* ſ. *Gar*.) — *Tum ad*

Iatſreb يثرب, مدينة, *vrbem*. Vulgo audit *Medina* vel *Mădinah* i. e. vrbs, per excellentiam, procul dubio,

i) Büsching l. c. p. 697.

k) Büsching l. c. p. 626.

l) Sionita ſilentio praetermiſit loca *Rahiba*, *Di al Merua* et *Martſom*.

m) Vid. Büsching l. c. p. 640. *Suwaida* effert.

dubio. Vrbem primariam enim apud Arabes مدينة vocari, res eſt nemini non nota. Saepius venit ſub nomine Medina al Naby i. e. vrbs Prophetae *n*) Edriſio autore (pag. 45. verſ. lat. Sola autem verba Edriſii adſcribo h. l. et in ſequentibus; oppida enim, quae iam in cenſuram veniunt non ad Africam pertinere ſed ad Aſiam, inter omnes ſatis conſtat) *via recta decem fere ſtationibus* (quae monente Edriſio in fine Itineris deſcripti = 270 miliar.) *ab vrbe Meccâ diſſita eſt Iatſreb.* Iter hoc l. c. vberius deſcribit Edriſius; quae ex deſcriptione itineris laudati ad nos pertinere videntur pauca, ſunt, ſcil. *A Schagra* الشجرة *ad Medinam ſex miliarium intercapedo. Schagra autem eſt* (ميقات) *locus vbi conueniunt* (ſ. *vnde exeunt*), *ex incolis Iatſreb, qui ad Templi Meccani ſolemnia profecturi ſunt.* Caet. vid. infra §. 26. v v. *Aſſan*, *Batn Mor* et *Hadid* vel *Kadid. Patet*, (vti p 46 ſq. monet Noſter) *etiam alia via et quidem per montes ab vrbe Mecca ad Medinam, quae obliqua eſt.* Ex huius itineris adumbratione, quae huc pertinent, iam adſcribo. *Medina palmis circumdata eſt quamplurimis craſſorum feracibus dactylorum, quibus vitam ſuam ſuſtentant incolae ſementibus et armentis omnino deſtituti. Potum iis miniſtrat fluuiolus, quem a parte orientali ex magno quodam fonte* — qui, (autore Barthema apud Büſching) Bedhaat vocatur — *duxit ad latus vrbis ſeptentrionale Omar Ben Chattab per Canales in ipſa effoſſas. Magnitudo vrbis Iatſreb aequat mediam partem Meccae. Aquam ad irrigandas palmas et ſementem* (ſi quam habent; antea enim incolas ſementibus carere retulit Edriſius) *ſerui e puteis exhauriunt. Bakbâ al arkad o*) *eſt extra portam Medinae ad orientem. Et ſex miliaribus procul ab vrbe et quidem a parte ſeptentrionali eſt mons Ohod* (احد)

n) Büsching l. c. p. 638 ſq.

o) In libro eſt بقيع الغرقد Sionita effert *Bacqye-Igharcad.*

(احد) *vrbi omnino proximus, eminens in hac terra, ac refertus multis ruribus et pagis ad incolas Medinae pertinentibus. Quatuor miliarium interuallo ab Vrbe, ex parte ipſius meridionali, in via quae ducit ad Meccam, eſt flumen,* quod vocatur *Vadi al atik p), cuius ripas agri et palmae diſcriminant. Inter Medinam et mare intereſt ſpatium trium dierum.* — Vid. infra §. 26. v. *Har* vel potius *Gar.* Iam deſcribit *Iter à Medina ad Gidda;* vid. paullo ante *Di Chaſchab* et infra §. 26. *Har* vel *Gar.* Tandem p. 48 recenſet Noſter caſtella vel pagos Medinae ab ea denominatos, ſcil. *Taima,* تيما; *Duma al Genadel,* دومة الجندل; *Fara* (Sionita: Alfere) الفرع; *Du al Merua,* ذو المروة (Sionita: Dhu Jmoruat; paullo ante adfuit Di Merua); *Vadi al kari,* وادي القري (vid. paullo ante); *Madin,* مدين (vid. paullo ante et infra §. 26); *Chaibar,* خيبر; *Fadac,* فدك; *Kari Arina,* قري عرينة (Sionita: Cqere-Arinae); *Vahida,* الوحيدة; *Saiara,* السيارة; *Rahaba,* الرحبة (Sionita: *Rohba;* ſupra adfuit Rahiba q. v.); *Saiala,* السيالة; *Sabana* ( ); *Rahat,* راهط; *Arab,* عراب (Sionita: *Adhab;* male); *al Achal* الاكل *et Hamia* الحمية *q*). Adde p. 55 vbi haec: *Medina abeſt a Taref* (الطرف) 15 *miliaribus.*

§. 26.

Iter ab vrbe Mesr ad vrbem Mecca. (pag. 107.)

Via, quae ducit ad Meccam, *altera,* monente Edriſio, *iuxta litus maris Kolzom* ſeu ſinus arabici, *pergit,* eſtque eiusmodi: *Ab vrbe Mesr* (Foſtat) *ad Ainſche-*

p) Impreſſum habet وادي العتيق. Sionita reddit *Vadi-laacqic;* ſed eſt ت non ق.

q) Maximam horum caſtellorum partem memorat quoque Büsching l. c. p. 640. Edrisius ipſe vnum vel alterum [illegible] deſcribit, ſed earum deſcriptio nihil ad nos.

Ainſchemes عين شمس; vid. ſupra §. 8. p. 378. *Tum ad*

Matarea, المطرية, *pagum*. Nihil, niſi nomen, ex Edriſio patet; recentiores autem eum vberius deſcribunt. Leo eum vocat *Amalthria r)*; Abulfeda, et Sike in Euangelio infantiae; iisdem literis arabicis efferunt *s)*. Reiskius, per errorem, ni fallor, exhibet *Mothwaijah*; Cod. Leid. enim non habet مطوية, ſed, vti lucide apparet ex Schultenſii Ind. geograph. v. *Misr*, manifeſto مطرية. Situm pagi huius, prae caeteris, praeclare diſtinxit Niebuhr *t)*; autores enim alii ſitum oppidi Ainſchemes cum ſitu pagi Matarea quodammodo commutant. *Tum ad*

Birket al Gab بركة الجب. Supra §. 25. adfuit الجب ſine voce بركة quae *Lacum* ſonat. Edriſio autore *Gab eſt ſtagnum* (quoddam), *in quo perit Canalis Kaherae*. Vid. ſupra §. 8. p. 378. Iam lacus, quem h. l. in animo habet Edriſius, Itineratoribus ſatis eſt notus; vulgo audit *Birket el Hadſchi* (i. e. Lacus

r) Leo p. 696. Vid. ſupra §. 8. p. 379. *Amalthria* forte eſt vitium typographicum; et lectio verior *Amathria*.

s) Abulfeda p. 34. Sikes l. c. p. 68. Verba Euangelii huius excerpſit Michaelis ad Abulfedam l. c. not. 281. p. 131.

t) Niebuhr Itin. p. 98. Die Lage der Stadt Heliopolis, ait, iſt von den ältern und neuern Erdbeſchreibern ſo genau beſtimmt worden, daſs man darüber wohl nicht mehr zweifelhaft iſt. *Man ſieht ihre Ruinen nah bey einem Dorfe Matâre*, nach Nordnordoſt, etwa zwey Stunden von Kahira oder drey Stunden von Foſtat oder Mesr al atik &c.

Plura ſi forte de vico hoc celebri reſcire cupias, adi e. g. Vansleb (nouv. Rel. p. 229-236. verſ. germ. p. 256 ſq. *Ma Tarea* effert). Fourmont pag. 87. Pococke Tom. I. pag. 38. Savary Tom. I. p. 96. . . . kleine Dorf *Mhtaree*, welches dieſen Namen führt, weil es eine *Quelle ſüßen Waſſers* hat. His verbis addit notam hanc: Die Araber nennen es *Mataree* oder auch *Ain Chams* (Ain ſchemes), *Sonnenquelle*, weil es nahe bey dem alten Heliopolis liegt. Hoc falſum; et vnde deſumſerit Savary, me quidem fugit. Vid. not. ad Savary Tom. I. p. 330.

Lacus peregrinatorum religioſorum Meccam petentium) *u*). Caeterum, quae de oſtio Canalis Kahirae exhibet Noſter, bene ſeſe habent, id quod ex teſtimoniis autorum recentiorum ſatis ſuperque apparet. *Hinc ad*

Agerud, جب عجرود, *puteum v*). Supra §. 25. iam adfuit; ſed ſine vocabulo جب. Pergit Noſter: *Tum ad*

Aguz, جب العجوز, *puteum*. Teſte Niebuhrio *w*) hodie *Bir Sues* (Bir *puteum* ſonat) audit. *Tum ad*

Kolzom, القلزم. Procul dubio vrbem huius nominis, quam p. 108 et 109 verſ. lat. fuſius deſcribit, etiam h. l. in animo habet Edriſius. Iam ſi, quae ll. cc. leguntur, huc reuocemus, rem ſuſcipimus a ſcopo et inſtituto noſtro haud, opinor, alienum. Sunt autem haec:

Inter

u) Audiendus de lacu hoc inprimis NIEBUHR, qui p. 120. Itin. haec de illo refert: *Birket el Hadſj* iſt vier Stunden nach Oſten von Kahira. Ein ziemlich groſser inländiſcher See, der ſein Waſſer vom Nil erhält, und den man deswegen ſo nennt, weil die Pilgrime ſich hier jährlich bey ihrer Abreiſe verſammeln, und bey ihrer Rückkunft wieder auseinander gehen. Cf. Idem p. 217. Add. FOURMONT p. 20. TOURTECHOT p. 380. . . . Der Canal formiret ſieben oder acht kleine Teiche in der Stadt und in den umliegenden Gegenden, er bewäſſert die daran liegenden Felder, und ergieſset ſich in den Pilgrims-See drey Meilen von Cairo. VOLNEY Tom. I. p. 166. . . . Canal, der noch jetzt bey Cairo vorbey geht, und in den Nordweſtlichen Feldern des *Birket el Hadj*, oder des Pilgerſees ſich verliert. Omitto autores alios; omnes enim amice inter ſe conueniunt.

v) VOLNEY Tom. I. p. 166. *Adjeroud* pronuntiat. Vid. ſupra §. 25. et not. ſq.

w) NIEBUHR p. 217 vbi haec: "Der Scherif Eddris nennt p. 107 in der Geogr. Nub. *Birket el hadſj*, Lacus algiob; *Adsjerud*, puteus Agerud; *Bir Sues*, puteus Agius; *die Ruinen bey Sues*, Calzem (cf. MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 255. p. 117); und p. 108 ſagt er, Inter mare rubrum et Mesr intercipitur ſpatium nonaginta miliarium." Ita nimirum (vti paullo poſt v. Kolzom videbimus) ſonat verſio SIONITAE. — Caeterum l. c. habet NIEBUHR: Von *Bir Sues* brauchten wir noch *eine Stunde* bis zu der Stadt *Sues*. Bene; POCOCKIUS conſentit, ſcribens Tom. I. p. 198: *Bir el Sues* . . . Etwa zwey Meilen weiter gegen Süden lieget Suez.

Inter Kolzom et Meſr (Foſtat) *interuallum 90 miliarium.*, Sionita vertit: inter *mare rubrum* et Meſr etc. Verum quidem, antea de mari rubro, vel, vt accuratius dicam, de ſinu Arabico ſermo fuit; ſed القلزم, niſi me omnia fallunt, h. l. vrbem denotat; ſinus enim Arabicus apud Edriſium, quod ſciam, nullibi ſola voce القلزم diſtinctum expreſſumque occurrit; ſed vbique adiecto vocabulo بحر; ita vt ſit nunc بحر القلزم; nunc autem بحر القلزمي. Vid. ſupra p. 8 et 9. Verſionem quoque noſtram tueri videtur locus Abulfedae, qui ita ſeſe habet: وبين القلزم والقاهرة نحو ثلث مراحل i. e. inter Kolzom et Kahiram eſt iter tridui *x*). Edriſii 90 mil. ergo = 3 ſtation. = circiter 30 hor. Non male; Kahiram inter et Sues $32\frac{2}{3}$ horas itineris numerauit Niebuhr *y*). Shawius fere cum Edriſio conuenit *z*). Pergit Noſter:

Similiter a Kolzom a) ad Farma b) itinere terreſtri (vel: per deſertum في البر) *ſeptentrionem verſus, ſeptem habemus ſtationes; atque hoc ipſum eſt interuallum, quod intercedit ſinum arabicum inter et mare mediterraneum c);* *et*

x) Vid. Abulfeda p. 31. et cf. not. Michaelis ad h. l. n. 259. p. 118 ſq.

y) Niebuhr Itin. p. 217. coll. Michaelis l. c.

z) Shaw p. 266 vbi haec: Suez eine kleine Stadt . . . ungefähr *dreyſsig* Stunden oder *neunzig* römiſche Meilen von Cairo &c. Add. Troilo p. 376. Maillet p. 323 ita tradit: Suez . . . à deux journées & demi du Caire &c.

a) In libro eſt القلـزم. Sionita denuo vertit *mare rubrum*.

b) Saepius quidem Edriſius memorat vrbem *Farma* vel *Farama*; vberius autem eam non deſcribit; ſitus tamen ex locis, vbi de illa ſermo eſt, manifeſtus. Vid. ſupra §. 15. p. 406.

c) Eſt h. l. بحر القلزمي et بحر الشامي. Sionita *mare rubrum* et *mare Damaſcenum* vertit; perperam.

et hoc idem ſpatium vocatur deſertum erroris (فحص التيه); *in hoc enim errarunt filii Iſrael, tempore Moſis, cui ſalus.* Recte igitur deſertum hoc apud Abulfedam *Tih beni Iſrael* audit *d*). Pergit Edriſius:

In Kolzom [hodie in vrbe Sues *e*)] *ſtruuntur naues hocce mare ſulcantes; eſt autem pulcherrimus modus quo fabricantur. Scilicet carina* (الكلكل) *diſtenditur ſuper terram ſatis ampla, nec prius adaptantur tabulae* (aſſeres) *partibus carinae iam connexis, quam ſint concinnatae* (l. dolatae); *ac tum quidem conſtringuntur funibus e corticibus fibroſis palmarum et clauis affiguntur pontibus iam cohaerentibus f). Quibus omnibus abſolutis oblinitur nauis adipe deſumta ex belluis marinis et pice minutiſſima* (ودقاق اللبان). *Naues huius maris funda habent lata, neque fiunt admodum profundae, vt poſſint eo pacto ferre multum oneris g), nec tam facile haereant breuiis*

d) Abulfeda p. 1. vbi: . . . Aegyptus vicina peninſulae Arabum من جهة تيه بني اسرايل *circa deſertum Iſraeliticum.*

e) Vid. e. g. Pococke Tom. I. p. 200 ſq. Rooke p. 99. . . . groſse Schiffe die *hier* gebaut werden. . . . Eins davon iſt wenigſtens von 1200 Tonnen, iſt ſo hoch gebaut als ein Hundertkanonenſchiff, und doch nicht länger als eine Fregatte; hieraus können Sie auf das ſchöne Verhältniſs in der Bauart dieſer Schiffe ſchlieſsen. Das Holz dazu wird aus Syrien zu Waſſer bis Cairo geſchafft und von da auf Kamelen bis hieher &c. Add. Volney Tom. I. p. 169. . . . Sie überlieſsen das Schiff dem Winde, der es an die Küſte warf. *Auf dem Schiffswerfte von Suez* kann ein ſolcher Verluſt ſchwerlich erſetzt werden, *weil man daſelbſt kaum in drey Jahren* eine Kayaſſe zu Stande bringt &c. Sane, tempora mutantur!

f) Forte vertendum: *et concinnantur ſtupa oppletis rimis.* A دسر enim deſcendit دسار filaceum quid, ex fibris trunci palmae, quo ceu ſtupa ſtipantur nauis rimae. Sed دسر quoque eſt: nauigium clauis compegit; et دسار, clauus.

g) Vtitur Edrisius h. l. الوسق. Vocabulum الوسق autem, monente Golio, notat: *onus frumenti continens 60* صاع, *vt quantum iumento portari poteſt.* Nauigia ergo, quae tempore Edrisii fabricabantur in oppido Kolzom, num fuerint oneraria et ad frumentum deportandum ſolummodo deſtinata, equidem dicere non habeo.

breuiis (ولا تدرس علي كبير ترش). — *A Kolzom per oras maritimas ad Fârân Aharun* (فاران اهرون) 40 *miliarium intercapedo.* Haec Edriſius. Abulfeda in conſtituendis definiendisque confiniis oppiduli Kolzom inprimis verſatur, quem in multis ſequitur Golius *h*). Iam pergit Edriſius: *Tum ad*

Batn Magira, بطن مغيرة. *Eſt autem Batn Magira portus, cui adiacet lacus aquae.* (... dulcis? l. nunquam deficientis?). Forte Batn Magira eſt Büſchingii *Magora* vel *Mugora i*). *Tum ad*

Farân, حون فران, *ſinum.* Paullo ante, v. Kolzom *Fârân Aharun* adfuit; num idem cum Gun (ſinu) Farân, non omnino conſtat. Pag. 109 haec habet Edriſius: *Sita eſt Farân urbs in imo* (*quodam*) *ſinu, e quo itur ad montem Tur.* Vid. paullo poſt, *Hilan* et *Tur.* — *Tum ad*

Merbad, مربد; cum *Merbath* Büſchingii vix idem locus *k*). *Tum ad*

h) Abulfeda pag. 30 ſq. Cf. Michaelis ad l. c. nott. 255–259. p. 117 ſq. Add. Golius not. in Alfragan p. 144 ſq. Inter alia Golius l. c. opportune ita ſcribit: *Colzumae* cum ſtaret portu, cui poſtea ſucceſſit *Sues* ad Arabiae commercia vtebatur Misra ſ. Babylon et tota inferior Aegyptus. — Et paucis interiectis: Atque ita tres ſunt illis ſcriptoribus celebriores portus vel ſtationes, *Colzuma*, *Coſeir* et *Aidâb*, quae a tribus Aegypti partibus, infima, media et ſuprema adiri conſueuerint. Vid. infra v. v. *Kus* et *Aidâb*, l. *Adâb.* — Kolzom hodie quidem diruta iacet; nomen eius tamen reſiduum. Audi e. g. Maillet p. 323 ita tradentem: Ce lieu (Colzim) étoit autrefois ſi célèbre ſous le nom de Colzum, qu' il l'avoit communiqué à toute la mer Rouge. Elle l'a long tems conſervé depuis & même encore de nos jours les Arabes ne la deſignent que par ce terme. Cf. Niebuhr Itiner. p. 218. Man nennet ſie zu Sues noch bis auf dieſen Tag die Ruinen von Kolſom. Add. Michaelis ad Abulfed. not. 255. p. 117. et Volney Tom. I. p. 166.

i) Büsching l. c. p. 652 vbi haec: *Magora* oder *Mugora* am arabiſchen Meerbuſen; *ein guter Hafen*, dem es weder an Holz noch an *ſüßem Waſſer* mangelt. Dieſes ſagt die Nachricht von der Reiſe des Soliman Pacha. Le Blanc nennt dieſen Ort eine Stadt.

k) Büsching l. c. p. 709.

Jetſrân, يثران, *locum* (quendam) *pernicioſum l*), *in quo, furente tempeſtate, naues intereunt. Nam hic eſt ſinus* "habens a latere montem aſſurgentem, ad quam ventus quum allidit, frangitur irruitque in mare, ac, commotis concitatisque fluctibus perdit tum quas etiam cunque offendit naues. Locus autem ille tam difficilis infeſtusque circiter ſex miliarium occupat ſpatium. Flante vento auſtrali nullatenus ſulcari poteſt." Relata refert Edriſius addens: "fama fert hunc in locum immerſum eſſe Pharaonem *m*), cui Deus maledicat." Teſte Rooke *n*) hunc ipſum locum Arabes hodie vocant *Berkat al Feraün.*

Hilan o). *Haud longe a Faran extat alius locus illis inprimis pernicioſus, qui flante Euro ad Occidentem et Favonio ad Eurum, vela dant; cuius nomen celebratur Hilan. Et ab Hilan ad*

Tur, جبل الطور, *montem;* vid. paullo ante *Faran. Tur*, teſte Edriſio (p. 109) *non procul diſtat a mari, ſed protenditur una cum illo ita, vt inter ipſum et mare pateat via trita. Mons vero iſte ſublimis eſt, conſcenditurque gradibus; et in ipſius cacumine extat Moſchea* (مسجد), *cum puteo aquae fluentis, quam bibunt omnes viatores illac praetereuntes.* Plura de monte

l) Pag. vlt. ſect. IV. Clim. III. lin. 16. legitur quidem جبيثان; ſed legendum خبيثان. SIONITA hoc iam vidit, per *locum pernicioſum* vertens hocce vocabulum.

m) Vid. ſupra Prolegom. §. qui in Religionem EDRISII inquirit.

n) ROOKE l. c. p. 97. Wir paſſirten *Berkat al Feraun*, welches bedeutet Pharaos-Strudel. Die Leute hier behaupten, dieſs ſey der Ort im rothen Meere, wo, nach der bibliſchen Erzählung, Moſes und die Kinder Iſrael durchgegangen wären, als ſie von Pharao verfolgt worden, und dieſer wäre auf derſelben Stelle ertrunken, wo dieſer Strudel iſt.

o) جيلان bis occurrit; at bis conſonans ſecunda punctis deſtituta eſt diacriticis. SIONITA bis *Hilan* vertit. Forte legendum جبلان.

monte Tur volenti ſuppeditabit Büſching *p*). Pergit Edriſius: *ad*

Aila. Vid. ſupra §. 25. Et h. l. exaratum eſt: الايلة ſcil. conſonans quarta (vel demto articulo, ſecunda) ſine punctis diacriticis; putem legendum eſſe الايلة. Pag. 109 ter ſcriptum occurrit ايلة et additum legitur: Ad portum Abi Mohammed conſtituitur initium *aſcenſus Ailae* (عقبة ايلة; vid. Büſching §. cit.); eſt autem Ayla vrbs modica, in quam Arabes ſeſe recipiunt ſimulque conuerſantur. Vid. paullo poſt *Madin* et (*Har*, vel potius) *Gar*. Edriſius pergit: *ad*

Hakl. Sic verto cum Sionita: in libro eſt الحقل; conſonans, quam ق notaui, punctis diacriticis deſtituta. Suſpicor tamen pro حقل legendum eſſe جعل *Gaal;* ſcilicet ſupra §. 25. adfuit جعل, locus, cui, quemadmodum hoc etiam loco, praecedit *Aila* et quem ſequitur *Madin;* iter autem fere idem deſcribit paragraphus vterque. Ingenue tamen, num lectio § praecedentis الجعل praeferenda ſit lectioni الحقل, me omnino neſcire, profiteor. — *Ad*

Madin (vel, vti effert Sionita, *Madian*) مدين. Ni fallor idem eſt locus, qui §. 25. adfuit, et qui

Ff 3 hodie

p) Vid. Büsching l. c. p. 603 ſq. Eo autore nimirum Edrisii *Tur* cum *Horeb* mons idem. Verba eius: Die Araber nennen den *Horeb* auch *Tur*, wie der Nubiſche Erdbeſchreiber, Abulfeda und der von Schultens angeführte Verfaſſer des arabiſchen Namenbuches (Lexicograph. Jacuti) angemerket haben, und Harant in ſeiner Reiſebeſchreibung beſtätigt. — Tur, طور, montem ſonat; idem ſignificat vox arab. جبل. Noli autem vertere *ab Hilan ad montem Mons;* طور enim h. l. vt nomen adpellatiuum vſurpatur; quare opportune addit Büsching l. c. Auch Tur iſt bey den Arabern, Syrern und Chaldäern ein allgemeines Nennwort, welches einen Berg anzeiget; *oftmals aber als der Name eines beſondern Berges gebraucht wird.*

hodie vocatur *Moilah q)*. Pag. 109 denuo occurrit مدين et quae l. c. de illa habet Noſter haec ſunt: *Ad litus maris Kolzom* (ſeu ſinus Arabici) *ſita eſt vrbs Madin, maior quam Batuch r); et in ipſa extat puteus, e quo Moſes, cui pax, adaquauit gregem Schaibi* (i. *Raguelis. Schaib*, vti paucis interiectis memoriae prodidit Edriſius, *vrbem Madin patriam habuit*). *Ab vrbe Madin ad Aila habetur interuallum quinque ſtationum et a Madin ad Batuch per deſertum* (l. per mediterraneum, في البرية) *orientem verſus ſex ſtationum intercapedo.* — *Ad*

Haura, الحورا. Edriſio teſte (p. 109) *Haura oppidum eſt populoſum, nobilibus cultum incolis, qui etiam habent apud ſe lapicidinam s), e qua excidunt ollas* (البرم) *quas in omnes partes finitimas atque remotas diſpenſant. Non longe ab hoc oppido iacet ex parte auſtrali mons Radua*, رضوي *t), in quo naſcitur lapis cotis, indeque aſportatur in vniuerſos terrarum fines tam orientales quam occidentales. Bibunt incolae Haurae aquas puteorum dulces et habent ibi portum ac turrim.* — Apud Büſching oppidum hocce *Haura* quoque audit *u*). *Ad*

Har. Sionita reddit *Giar*. Impreſſum quidem h. l. et p. 47. exhibet manifeſto Har الحار; ſaepius autem (ſexies, ni fallor) occurrit الجار *Gar*. Loca, vbi oppidi huius ſit mentio, iam colligo. Pag. 45 exara-

q) Vid. Büsching l. c. p. 626.

r) Sionita exhibet *Tabuc;* aſt in Impreſſo ter legitur بتنوك. Büsching p. 625 vrbem *Tabuk* quoque deſcribit.

s) Textus editus quidem offert معدن; ſed procul dubio legendum معدن, id quod iam ante me vidit Sionita, vertens *fodinam*.

t) Sionita exhibet *Radhua;* eum ſequitur Büsching l. c. p. 627.

u) Vid. Büsching l. c. p. 626.

exaratum legitur الجار, *Gar.* Pag. 47: *al Gar eſt portus Medinae* (*Jatſreb*); omnino *Gar oppidum eſt populo frequens; priſcis temporibus oppidum erat Giddae* (جدة) *proximum.* Vtitur quidem Edriſius h. l. phraſi قريبة من جدة; nihilominus tamen paucis interiectis addit: *Et ab hoc* [ſcil. puteo *Arib v*)] *ad Gar intervallum ſtationis vnius. Al Har* (Gar) *autem adiacet maris litori et naues ad eam adpelluntur — ſoluunturue. Porro ab al Gar ad Gidda habetur iter terreſtre decem fere ſtationum per oras maritimas et mare modo vicinum eſt modo remotum. Harum vero ſtationum pleraeque conficiuntur per arenas ventis agitatas, quas maris ac montium ductu indagare neceſſe eſt.* — Pag. 109 docet. Noſter *Gar inter et Aila eſſe interuallum 20 ſtationum w*). Büſching nomen huius loci ſcite *al Dſhar* expreſſit *x*). — *Ad*

Hadid حديد. Nomen huius loci mihi quidem ignotum. Lectio حديد forte adfecta; pag. 109 nimirum occurrit قديد *Kadid* et ſi contextus rationem habeamus, eſt idem locus cum Hadid; quae autem lectio ſit verior, decernere quidem non auſim; ſuſpicor tamen praeferendam eſſe قديد, vt quae ſaepius recurrat. Büſching et Sionita Codaid efferunt *y*) Edriſio autore (p. 46) *ſita eſt Kadid in via quae ducit ab vrbe Mecca ad Jatſreb. Ab Aasfan diſtat Kadid 24 miliarium interuallo. Spatium inter mare et Kadid ad*

v) Sionita vertit l. c. *Ghoraib*; textus editus autem exhibet عريب, vti ſupra §. 25. v. *Di Chaſchab.*

w) In libro quidem eſt مراحل. Diſtantia haec nimia mihi quidem videtur. Forte loco 20 legendum 10; vel loco مراحل leg. ميلا.

x) Vid. Büsching l. c. p. 627.

y) Vid. Büsching p. 628.

ad quinque miliaria accedit. Ab Hagaſa z) abeſt 26 *miliaribus.* — *Ad*

Asfân, عسفان. Pag. 109 denuo his iisdem characteribus exaratum occurrit. Pag. 45 et 46 de *Asfân* leguntur haec: *A Batn Mor ad Asfan intervallum* 33 *miliarium.* (Sionita habet mil. 23. male.) *Asfan autem eſt Caſtellum, diſtans a mari decem fere miliaribus. Extant in illo putei aquae dulcis coliturque familia quadam de tribu Gehiba a).* Vid. paullo ante *Hadid* vel potius *Kadid.* Büſching memorat عسفان ſub nominibus *Asfan*, *Osfan* vel *Oſſafan b).* — *Ad*

Batn Mor, بطن مر. Pag. 45 ita ſcribit Edriſius: *Batn Mor diſtat a Mecca interuallo* 16 *miliarium, eſtque diuerſorium quoddam (in quo eſt fons aquae per arenas decurrentis,) circumſeptum aliquot palmis. Ad Batn Mor recipit ſeſe gens quaedam Arabum.* Vid. paullo ante *Asfan.* Autore Büſching *c)* qui Batn Marr, Batn Marri et Batn Mor, pronuntiat, eſt ſtatio peregrinatorum religioſorum. — Tandem *ad*

Mecca

z) Saepius loci huius nomen occurrit; et arabice ſcriptum eſt الجحفة. SIONITA effert *Giohfa*. BÜSCHING effert *al Dſchofa* pag. 628. BÜSCHINGII cauſa addere liceat haec: SIONITA interpretatur *Giohfa* ad marginem: *Dilutum* addita obſeruatione: Erat haec antea ciuitas populoſa nomine *Mahiaà;* ſed poſtquam eluuione corruit, vocata fuit *Giohfa.* BÜSCHING l. c. ita ſcribit: *Al Dſchofa*, 4000 Schritte vom Meer, ein Flecken, woſelbſt ſich auch Araber vom Stamm *Tay* aufhalten. *Codaid*, 5000 Schritte vom Meer, einer der berühmteſten Oerter in Arabien, welcher vor ſeiner Verwüſtung, die durch eine Waſſerfluth geſchah, *Mahiaa* hieſs. Er iſt zum *zweytenmal* wüſte geworden. —

a) SIONITA effert *Giobaina;* ſequitur eum BÜSCHING p. 628 ſcribens: Hier wohnen Araber vom Stamm *Dſchiohaine* oder *Dſchebina.* Textus arabicus h. l. quidem exhibet جهيبة *Gebiba;* pag. 110 autem occurrit ديار جهينة *Gebina.* جهينة forte lectio verior.

b) Vid. BÜSCHING l. c. p. 628.

c) Vid. BÜSCHING l. c. p. 629.

Mecca مكه. Textus Edriſii typis diuulgatus de vrbe hac longe celeberrima, paucula haec habet: Pag. 45. *Gidda* (جده) *eſt de portibus Meccae et diſtant ab inuicem 40 miliaribus.* L. c. quoque deſcribit Itinera a Mecca ad Medina; vid. ſupra §. 25. v. *Jatſreb.* Cf. paulo ante v. *Batn Mor.* Pag. 47. *Ad orientem Meccae eſt Tâjef; ab inuicem diſtant interuallo 60 miliarium.* Paucis interiectis. *Arſât* عرفات *a Mecca abeſt tribus miliaribus.* Pag. 48. *In partibus Meccae orientem reſpicientibus vigent praeſertim filii Helâl* (بنو هلال) *et Saad* (بنو سعد) *cum familiis Hodail* (هذيل); *in partibus autem occidentalibus, familiae Modlah* (Sionita habet Modlag; in libro autem eſt مدلج; ج non ح) *atque aliae ex familiis Madar* (مضر). Ibidem: *Mecca habet pagos d) et caſtella ſ. arces. Ex pagis eſt Naged al Tâjef* (نجد الطايف); *Nagerân* (نجران); *Karan al manâzel* (قرن المنازل); *al Akik* (العقيق); *Ocâd* (عكاظ); *Lia* (لية); *Tarba* (تربة); *Maiſcha* (ميشة); *Caiſcha* (كيشة); *Geras* (جرس) *et al Sarâ* (Sarat) (السراة). vid. paullo poſt *Tabala. Ex caſtellis vero, quae poſſidet in Tehama ſunt; Sancân* (صنكان); *al Serain* (السرين); *Sofia Ghaſcham* (غشم); *Bais* (بيس) *et Ach'l. Och* (عك). Paſſim fuſius deſcribit Edriſius caſtella et pagos vixdum memoratos. Iam deſcribit *Iter a Mecca ad Sanaa* صنعا *vrbes, quae ab inuicem diſtant interuallo 20 ſtationum* (pag. 48 et 49); vid. ſupra §. 25. v. *Carſi* et *Rovaitſa.* Pag. 49 habet haec: *In pago Mahgera* (المهجرة) . . . *arbor eſt maxima, quae vocatur Talha al melec* (Acacia ſ. Muza Regis); perſimilis ſalici, maioris tamen molis; et haec arbor eſt terminus inter ditionem

Ff 5

d) Textus habet مخالبف; ſed procul dubio legendum مخاليف vti linea abhinc ſexta.

nem Mecchae et ditionem Jemen (اليمن). — Pag. 49 ſq. deſcribitur *via a Mecca ad Di Sahem* (ذي سحيم) *de Terra Chaulân* (خولان). — Pag. 50. *A Meçca ad Malacân* ملكان *hoſpitium peregrinatorum et hinc ad montem Jalamlam* (يلملم) *ſtationis vnius intercapedo.* Ibidem. *Mecca eſt centrum ac meta incolarum Inſulae* (peninſul.) *Arabum, videlicet regiones Jemen. Nam a Mecca ad Sanaa eſt interuallum 20 ſtationum; a Mecca ad Zabid* (زبيد) *interuallum 20 ſtationum; a Mecca ad Jamâma intercapedo 21 ſtationum; a Mecca ad Damaſcum 30 ſtationum et a Mecca ad Bahrein* (بحرين) *25 ſtationum diſtantia.* — Pag. 51 *Tabâla* تبالة *eſt e pagis Meccae, diſtatque ab illa interuallo 4 ſtationum.* — Pag. 54 et 55 deſcribitur *iter a Jamama ad Mecca;* qua ex deſcriptione diſcimus *Meccam abeſſe ab horto Ben Amer* (بن عامر) *ſtatione vna.* — Haec, vt vidimus, membra ſunt disiecta. Edriſii nimirum ampliſſimam huius vrbis deſcriptionem vel negligentia, vel adeo Epitomatoris ſurripuit nobis ſuperſtitio; Pocockii autem cura nobis eſt reſtituta *e*). Quam vrbis Meccae delineationem denuo deſcriptam et typis diuulgatam, vt bona venia Lectores repetant, oro rogoque: ومدينة مكه قديمة ازلية البنا مشهورة الثنا معمورة. مقصودة من جميع الارض الاسلامية واليها حجهم المعروف ۞ وهي مدينة بين شعاب الجبال ۞ وطولها من المعلاة الي المستفلة نحو ميلين وهو من جهة الجنوب الي جهة الشمال ومن اسفل جبل اجياد الي ظهر جبل قعيقعان ميل ۞ والمدينة مبنية في وسط هذا الفضا وبنيانها حجر وطين وحجارة بنيانها من جبالها ۞ واسواقها قليلة ۞ وفي وسط مكه مسجدها الجامع المسمي الحرم ۞ وليس لهذا الجامع سقف وانما هو داير كالحظيرة ۞ الكعبه هو البيت المسقف في

e) Vid. POCOCKE Spec. Hiſt. Ar. p. 122 ſq. Recudi curarunt CASIRI Bibl. Ar. Hiſp. Tom. II. p. 10 ſq. et S. F. G. WAHL in Antholog. arab.

في وسط الحرم ۞ وهذا البيت طوله من خارجه من ناحية الشرق اربعة وعشرون ذراعا وكذلك طول الشقة التي تقابلها في جهة المغرب ۞ وبشرقي هذا الوجه باب الكعبة وارتفاعه علي الارض نحو قامة ۞ وسطح الكعبة من داخل مساوٍ لاسفل الباب وفي ركنه الحجر الاسود ۞ وطول الحايط الذي من جهة الشمال وهو الشامي ثلثة وعشرون ذراعا وكذلك الشقة الاخري التي تقابلها في جهة اليمن ومع اصل هذة الشقة موضع محجور في داير وطوله خمسون ذراعا وفيه حجر ابيض يقال انه (انه) قبر اسمعيل بن ابراهيم عليهما السلام ۞ وفي الجهة الشرقية من الحرم قبة العباس وبير زمزم وقبة اليهودية ۞ وما استدار بالكعبه كله حطيم يوقد فيه بالليل مصابيح ومشاعلي ۞ وللكعبة سقفان ۞ وماء السقف الاعلي يخرج عنه الي خارج البيت في ميزاب من خشب وذلك الماء يقع علي الحجر الذي قلنا انه قبر اسمعيل والبيت كله من خارج علي استدارته مكسوثياب الحرير العراقيه لايظهر منه شي ۞ وارتفاع سمك البيت المذكور سبعة وعشرون ذراعا ۞ وهذه الكسوة معلقه فيه بازرار وعري ۞ وصاحب بغداد المسمي بالخليفه يرسلها في كل سنة اليها فتكسي بها وتزال الاخري عنها ولايقدر احد نكسوها غيره ۞ ومما يذكر اهل الخير ان الكعبة كانت خيمة ادم وكانت مبنية بالطين والحجاره فهدمها الطوفان وبقيت مهدمة الي مدة ابراهيم واسمعيل فقيل ان الله امرهما ببنيانها ۞ فنهض ابراهيم الي ابنه اسمعيل وتعاونا في بنيانها بالحجر والطين ۞ وليس بمكه ماء جار الا ما اجري اليها من عين علي بعد من البلد ولم يستتم ۞ فلما كانت ايام المقتدر من بني العباس استتم بناه ۞ ومياة مكة زعاق لاتسوغ لشارب واطيبها ماء بير زمزم وماوها شروب غير انه لا يمكن ادمان شربه ۞ وليس بجميع مكه شجر مثمر الا شجر البادية ۞ ويسكن صاحب مكه في قصر له بالجهة الغربية بموضع يعرف بالمربعة علي ثلاثة اميال من مكه وهو قصر مبني من الحجارة وتجاوره حديقة قريبة العهد فيها نخيلات وكثير من المقل وبها جملة شجر منقولة اليها ۞ وليس للهاشمي صاحب مكه عسكر خيل وانما عسكره رجالة لا خيل

خيل عندهم وتسمي برجالته الحرابة ۞ ولباسه البياض والعمايم
البيض ۞ ويركب الخيل ۞ وسياسته حسنة ۞ وحكمه عدل وانصاف
ظاهر واحسانه عرف علي قدر امكانه ۞ ولمكه موسمان ينفق
فيهما كل ماجلب اليها ۞ احدهما في اول رجب والثاني موسم
الحج ۞ ولاهلها اموال صامتة واحوال فاشية ودواب وجمال ولا
زرع بها ولا حنطة الا ما يجلب اليها من ساير البلاد والتمر
ياتي اليها كثيرا مما حولها والعنب يجلب اليها من الطايف وهو
بها قليل جدا والغالب علي ضعفا اهلها الجوع وسو الحال ۞
واذا خرج احد من مكه في كل جهة تلقاه اودية هناك جارية
وعيون مطردة وابار عذبة وحوايط كثيرة ومزارع متصلة ۞

i. e. *Mecca vrbs eſt perantiqua, Peregrinorum frequentia ex vniuerſo Muslamorum imperio viſendi cauſa celebratiſſima, inter duos montes ſita eſt. Longitudo eius a ſuperiori ad inferius latus, ab Auſtro videlicet ad Septentrionem, protenſa, paſſuum eſt circiter bis mille; et ab imo montis Giad ad faſtigium montis Coaicam mille paſſus numerantur. In medio huius ſpatii* (i. e. in valle) *interiacet vrbs lapidibus et luto extructa; qui quidem lapides ex ipſius montibus exciſi ſunt. Fora habet pauca. Porro in medio Meccae templum viſitur, quod vocatur Alharam* (Sacrum) *tecto caret atque inſtar ſepti ſpatium ambit intermedium. Eſt autem Alcaba domus tecto operta in medio templo, cuius longitudo exterior Orientem verſus 24 cubitorum; eademque lateris oppoſiti, qua Occidentem ſpectat, menſura eſt. Ad partem Orientalem eſt porta Alcabae circiter hominis ſtaturam alta, cuius imo pauimentum Alcabae interius aequale eſt; in eius angulo eſt lapis niger. Longitudo autem parietis qui Septentrionem ſpectat, Damaſceni ſcilicet, 23 cubitorum eſt totidemque paries ei oppoſitus Meridiem verſus. Iuxta fundamentum huius partis locus eſt ſacer circumſeptus, circularis, longitudine 50 cubitorum, in quo eſt lapis albus, qui Iſmaelis filii Abrahami ſepulchrum perhibetur. Ad partem Orientalem templi extat Hemicyclium Abbaſi,*

puteus

puteus Zomzom, et Hemicyclium Iudaeae. Alcabam totam murus cingit, in quo noctu lampades ac faces accenduntur. Alcabae bina ſunt tecta, a quorum ſuperiori aqua effunditur extra domum per ſiphonem ligneum: ita vt decidat in lapidem, quem Iſmaelis ſepulchrum cenſeri diximus. Domus autem pars exterior tota veſtibus e ſerico Iracenſi confectis exornatur: adeo vt nulla eius pars oculis pateat. Altitudo huiusce domus 27 cubitorum eſt. Veſtes autem illae vncinulis et ſpinteribus appenſae ſunt. Mittit quotannis Bagdadi Dominus, Calipha videlicet, nouas, quibus detractis veteribus, obtegitur; nec aliis praeter Chaliſam eam operire permiſſum eſt. Alcaba vt memoriae proditum eſt, domus erat Adami, lapide ac luto exſtructa: quae quum a diluuio ſubuerſa eſſet, eo ſtatu manſit ad tempora vsque Abrahami et Iſmaelis, quibus praecepiſſe Deum vt ipſam iterum aedificarent, fama eſt. Abrahamus ergo cum Iſmaele manu conſerta, mutuis operis eam lapide et luto extruxerunt. Non eſt autem in vrbe Mecca aqua fluens, praeter eam quae a fonte quodam longe diſſito deriuatur; atque id opus haud perfectum erat, cui ſuo domum tempore vltimam impoſuit manum Almoktaderus Imperator Abbaſida. Itaque Meccae aquae ſalſae ſunt, nec bibenti gratae; quarum tamen optima eſt aqua putei Zomzom, quae quidem potabilis eſt, ſed non continuo bibenda. Nec eſt in vniuerſa Mecca arbor frugiſera praeter illas quae deſerti propriae. Habitat autem Meccae Princeps in arce quam habet ad latus vrbis occidentale, in loco dicto Almaraba, qui tribus circiter mille paſſibus ab vrbe diſtat; cui adiacet hortus, non ita pridem conſitus, in quo palmae tum domeſticae, tum ſylueſtres ſunt quam plures arboresque omnis generis aliunde translatae. Non eſt Alhaſchemo Meccae Principi agmen equeſtre ſed

copiae

copiae pedeſtres tantum: vocantur eiusmodi pedites ſpiculatores. Veſtibus indui ſolet albis et infulis etiam albis, equo vehitur. Praeclarum habet in ſubditos regimen; optime adminiſtratur iuſtitia, et aequitas cui patet; beneficentiam quoque munifice pro viribus exercet. Meccae duo ſunt tempora ſtata, quibus erogatur quidquid in eam annonae aduectum fuerit, videlicet initium Ragebi menſis, et tempus quo conueniunt Peregrini. Incolae eius auri et argenti copia abundant, nec non gregibus paſſim vagantibus; iumenta item et camelos poſſident; frugum et tritici nihil habent, niſi quod ab aliis regionibus ad eam affertur. A locis circumiacentibus dactylorum copia advehitur, uvae vero a Thaiepha, quum paucae admodum in ipſa creſcant; illius incolae qui tenuioris fortunae ſunt, fame laborant, variisque incommodis ſunt obnoxii. E Mecca viro cuique egreſſo omni ex parte occurrunt valles, in quibus aquae fluentes ſunt et fontes perennes, puteique aquis abundantes, horti frequentes et agri contigui. — Haec Edriſius. De vrbe hac copioſe quoque ac diligenter ſcripſit Büſchingius *f*); ſed multa habet Edriſius, quae, vt inter comparandum didici, deſunt deſcriptioni Geographi inter Noſtrates longe celeberrimi, ſcitu tamen perneceſſaria.

f) Vid. Büsching l. c. p. 631.

SECT. III.

SECT. III. PARS II.

Aegyptus ſuperior [الصعيد g)].

§. 27.

Nomen Aegypti ſuperioris.

Subſequitur Said, Aegypti prouinciae pars altera. Scilicet apud Abulfedam, Ibn al Vardium, Jacutum (qui Lexicon geographicum conſcripſit) et ipſum autorem noſtrum h) altera haec Aegypti pars, quae comprehendit omnem regionem inde ab vrbe Foſtat ad vrbem Aſvan vsque praetentam, ad quam, iisdem quoque teſtibus, Aegyptus ipſa terminatur, ſub nomine *Said* venire conſueuit i). Arabes quidam, nomine Schemſeddin, omnem hunc eundemque tractum *Kibli* i. e. partem meridionalem compellare *vide-*

g) Vrbes, oppida, montes &c. quorum in Aegypti ſuperioris deſcriptione mentio facienda, in Climatis primi quarta et ſecundi Climatis item ſectione quarta et quinta, deſcribit EDRISIUS. Vid. verſ. lat. p. 15. et p. 41-45.

h) Vid. ABULFEDA Aeg. pag. 4. vbi haec: ويسمي ما علي عن الفسطاط علي جانبي النيل الصعيد i. e. quae ſupra Foſtatam ſunt ab vtroque latere Nili, vocantur Said. Cf. MICHAELIS ad h. l. not. 38. p. 9. Verba IBN AL VARDII vid. infra §. 29. not. r. relationem JACUTI autem paullo poſt not. m. De EDRISIO tandem vid. infra §. 34. v. *Monia Sudan*.

i) *Said* originem ducit a صعد *aſcendit*. Vid. MICHAELIS l. c. SCHULTENS Ind. geogr. v. Miſr. et VANSLEB Relat. nouv. p. 20 (verſ. germ. pag. 138). Malis auibus nominis huius originem inueſtigauit MAILLET pag. 297 ita ſcribens: Tout le païs, qui s'étend au deſſus du Faoumé jusqu' aux montagnes de Nubie, eſt a proprement parler la haute Egypte. C'eſt ce qu'on appelle aujourd'huy le *Saïdi*, de l'ancienne ville de *Saïs*, autrefois ſi célébre, & qui comme beaucoup d'autres ne ſubſiſte plus aujourd'huy qu'en ruines. — Vocabulum Said enim eſt mere arabicum; nec vnquam, quod ſciam, vrbs huius nominis quondam in Aegypto ſuperiori extitit.

videtur k). Alii autores autem, inprimis recentiorum quidam, regionem eandem in ſectiones duas, quas vocant *Voſtani* (i. e. Aegyptum mediam) et *Said* (i. e. Aegyptum ſuperiorem) diſpeſcunt *l*). Apud Edriſium ergo autoresque paullo ante laudatos Saidi vocabulum ſignificationem habet latiorem, imo ſenſu venit latiſſimo.

§. 21.

Ambitus etc. Aegypti ſuperioris.

Praeſtantiſſimi Aegyptiorum ſcriptores, vt cum Jacuto, autore Lexici geographici, loquar, contendunt, *Saïdam* complecti 957 vicos maiores ac in tres partes diuidi, *Saidam ſuperiorem*, ab Aswan ad Achmimum vsque; *mediam*, ab Achmimo ad Bahneſſam; denique *inferiorem* a Bahneſſa ad Foſtatae viciniam porrigi *m*). Haec Jacutus; quocum *fere* conuenit Golius

k) Vereor autem vt ad verba et mentem SCHEMSEDDINI verſionem exacte compoſuerit Interpres eius gallicus. Verba eius (in Notices &c. Tom. I. p. 205) haec: *Kibli* c. a. d. meridionale. La partie meridionale comprend le Département Djize (ſupra §. 8. p. 370) ceux d'Atfih, d'Abouſir, de Fajoum, ville batie par Joſeph, de Behneſſa, de Mont fallout & d'Osyout. Le département d'Akhmim appartient *encore* à la *haute* Egypte. Les autres départemens de la *haute* Egypte ſont ceux de Couſs, d'Aswan & de Alwâhat. Et SCHEMSEDDIN, ſi recte video, tractum inde a Cairo ad Asvan vsque duas in ſectiones diſpeſcit, quarum alteram vocat *Kibli* (al. *Voſtani*) *Said* alteram.

l) Vid. omnino VANSLEB Rel. nouv. pag. 8. (verſ. germ. pag. 130.) Elle (Aegyptus) ſe diviſe ſelon les Livres du Divan en trois parties, en *Said* (ſuperiorem) &c. en *Voſtani* (mediam) &c. & en *Bahri* (inferiorem l. mari viciniorem) &c. Idem habet P. LUCAS III, 2. p. 195. Addit tamen: quelques arabes diviſent l'Egypte en trois parties, *Lérif* (i. e. الريف, *Rif*. vid. MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 40. p. 10), *Beheyra* (i. q. paullo ante *Bahri*) & le *Saidi* &c. Cf. POCOCKE Tom. I. p. 120. et inprimis D'ANVILLE Mem. ſ. l'Eg. ſub initio.

m) Vid. A. SCHULTENS Ind. geogr. v. *Thebais*. Verba Lexicographi, Aegyptum ſuperiorem deſcribentis, haec: الصعيد بمصر بلاد واسع

Golius *n*), qui, "quoniam," inquit, "in magnam „porrigitur longitudinem, recte a Geographis diuiſa „fuit in *ſupremam* a Syene ad Caenam ſ. Neapolim; „*mediam*, a Neapoli vſque Cynopolin; denique *in-„fimam*, a Cynopoli ad vicina Babylonis." Autore Vansleben (vid. paullo ante not. l.) a Siut ad Syenen porrigitur *Said*; *Voſtani* autem a Cairo ad Saidae initium (i. e. ad Siut) *o*).

De *Longitudine* Saidae haec habet Edriſius: *Longitudinem a Foſtata ad Asvan itinere* 25 *ſtationum emetiuntur*. Cum Edriſio facit Abulfeda *p*); Golius parum abludit longitudinem a Syene ad Memphim ad 24 dierum iter aeſtimans. Cf. infra §. 34. v. *Asvan*.

Latitu-

واسعة كبيرة فيها عدة مدن عظام منها اسوان وهي اوله من ناحية الجنوب وقوص وقفط اخميم البهنسة وتنقسم ثلثة اقسام الصعيد الاعلي وهو من اسوان الي قرب اخميم والاوسط من اخميم الي البهنسة والادني من البهنسة الي قرب الفسطاط (vid. Idem l. c. v. *Aegypt.* et paullo poſt not. r.) قال بعض كتاب مصر الاعيان الصعيد تسع مايه وسبع وخمسون قرية وهو في جنوبي الفسطاط يكتنفه جبلان والنيل بجري بينهما والقري المدن شارعة علي النيل اشبه شي بارض العراق ما بين واسط البصرة ۞
i. e. Said in Aegypto regiones continet amplas magnasque, numeroſis magnisque vrbibus praeditas. Ex iis Syene princeps a plaga auſtrali; itemque Kus et Koft et Achmim et Bahnéſa. . . . Praecingitur vt alis gemino monte, inter quos decurrit Nilus, ſtipatus vicis vrbibusque in longum Nili praetentis. Simillimum quid extat in Terra Irakenſi inter Vâſat et Baſra.

n) Vid. Golius ad Alfragan.

o) Vid. Vansleb nouv. Rel. p. 8. (verſ. germ. p. 130) et ed. gall. p. 21. (verſ. germ. p. 138.)

p) Audi Abulfedam qui pag. 4. ita tradit: وطول الصعيد من اسوان الي الفسطاط فوق خمس وعشرين مرحل.
Norden numerat 168 miliaria gallica communia. Vid. ad haec Michaelis ad Abulfedam not. 41, p. 11. cuius obſeruationes, quoniam omnibus eius librum ad manus eſſe cupiam, non deſcribo.

Latitudinem huius terrae, quam omnino tacet Edriſii epitome, autores hodieni quibusdam in locis vt anguſtiſſimam deſcribunt *q*).

Caeterum ex autoribus, quos in ſubſidium vocauit Jacutus *r*), *Saidam complecti praefecturas viginti* refert;

q) ABULFEDA l. c. وعرض (l. عرضه) ما بين نصف يوم الي يوم Verba omnino obſcure expreſſa, quae tamen ad ſenſum bene ita transtulit MICHAELIS: *latitudo autem iam dimidium diei iter iam integrum eſt.* Videſis, quae diximus in EICHHORNII Bibl. T. V. p. 582. Cf. MICHAELIS not. 42. p. 11 ſq. et autores l. c. laudatos; quibus add. VANSLEB nouv. Rel. p. 8. (verſ. germ. p. 131), qui ita monet: L'Egypte ſuperieur, j'entens ſeulement parler du pays qu'on cultive, eſt fort étroite. Sa plus grande largeur n'eſt pas de 4 heures de chemin à cheval; elle n'eſt pas meme de trois heures à quelques endroits; tout le reſte, qui eſt de l'un & de l'autre coſté, ne ſont que des montagnes tres vaſtes & tout-a-fait ſablonneuſes. *Addit idem p. 21.* Car ſi on y vouloit comprendre les montagnes ſablonneuſes, qui ſont du coſté de Levant & celles qui ſont du Ponant, & qui y regnent toute longue qu'elle eſt, elle ſeroit bien plus large, que nous n'avons pas dit. *De Aegypto media p. 9. haec habet:* Je ne ſçaurois donner au juſte la largeur de l'Egypte du milieu; Je ſuis pourtant aſſuré qu'elle n'excede guere celle de la haute. Car eſtant ſituée entre les deux (montagnes) & l'Egypte ne commençant à s'élargir de deux coſtés qu'au Caire, il s'enſuit qu'elle eſt presque de la meſme largeur que la haute, excepté pourtant à l'endroit où eſt Caſcieflik de Fium, ou l'Egypte du milieu eſt un peu plus large; ce que pourtant je ne ſçaurois reduire à un certain nombre d'heures. — Cum VANSLEBIO faciunt autores recentiores ad vnum omnes; cf. MAILLET, POCOCKE, NORDEN, BRUCE &c. paſſim.

r) Vid. SCHULTENS Ind. Geogr. v. *Aegyptus*, vbi, repetito numero vicorum maiorum in Aegypti ſuperioris deſcriptione obuiam facientium, addit quae iam ſequuntur: قالوا والصعيد عشرون كورة واسفل الارض ثلث وثلثون كورة i. e. Addunt Said, l. Thebaidem habere nomos ſ. praefecturas 20; inferiorem terram autem 33. Cur eas nominatim non perſecutus ſit, equidem neſcio; forte cauſam huius rei deprehendimus in verbis, quae ſtatim addit, ſcil. وحال مصر مشهور i. e. ſtatus autem Aegypti apud omnes ſatis notus. IBN AL VARDI l. c. pag. 28. de praefecturis Aegypti ita refert. On compte dans la partie baſſe quatre-vingt-cinq Koura (كورة) ou contrées & quarante dans la partie haute. VANSLEB nouv. Relat. p. 26. (verſ. germ. p. 142) nomos 36 Aegyptum habere tradit; ſcil. *Saidam* complecti 20;

Voſtani,

refert; vtinam autem, o vtinam earum nomina adiecerit earumque limites quoque duxerit! reliqui enim Arabum ſcriptores vna cum Recentiorum autoribus non niſi obſeruationes generaliores nobiscum communicarunt et, vt breui dicam, neminem omnino equidem deprehendi qui in his votis meis reſponderet. (vid. not. r.)

§. 29.

Fluuius, Canales, et Lacus, Aegypti ſuperioris.

1) *Fluuius* Aegypti ſuperioris eſt Nilus; qui ſecat Saidam et a meridie ſeptentrionem verſus duobus montibus inclusus prouoluitur. Nempe tota ſuperior Aegyptus (vti, annuentibus Itineratorum commentariis et mappis melioris notae, recte obſeruauit Michaelis) a Delta Syenen vsque duobus montium iugis, iam leniter exſurgentium, iam plane aſperorum, initio valde a Nilo remotorum, deinde propius accedentium atque nonnunquam ita imminentium, vt ne ſemita quidem aut calles petras inter et fluuium detur, includitur. Caeterum vid. ſupra §. 3. p. 327.

2) *Canales.* Et Aegyptum ſuperiorem vti ex obſeruationibus Itineratorum ſupra (§. 4. p. 330 ſq.) in medium allatis, lucide apparet, perfluunt riui vel Canales numero haud pauci, quos autem fere omnes Edriſii epitomator, (forte et ipſe Edriſius) ſilentio praetermiſit; is enim non niſi Canalis *Menhi* dicti, vbi vrbem *Sul* deſcribit, i. e. verſ. lat. p. 43. mentionem facit. Quae de illo habet, haec ſunt: *Situm eſt oppidum Sul* (forte Mellavi?) *ad Os canalis Menhi* (خليج

Voſtani, 6; 6 item *Aegyptum inferiorem.* (Summa autem prodit non 36 ſed 32.) SICARD l. c. Tom. VII. pag. 99 ſq. multum differt; praefecturas enim numerat tantum 17. Limites earum autem, vt diximus, nemo horum exacte circumſcripſit.

(خليج المنهي) *dicti, qui terris Al Vâhât* (ارض الواحات) *vicinus ab oriente eſt, multoſque in alios Canales diductus regiones multas rigat, ex quo et Canalis Fium egreditur*. Canalem Menhi pro eodem cum Canali Joſephi habent inprimis Vansleb et D'Anvillius, nec ſine cauſa, vt mihi quidem videtur; prouincia enim Fajumenſis, vt ex Itineratorum commentariis ſatis ſuperque apparet *s*), quamplurimis rigatur Canalium foſſis. A Gelaldino quoque vocatur Amnis vel Canalis Menhi *t*). Pecca-

s) Vid. MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 115. p. 55. et ibi excerptum ex Itinerario P. LUCAS. Add. VANSLEB Relat. nouv. p. 256 ſq. (verſ. germ. p. 271.) vbi haec: Je n'ay point vu de Province en Egypte qui ſoit tant coupée & qui ait tant de Canaux artificiels que celle-cy. Ils ſortent tous de fleuve de Joſeph et ils ſont fait pour arroſer plus commodement la campagne. Et parce que cet multitude de foſſes oſteroit le moyen d'y voyager, s' il n'y avoit des ponts par deſſu; il y en a eu plus grand nombre, qu'en tout autre endroit de l'Egypte &c.

t) De nomine Canalis huius haec habet VANSLEB l. c. pag. 252. Ils l'appellent tantoſt *Bahr Juſef*; tantoſt *Calitz il menhi* &c. (خليج المنهي) Nomen *Bahr Juſef* habet a conditore, quem credunt fuiſſe Joſef filium Patriarchae Jacobi. Sub hoc nomine apud Recentiores venire conſueuit; vid. e. g. NORDEN p. 259.

GELALDINUS apud KIRCHER (Oed. Aeg. Syntagm. I. cap. III. pag. 8 – 10. Canalem prouinciae Fajumenſis fuſe deſcribit. Verba eius haec: واوحي الي يوسف ان يحفر ثلاث خليجا من اعلي الصعيد موضع كذا وخليجا شرقيا من موضع كذا وخليجا غربيا من موضع كذا الي موضع كذا ووضع يوسف العامل فحفر خليجا المنهي من اعلي اسمون الي الاهون وحفر خليج الفيوم وهو الخليج الشرقي وحفر خليجا بغربيه يقال لها قنهمت من قري الفيوم وهو الخليج الغربي فخرج ماء من الخليج الشرقي وصب في النيل وخرج من الخليج الغربي وصب في صحرا قنهمت الي الغرب فلم يبق في الجوبه ما ثم ادخلها الفعله وقطع ما كان فيها من القصب والطرفا واخرجا منها وكان ذلك ابتدا جري النيل وقد صارت الجوبه رفيه بر يعد

Peccatum D'Anvillii in Canaſis huius delineatione commiſſum, candide ac decenter correxit Michaelis *u*). Paucis interiectis iam dicta Edriſius repetit ſubditque, quae de curſu Canalis huius compertum habet; *Sed*, inquit, *reuertamur ad Canalem ante memoratum ex alueo Nili*.

يزيه وارتفع ما النيل ودخل في راس المنهي وجري حتي
انتهـا الي الالهون فعظفه الي الفيـوم ودخل خليجها
وساقهالجه من الـنـيـل واخـرج اليها الملك ووزراه وكان
سبعين يوما فلما نظر الي الملك قال لوزرايه هذا عمل
الفيوم وسميت الفيوم واقامت بـزرع كاما غوايط مصر

i.e. ex interpretatione Kircheri: Et reuelatum fuit Joſefo vt foderet tres foſſas pro amnibus ducendis, primam ex ſuperiore parte Elſaid (*Aegypt ſuperior.*) ex iſthoc loco et amnem (*Canalem*) orientalem ex hoc loco, et amnem occidentalem ex hoc loco; et coepit Joſef opus et fodit amnem tendentem (*Canalem* Menhi) ex ſuperiore Esmum (Edrisii Aſchmun; vid. infra ſub h. v.) vsque in Alhalun (*Ilahun* et paullo poſt *al Ilahun*. Abulfeda p. 11. ter effert اللاهون cf. Michaelis ad h. l. not. 117 ſq. p. 57. Vansleb Rel. nouv. p. 274. vocat Iláhun) et fodit amnem (Canalem) Elphium et hic amnis orientalis et praeualuit amnis iuxta oppidum, quod dicitur *Kanhemt* (Edrisius de lacu *Tihemt* تيهمت, loquitur; Casiri autem memorat pagum nomine *Tihameit*) ex oppidis Elphii, et hic eſt amnis occidentalis et exiuit aqua eius ex amne orientali et fluxit in illum, et egreſſus ex amne occidentali et fluxit diffuſus in campos Kanhemt verſus occidentem et non remanſit in planitie aqua. Tunc introduxit operarios et exempto exſectoque quidquid ibi carectoſum et iuncoſum erat, liberum fecit aquae fluxum in ea ſuperſtitis, fuitque hoc principium fluxus Nili, euaſitque planities ſicca et pura et eleuatae ſunt aquae Nili et ingreſſae ſunt principium aluei et fluxerunt vsque dum venirent in Alalhun (*Ilahun*, vel *Laon*, vti P. Lucas effert; vid. paullo ante) et refluxerunt inde in Elphium, et ingreſſae ſunt amnem eius et riuos eius, et facta eſt pars Nili eduxitque ad opus, quod patrauerat, ſpectandum Regem atque Conſiliarios eius; fuit autem opus completum 70 diebus. Cum autem id ſpectaſſet Rex; dixit ad Conſiliarios ſuos: Ecce totum hoc non 70, ſed الف يوم (*Elph jum*) h. e. mille dierum opus eſt; vocatusque eſt locus prouinciae huius in hunc diem Elphium, الفيوم i. e. mille dierum — qui ſeminum copia adaequauit reliquas Aegypti prouincias. Vid. paullo poſt nott. z. a.

Vid. Michaelis ad Abulfedam not. 54. p. 24.

Nili integri et principalioris exeuntem. Originem habet, vti iam obſeruatum eſt, prope vrbem Sul, (Mellavi?) *excurritque occidentem verſus, et Menhi* (i. e. ex interpretatione Sionitae *Fluuius clauſus*) *vocatur. Tum decurrit inter occidentem et ſeptentrionem quatuor ſtationum ſpatio vsque dum attingat* oppidum *Bahneſa; deflectit deinde Canalis* (Menhi) *ſeptentrionem verſus, et poſt interuallum duarum ſtationum attingit vrbes Ahanas et Dalâs; tandem peruenit ad Fium, immergitque ſeſe lacubus Akni et Tihemt.* Haec Edriſius. (De oppidis paſſim laudatis infra ſuo loco agemus.) Qui de huius Canalis et origine et oſtio prodiderunt, autores recentiores, hic illic valde diſſentiunt. Vt de origine primo dicam, Vansleb *v*) et iam ante eum Abulfeda *w*) item Sicard *x*) prope vicum Derut el Scherif eum initium habere aſſeuerant. Geraldinus, vti paullo ante vidimus (not. *t.*) eum prope Aſchmun ordiri contendit; Tourtechot originem eius prope vrbem Mellavi (*Sul* Edriſii?) ponit *y*). Autores multum diſcrepantes, vt conciliare poſſim, tantum equidem mihi non arrogo; nihilominus tamen coniecturam, quae mentem ſubiit non poſſum quin in medium afferam. Putem nimirum Canalem Joſephi neque ad vrbem Mellavi, neque ad Derut el Scherif exire e Nilo, ſed ad locum quendam, qui inter oppida laudata

v) Vansleb Relat. nouv. p. 382. (verſ. germ. p. 358.) vbi haec: Au ſortir de *Tarut iſſcerif* je paſſée à pied ſec le Canal du fleuve de Joſeph, qui prend là ſon commencement.

w) Abulfeda pag. 10 ita ſcribit نهر الفيوم مخرجه بالقرب من ضروط الضربان i. e. Fluuius Fiumae haud procul a *Darut Darban* (e Nilo) egreditur. Cf. not. Michaelis ad h. l. lectionis varietatem exponentem.

x) Sicard Tom. II. p. 131. *Tarout Eſcherif* (ait) ou le Canal Joſeph prend ſa ſource. — Autoribus laudatis et inprimis Sicardo contradicere videtur Norden p. 259 ſcribens: Ein wenig über Rodda iſt der Canal *Bagher* (Bahr) *Joſeph*; ſed vid. Michaelis ad Abulfedam not. 115. p. 57.

y) Vid. Tourtechot, p. 386; vel paullo poſt not. *a*.

laudata interiacet; quod ſi praeſumtum habeamus, facile fieri potuit vt hic vicum memoraret Derut el Scherif, ille autem vrbem Mellavi. — Cogitationibus interuenit coniectura alia, num autem verior, non definio. Exit nimirum (ita coniicio) canalis prope vrbem Mellavi, canalis alius prope vicum Derut el Scherif; mox ambo coniunguntur et ita coniuncti nomen impoſitum recipiunt *Bahr Juſef.* Sed, vt dixi, nihil affirmem. Iam quod ad oſtium eius attinet, id fere omnes, quos etiam vidi autores z), excepto tamen Tourtechoto, qui omnino in deſcriptione tum curſus tum oſtii huius Canalis a caeteris ſcriptoribus, ſed, ſi quid intelligo, ſuo iure diſcedit *a*), ad lacum Moeridis (Karun, *Quern*, vel *Kern*, vt vulgo loquuntur) referunt.

3) *La-*

z) Vid. D'ANVILLE Mem. ſur l'Eg. p. 167. VANSLEB Relat. nouv. p. 252. (verſ. germ. p. 269.) vbi haec: Il commence à trois journée de Fium en tirant vers le midy, près d'un village nommée *Tarnt iſſcerif* (vid. not. praeced. v.); il ſe décharge enſuite aprés avoir quitté la ville dans le Lac nommé *Birket el Kern*, où ſes eaux deviennent ſalées. SICARD Tom. II. p. 261. (coll. paullo ante not. x) qui fere ita ſcribit: Il tire ſes eaux du Nil et de pluſieurs ſources (?) qu'il renferme dans ſon ſein. Son origine eſt au village de *Tarout Eſcherif*, à 3 ou 4 lieuës au Sud de *Mellavi.* Il fait & entretient l'abondance dans cette belle campagne, qu'il arroſe jusqu' au Faïoum & va enſuite ſe perdre dans le Lac Moeris ou de Caron &c. POCOCKE Tom. I. p. 92. *Bahr Joſeph*, ait, welcher in die See Moeris flieſset; der Fluſs iſt ohngefähr 100 engliſche Ruthen breit, hat Klippen, welche an der öſtlichen Seite nicht unter 40 und an der Abendſeite etwa 30 Fuſs hoch ſind. SAVARY Tom. II. p. 27. *Bahr Joſeph* fängt bey *Tarnt Eccherif* an und geht in den *Birket Carun.*

a) TOURTECHOT pag. 386 ſq. *Joſephs Canal* iſt 40 Meilen lang. Er fängt zu *Mellavi*, ſo ehemals *Hermopolis* hieſs (hoc falſum videtur; Hermopolis Vet. potius ſuperſtes in hod. vrbe Aſchmunein) an, und läuft vier Meilen gegen Weſten; ſodann aber wendet er ſich, und ſetzt ſeinen Lauf von Süden nach Norden bis nach Faïoum fort. Seine gröſſeſte Breite beträgt eine *Italieniſche* Meile. Bey *Faioum* theilet er ſich in zween Canäle, und ein jeder von dieſen wieder in verſchiedene andere, welche zu Bewäſſerung der Felder dienen. Hernach ergieſsen ſie ſich in den See *Mendes* (ita, minus vere, lacum Moeridis vocat), auſſer zweenen, von deren

3) *Lacus.* Duo memorat lacus Arabs noſter, vti paullo ante vidimus, quorum vnum compellat

Akni, اقني

Tihemt تيهمت alterum; vterque procul dubio ſitus in tractu (Caſchiflik) Faiumenſi. Itineratorum noſtrorum, quantum equidem compertum habeo, nullus, eorum verbis expreſſis mentionem facit; cum Edriſio tamen facere videtur Tourtechot, lacum *Algerák* et lacum Crocodilorum collaudans (vid. paullo ante not. a.). Putem nimirum *Akni* lacus conuenire cum *Algerak;* iam quae lectio alteri ſit praeferenda, iudex ſedere non audeo. Cum *lacu Crocodilorum* ex mea ſententia conferendus eſt Edriſi *Tihemt.* Olim in mentem mihi venit lectionem تيهمت corruptam declarare, inque eius locum ſufficere lectionem aliam, ſcil. تمساح, quippe quae magis conueniret Tourtechoti vocabulo *der Crocodillenteich;* mox autem mentem mutaui mecum reputans, ſub nominibus *Kanhemt*, *Tihamert*, *Tamieh* et Tamira varie expreſſis, latere non niſi nomen vnum idemque. Caeterum equidem non ignoro Kanhemt, Tihamert etc. eſſe nomina oppidorum, تيهمت Edriſii autem lacum huius nominis ſignare; hoc autem me fugit, num oppida haec a lacu, cui adiacent, vel lacus ab his oppidis nomen deſumſerit! nullum enim dubium, quin ſitus ſit ad lacum, vicus eiusdem nominis. Audiamus ad haec Golium *b*) qui ita fere tradit: . . . tres a Joſepho alueos fuiſſe ductos ſcribunt (vid. paullo ante excerptum ex GELALDINO) eos ſcilicet, quibus hodieque

deren einem der Teich *Algarak*, deſſen Waſſer das ganze Jahr hindurch gut zu trinken iſt, und von dem andern der *Crocodillenteich* entſtehet, worin eine kleine Inſel iſt, die einigen Arabern zum Aufenthalte dienet. Man gehet auf einem ſehr engen Damme dahin &c.

b) Vid. GOLIUS ad ALFRAGAN. p. 157 ſq.

que Phaijumae regio incluſa cernitur. Auſtralis apud Jacutum خليج منهي Menha dicitur; occidentalis, *a pago quodam* تيهمرت Teihamert, cuius pars effunditur in eiusdem nominis deſertum; orientalis, praecedenti vicinior, خليج فيوم Amnis Pheijumae. — Hoc ipſum exhibet Caſiri *c*); verba eius non deſcribo, ſunt enim ipſa Golii. — Apud recentiores autores denique oppidi huius nomen quoque recurrere videtur; Vansleb *d*) nimirum de oppido vel pago quodam ſatis conſpicuo loquitur; *Tamieh* vocat, ac ſitum eſſe tradit, vbi lacus Kern (Moeridis) pars orientalis deſertum, quod ab ipſo nomen impoſitum obtinet, terminatur. Pocockii *Tamiea e*) quae ad Canalem *Tamira* iacet, ni fallor oppidum idem. Tandem quae lectio verior ſit, ſiue Edriſii نيهمت vel Gelaledini *Kanhemt* قنهمت (ex quo facile fit تيهمت et v. v.) vel Teihamert تيهمرت Golii; ſiue *Tamieh* Vanslebii vel *Tamiea* Pocockii non exputo.

§. 30.

Montes Aegypti ſuperioris.

Praecinctam eſſe vt alis Aegyptum ſuperiorem gemino monte, inter quos decurrit Nilus (vid. paullo ante §. 29.), ſtipatus vicis vrbibusque in longum

c) CASIRI Bibl. &c. Tom. II. p. 3.

d) VANSLEB nouv. Rel. p. 267 (verſ. germ. p. 277.) vbi haec: A ſon extremité (ſc. Lac. Kern.) orientale eſt ſitué le village Tamieh & à ſon extremité occidentale eſt le fameux Chaſtéau du Vizir Caron.

e) POCOCKE Tom. I. p. 102. Ich gieng mit der Caravane nach Cairo; den erſten Tag erreichte ich *Tamiea*. Es giebt da keine Häuſer, auſser einigen wenigen Hütten die von gemeinen Huren bewohnt werden. cf. mapp. POCOCKII. Adde SAVARY Tom. II. p. 14. vbi haec: Wenn man Achantus verläſt und gegen Süden fortgeht, kommt man queer über ein ſehr groſses Gefilde. . . . Am äuſserſten Ende dieſer Ebene liegt das Dorf *Tamieh*, durch welches ein Canal geht.

النيل (Nil.) protentis, Geographi tum veteres, tum recentiores vno ore conteſtantur *f*); nec illis diſſentit Edriſius, quo ſcilicet autore, tum ab oriente Nili, tum ab eius occidente mons monti (vt Curtii verbis vtar) committitur.

I. *Mokattam* (المقطم) Edriſio vocatur *mons g*), qui ab oriente Nilum arcet; ita eum deſcribit: *Initium habet*

f) Vid. §. praec. 29. nr. 1. Cf. e. g. Abulfeda pag. 1. vbi haec: ويمتد الحاجزان المكتنفان واحدهما شرقي النيل والاخر غربيه من الجنادل i. e. procurrunt autem a Saxis (ſupra Asvan) *duo montium iuga, Hagizan, Saidam amplectentia, vnum Nilo orientale, alterum occidentale.* (Cf. ſi placet, quae diximus, in Eichhorn A. B. d. b. L. Th. V. p. 574 ſq.) Idem p. 5 haec habet: صعيد مصر بفتح الصعد صقع طويل غير عريض لانه بين جبلين علي حافتي النيل i. e. Saida, Aegypti tractus terrae longus eſt, exigua latitudine: *extenditur enim inter montes ab vtroque latere Nili.* Idem pag. 6. ita tradit: خلفا الجبل الممتد بازا جريان النيل i. e. . . . vltra *montem*, *qui Nilo parallelus* procurrit. Cf. Michaelis ad ll. cc. not. 5. pag. 2. Pulchre conuenit autor Lexici geographici, Schultensio excitatus, cuius verba vid. infra §. 33. Cum geographis Arabum faciunt autores recentiores. Verba P. Lucas III, 2. p. 193. e. g. ita ſeſe habent . . . le Nil ſe trouve reſerré par deux chaînes de montagnes, qui l'accompagnent de maniere, que celles qui ſont au Couchant, du côté de la Lybie ne l'abandonnent point jusqu' à la Mer Mediterranée. Celles, qui ſont du côté du Levant, ne vont que jusqu' au Caire, & lui laiſſent la liberté de s'étendre dans le Delta & d'y former pluſieurs embouchûres. Ses montagnes, depuis les Cataractes jusqu' au Saidi, ne ſont eloignées des rivages que d'environ 5 ou 6 lieuës: elles commencent à s'élargir en cet endroit, & laiſſent de belles plaines, qui ſont arroſées par les eaux du Fleuve. Elles recommencent enſuite à ſe reprocher, jusqu' aux Pyramides du Caire, où celles qui ſont du côté du Levant finiſſent abſolument & les autres s'étendent vers la Lybie. — Autorum aliorum verba non deſcribo; cum P. Lucas enim faciunt itineratores, quos hunc in finem volutaui, ad vnum omnes. Et qui mappas Nordenianas inſpexerit, oculis pene haec omnia intelliget.

g) Sub hoc eodem nomine apud recentiores quoque venit. Vid. e. g. Vansleb nouv. Rel. p. 282. (verſ. germ. p. 286. (*Gebel il mocat-*

habet mons Mokattam in Aegypto inferiori (ديار مصر; *vbi terminatur Aegyptus inferior*); *protenditur a Mesr* (Foſtata), *per Deſertum* (Sahra), *donec proxime accedat ad Asvan* (اسوان; vid. infra §. 34. prope fin.); *eſtque mons celebris longitudinis* (vid. not. praeced. f.) *quod autem ad altitudinem attinet, quibusdam in locis attollitur, in aliis vero deprimitur. Pars vel ſectio eius quaedam iungit Aegyptum* (بداير مصر) *procurrentem ad mare ſalſum prope Kolzom i. e. mare Hegiaz* (ſinus arabicus) *h*). Haec Edriſius. Montis huius mentionem quoque facit autor Lexici geographici eumque his verbis deſcribit *i*): المقطم بالضم وتسديد الطاء المفتوحة هو الجبل المشرف علي مقبرة الفسطاط وفي القرافة وهو جبل يمتد من اسوان وبلاد الحبشه علي شاطي النيل حتي ينقطع في طرف القاهرة ويسمي في كل موضع باسم وعليه مساجد ومواضع للنصاري ولكنه لا نبت فيه الا ماء البتة غير عين صغيرة تنز في دير للنصاري بالصعيد وقد ذكر قوم انه جبل الزبرجد i. e. *al Mokattam* (per Damma et duplicationem literae Ta, Fata inſtruendae) eſt mons ille

mocattam. SHAW p. 256. *Jibbel* (جبل) *Mocatte* oder *Mocat-em* d. i. der durchgehauene Berg. MAILLET p. 204. 225. montagn. de *Mokatan.* NIEBUHR Itin. p. 106. *Elmokattam.*

h) Senſus horum verborum paullo obſcurior videtur. Illuſtrationis cauſa forte addi poteſt locus apud SHAW p. 266. qui ita ſonat: Es gab alſo zween Wege, auf welchen die Israeliten von Cairo nach Pihahhiroth, an die Ufer des rothen Meeres, konnten geführt werden. Der eine geht durch die Thäler *Jendily*, *Rumelih* und *Baidih*, wie ſie heut zu Tage heiſsen, und iſt auf beyden Seiten durch die Berge der niedern Landſchaft *Thebais* eingeſchloſſen. Der andere liegt höher, und *hat die nördliche Kette dieſer Gebirge — die Gebirge Mokatti — parallellaufend zur rechten Hand, und die Wüſte des Aegyptiſchen Arabiens, bis an der Philiſter Land, zur Linken. In der Mitte von dieſen Gebirgen kann man ſich rechter Hand, durch einen Bruch oder Oeffnung, in das Thal Baidih wenden, in welchem man bis zu den Ufern des rothen Meeres fortgeht.* SIONITA vertit: et partes eius nonnullae attingunt terram Meſer procurrentem ad mare ſalſum verſus mare rubrum, ad mare ſcilicet Hagiaz.

i) Vid. SCHULTENS Ind. geogr. v. *Almokattemus.*

ille qui imminet ſepulcreto Foſtatae, quod Kerafa vocatur. Mons hicce a Syene (Asvan) e regionibus Habaſchiae porrigitur ad Nili latus, donec abrumpatur ad extremitatem al Kahirae. (Idem v. *Thebais:* . . . donec orientalis mons metam contingat in al Mokattamo, ibique abrumpitur. Vid. infra §. 33.) Vbique locorum alio ſignatur nomine. (Conſentientes ſibi habet Lexicographus autores recentiores, NORDEN, POCOCKE etc.) Super eo Oratoria et loca ad Chriſtianos pertinentia. Sed nec herba gaudet, nec aqua omnino vlla; excepto fonticulo monaſterii Chriſtianorum in Thebaide *k*). Nonnulli aiunt eſſe hunc montem Smaragdi.

II. Mons alter, cuius mentionem facit Edriſius ipſi, vocatur *Tilamun* vel *Tailamun*, جبل الطيلمون (p. 42. verſ. lat.), *ad quem ab vrbe Zamacher* (de qua vid. infra §. 34. v. *Zamacher*) *iter quinque miliarium, a Nili ripa occidentali.* Opponitur ergo monti Mokattam, quem paullo ante Edriſio autore deſcripſimus. Diſſentit Abulfeda *l*) in deſcriptione montium, vbi haec: جبل الطيلمون وسمي جبل الطير وهو جبل بصعيد مصر في الجانب الشرقي بالقرب من منية ابن خصيب وانصنا i. e. mons Tailamun, *qui et mons auium vocatur*, eſt in Saida Aegypti, *in tractu orientali* (i. e. ab orientali latere Nili) non procul Monia filii Chaſib et Anſena. Eſt forte qui dicat Abulfedam per errorem ſcripſiſſe الشرقي pro الغربي; Monia filii Chaſib ſaltem ab occidente Nili ſita eſt. Iam vero cui bono? reſtant nimirum verba وسمي جبل الطير; reſtat ſitus vrbis Anſena, qui eſt ab oriente Nili; reſtat denique auium deſcriptio; mons auium autem, teſtibus Vans-

k) Forte *puteus Argeuus*, vici, haud longo interuallo a Behneſe diſtantis, de quo VANSLEB nouv. Rel. p. 69–71. verſ. germ. p. 167. Cf. P. LUCAS III, 1., p. 325 ſq.

l) Vid. MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 191. p. 94 ſq.

Vansleb, P. Lucas, aliis *m*), omnino ab orientali Nili latere aſſurgit. Coniecerim fere Abulfedam per errorem pro vno eodemque monte habuiſſe جبل الطير et جبل الطيلمون. Situm autem montis Tailamon, ab occidente ſcilicet Nili, Schultenſius quoque conteſtatur. Vere enim ſcribit *n*): Almokattemus mons Aegypti ad *orientem* Nilo protenſus, atque ab *illo latere* Thebaidem includens; prout ab *occidentali latere* tenditur mons الطيلمون *Alteilamoun* dictus, vterque a Syene ad Memphim vsque procurrens. — Pergit Edriſius: *Hic autem mons ab occidente Tarib in Nilum procurrit, curſumque fluuii impedit; aqua ergo in illum irruens violentius compreſſa, eum ſuperat, quod impedimento eſt nauibus ex Mesr Aſſevanam aſcendentibus et deſcendentibus.* Ita fere Edriſius. Vocabulum Tarib, quod in delineatione huius montis vixdum adſcripta occurrit, in verſione quoque expreſſi, neſciens quomodo probabiliter vertam. Phraſis nimirum Edriſiana haec: وهذا الجبل ياتي من جهة المغرب بتاريب. Michaelis l. c. vertit quidem: hic autem mons ab occidente *coecus* in Nilum procurrit; num haec autem ſit mens Edriſii, equidem non expedio. Vansleb *o*) memorat vrbem *Adribe;* ſed, me iudice, comparari nequit; Tarib enim, modo vt ſit nomen proprium loci, in vicinia vrbis Asvan quin ſitum habeat, equidem nullus dubito. Conuenit forte *Morrada*, portus, quem

m) v. g. VANSLEB nouv. Rel. p. 357 (verſ. germ. p. 343.) et p. 402 ſq. (verſ. germ. p. 370). Ait nimirum . . . de la montagne, qui eſt au Levant du Nil & peu aprés la montagne des Oiſeaux, appellée en Arabe *Gebel Teir* &c. P. LUCAS III, 2. p. 57. et pag. 158. POCOCKII *Jebel Okſeir*, quem vocat, procul dubio mons idem.

n) Vid. SCHULTENS Ind. geogr. v. *Almokattemus*.

o) VANSLEB nouv. Rel. p. 372. (verſ. germ. p. 352.) de vrbe *Adribe* in transcurſu ita ſcribit: Le monaſtere de S. Sennode, l'Archimandrite, ſurnommé le Blanc, eſt báty à coſté des mines de l'ancienne ville *Adribe* &c.

quem laudat Norden *p*). Nihil me definire, ſed modo interrogare, ſciant lectores. Verba Edriſii nimirum, quae paullo ante adſcripſimus, de cataracta Nili prope vrbem Asvan interpretanda eſſe, mihi quidem perſuaſum eſt. Abulfeda, ni fallor, mecum facit; tradit enim l. c. ويدخل طرف هذا الجبل في النيل ويترعج الما بسببه حتي يحذر منه علي المراكب i. e. "huius montis extremitas procurrit in Nilum, vnde tantus aquae vortex, vt timeant nauigantes." De periculoſa iuxta hunc montem nauigatione nihil ſe in itinerariis legiſſe recte quidem obſeruauit Michaelis; eam enim vere tacent, qui de monte auium tradiderunt, autores recentiores; verum de cataracta non cogitauit, nec de verborum Abulfedae deſcriptionem montis huius referentium, probitate, vnquam dubitauit vir alias acutiſſimus. De cataracta autem Nili ſi interpretari liceat dicta Edriſii et Abulfedae, ſenſus prodit vel maxime opportunus placidusque. Supra p. 71 autore Edriſio cataractam Nili, ſi quid iudico, *aliam* deſcripſimus; *eam ſcilicet*, quam videre et deſcribere fruſtra anniſus eſt Norden; cataractam autem vixdum praeeunte Edriſio deſcriptam et vidit et delineauit autor laudatus *q*). — Iam de cataracta ad montem reuertor. Deſcriptionem Edriſianam comparationis gratia l. c. recudi curauit Michaelis, eam e arabicis latinam fecit; verſioni autem addere voluit notam hanc: Errare humanum, idque hic accidiſſe reor Nubienſi. Me non intelligere notam ſine vllis argumentis adiectam, ingenue fateor; imo, culpa et reprehenſio, quam in Edriſium contulit, in ipſum Abulfedam cadere videtur.

§. 31.

p) Norden Itin. verſ. germ. p. 364 vbi haec: Endlich aber langten wir . . . bey dem Hafen von *Morrada* oder des erſten Waſſerfalles; an. Cf. *idem* p. 385.

q) Vid. Norden l. c. p. 375 ſq. Pococke Tom. I. p. 182 (et apud Norden l. c. p. 380. not.) &c. Vid. infra v. *Zamacher*.

§. 31.

Terrae prouentus; Mercatura.

I. Ab autoribus tum veteribus, tum recentioribus, qui ſolum Aegypti ſuperioris vt fertiliſſimum commendant *r*) deque terrae bonis paſſim praeclara referunt, Edriſius noſter non diſſentit, licet peculiari loco de iis nusquam egerit; pauca ergo, quae cum lectoribus communicare cogito, quoniam ex vrbium deſcriptione non ſine magno incommodo diuellantur, impraeſentiarum non tam deſcribo quam Indicis loco in anteceſſum voco. Laudat autem geographus noſter

1) *hortos* vrbium Anſana, Zamacher et Asna, *belliſſimos.*

2) Abundare refert vrbes Anſana, Nagaſata, Zamacher et Asna *agris fertilibus, fructibus, tritico et variis leguminum generibus, item oleribus quam plurimis.*

3) Copiam *palmarum* et *dactylorum* prouenire tradit in vrbibus Achmim, Balbana, Sul et Asna; item in regione Vâhât.

4) Eodem referente ſolum vrbium Achmim et Balbana producit magnam copiam *cannarum ſacchari.*

5) Vrbem Asvan abundare carnium variis generibus, vt carnibus bouinis, camelinis et caprinis, idem auctor eſt.

6) In regione Vâhât tandem *capras et oues ſylueſtres,* item *ſerpentes* reperiri, idem diſerte tradit.

II.

r) Vid. e. g. LEO p. 666. vbi haec: Tota Aegyptus, cum ſit fertiliſſima, Sahidica tamen prouincia reliquas partes, omnis generis leguminum, animalium, pullorum, linique copia antecellit. Cf. P. LUCAS III, 2. p. 210 ſq. MAILLET p. 297. Elle (Saidi) renferme des plaines admirables, qui fourniſſent au Caire la quantité de bled, d'orge, de féves, & d'autres grains ou légumes, dont on remplit tous les ans les magazins du Grand Seigneur, & dont on nourrit le peuple de cette floriſſante ville &c.

II. *Inter Aegyptios et Nubiae incolas mutuum eſſe rerum commercium*, ſupra p. 72 iam obſeruatum eſt. Aegyptii, de quibus l. c. ſermo habetur, Aegypti ſuperioris inhabitatores videntur. — Quae p. 24. verſ. lat. obuiam faciunt, verba Edriſii, huc forte referenda ſunt. Ita ſonant: *Vrbs Zabid* (زبيد) *ingens eſt, ac ciues eius diuites et opulenti; ad eam confluunt mercatores plurimi de terra Hegiàz, Habaſch et Mesr, aſcendentes per naues Giddae.* Licet, vt vidimus, pauciſſima ſint, quae de mercatura nobiscum communicare voluit vel ipſe Edriſius, vel Edriſii epitomator, nec niſi generaliora, religioſe tamen retuli, ne vilioribus praetermiſſis, res etiam maioris momenti ſilentio praetermiſiſſe videar.

§. 32.

Monumenta antiquitatis. (verſ. lat. p. 42.)

Edriſio autore *in vrbe Achmim* (de qua paullo poſt §. 34. ſermo nobis erit) *eſt aedificium ſic dictum, Berba. Sunt autem Berbae multae, vt Berba Eſnae; Berba Danderae, Berba Achmimi. Reliqua aedificia autem, quae, vt diximus, Berabae vocantur, et ſoliſſima ſubſtructione et monumentorum antiquitatis pulchritudine facile ſuperat Berba, quae viſitur in vrbe Achmim; habet enim figuras cum ſtellarum tum artificiorum, inſcriptionesque multas et alia arcana ſapientiae. Et hoc aedificium, Berba nominatum, eſt, ſicuti diximus, in media vrbe Achmim.* Ita fere Edriſius. Iam, quid ſignificet vocabulum *Berba*, adhuc ſub iudice lis eſt; in duas partes potiſſimum ſecedunt autores, qui ſententiam ſuam de illo tulerunt, quorum hi *templum* eſſe affirmant, *pyramidem* illi. Me quidem iudice *Pyramidem minorem*, vel potius, *Obeliſcum* deſignat vox Berba, id quod, niſi me omnia fallunt, ex

Abdol-

Abdollatiſo et Leone lucide apparet. Ne autem ſine argumentis agam, iam ſingula de hac voce percenſeo iudicia.

1) Abulfeda Tab. Aeg. p. 17 ex Codice Pariſienſi edita exhibet lectionem البراني *al Barani.* Iure eam damnauit Michaelis *s*) proque ea bene recepit Codicis Lugdunenſis lectionem, ſcil. البربي *al Barbi t*), vocabulum, quod Templum deſignare aſſeuerat figuris hieroglyphicis ornatum, forte etiam ſubterraneum. Reiskii emendationem idem l. c. vere exploſit vocemque البرامي (Pyramides), quam ſcilicet in locum البربي ſuffecit, mere coniecturalem nec vllo vſu confirmatam exiſtimans. Sed Reiskium, cui tanta erat arabicae linguae copia, vocabulum mere coniecturale et fictum adeo pro vero ſubſtituiſſe, aegre mihi perſuadeo; putem potius interpretationis cauſa hoc factum eſſe a viro celeberrimo, cuius animo forte conſonantium *Be* et *Mim* permutatio frequens obverſabatur. — Ad quem loci huius difficillimi cauſa, refugi, Golius in notis ad Alfraganum, miſere ſpem meam fruſtrauit; refert quidem *u*) ſcriptor alias egregius, ad Abulfedam prouocans, multa ibi ſupereſſe antiquitatis monumenta; ſed de voce Barabi prudenter ſilet. Interpretationem ſuam ex Pocockio petiit Michaelis l. c. cuius vero autoritas h. l. ſaltem iure ſuſpecta habetur *v*); tuetur tamen verſionem Michaelis eiusque interpretationem, vir in linguis, ſic dictis, orien-

s) Michaelis ad Abulfedam p. 17. not. 168. p. 80 ſq.

t) Cod. Lugd. ita legere docent Koehler in Allgem. Deutſch. Bibl. Tom. XXXI. pag. 387. et H. A. Schultens in Biblioth. Critic. Amſtelod. Tom. I. p. 108. cf. Eichhorn Allg. Bibl. T. V. p. 614.

u) Golius ad Alfrag. p. 102.

v) Vid. inprimis H. A. Schultens l. c.

orientalibus verſatiſſimus, Silveſtre de Sacy *w*). Et ſane (vt ingenue rem noſtram tractemus) fauere videntur huic interpretationi Itineratorum recentiorum commentaria quae omnino de antiquitatis monumentis, in vrbibus ab Edriſio paullo ante commemoratis, frequentibus, mira enarrant, de templorum ruinis reliquiisque et de aedificiorum ruderibus deſcriptiones delineationesue exhibent, in quibus vero nihil de Pyramidibus, ne verbum quidem legere eſt. Vid. inprimis infra §. 34. v. Dendera not.

2) Iam vero ſunt et autores alii, qui de voce *Berba* iudicia ſua expoſuerunt, haud aſpernandi et ob acumen ingenii et doctrinae copiam ſatis conſpicui. Caſtellus in Lexico Heptagl. vocabulum بربا aſſentiente Kirchero tranſtulit Pyramidem *x*), forte ſenſu eodem, quo e. g. Troilo Obeliſcum Cleopatrae et Obeliſcum Matareenſem Pyramides vocat. Errauit ergo Michaelis *y*) vocabularia noſtra voce hac carere aſſeuerans. Kircherus autem, ad quem prouocat Caſtellus, l. c. ita refert: "Dico igitur duas eſſe „vrbes

w) Vid. Notices et Extr. Tom. I. p. 270. Scilicet SILVESTRE DE SACY l. c. verbis "Parmi les monumens curieux de l'Egypte, il faut compter les *berbis*, que l'on voit à Akhmim, à Enſéna, à Couſs & dans ſon terroir, à Abouſir & à Séménoud &c." notam addit hanc: "*Berbi* c'eſt ainſi que les Arabes nomment *les anciens temples* des Egyptiens; ce mot a embaraſſé pluſieurs Savans. M. Michaelis l'a expliqué par un endroit des Voyages de Poçocke: ce voyageur parle d'un village ſitué à trois milles au Couchant de Girgé appelé, dit-il, *al berbi* (le temple). Mais il paroit ignorer l'origine de ce mot, ainſi que les Traducteurs de la Géographie Arabe, connue ſous le nom de *Geographia Nubienſis.* C'eſt un mot Copte, compoſé de l'article maſc. πι ou π, & du mot *ερφει*, *temple.* On ne doit pas être ſurpris que les Arabes expriment la lettre φ par un β; elle a ſouvent cette prononciation dans la langue Egyptienne; ils écrivent de même *Barmondi* pour *Farmondi.*"

x) Vid. KIRCHERI Oedip. Aeg. Syntagm. I. p. 39. (non autem p. 139 vti KOEHLER l. c. exhibet).

y) MICHAELIS l. c. p. 81. cf. KOEHLER l. c.

„vrbes in Aegypto اسوان, vnam diximus eandem „eſſe cum Arſinoë, alteram ſuperiorem, quam ean- „dem eſſe diximus cum famoſiſſimis Thebis ex ea- „rundem ruderibus inſtauratam, hoc vt afferam me „mouet primo maxima antiquitatum congeries in „Eſuan ſuperſtes, de quibus ita Abulfeda et Salmas:
„اصوان (h. l. cum *Sad*) مدينة بالصعيد الاعلى وفي من„
„بر الشرق وبها البربا المشهورة وفي من اعظم اثار الاوايل„
„بكبر صخورها المنحوتة وكثرة التصاوير التي عليها„
„i. e. (ex verſione Kircheri): Asvan ciuitas Thebai- „dos ſuperioris, ex parte deſerti orientalis, in qua „eſt *Pyramis* illa notiſſima, quod eſt maximum pri- „maeue antiquitatis monumentum ob magnitudinem „caelatorum ſaxorum ac multitudinem figurarum „quae in eo conſpiciuntur." Male de Thebis cogi- tauit Kircherus; geographum laudatum enim Asvan, Veterum Syene, in animo habuiſſe, ex Leone in- primis (vid. paullo poſt) ſatis luculenterque apparet. Sed quid iam ad nos Kircheri ſtudium geographi- cum? Caeterum monendum duxi verba, quae modo adpoſuimus, arabica, non ex Abulfedae Aegypti deſcriptione ſed ex opere quodam autoris, quem Salmas vocat l. c. Kircherus, eſſe deſumta. — Leo Africanus *z*) porro, ad quem, monente Reiskio, huius vocis gratia, lectores ablegauit Seebiſchius, vocabulum Berba per Pyramidem vel Obeliſcum vertere geſtienti vel maxime fauet. Verba eius haec: "plurimas hic ſpectari liceat priſcorum Ae- „gyptiorum ſtructuras, *altiſſimas item turres, quas patrio* „*nomine Barba* vocitant." Hoc ipſum, forte ex Leone, memoriae quoque prodidit Marmolius *a*). Michaelis ergo l. c. ſe nihil ibi (de Leonis Africae deſcriptione

 loqui-

z) Leo Africanus p. 729. v. *Asvan*.

a) Marmol Tom. III. p. 301. v. *Asvan*. Verba eius: On y voit en pluſieurs endroits d'anciens baſtimens d'Egypte accompagnez de hautes tours nommées *Barba*.

loquitur) inueniſſe, quod lucem affundere poſſit vocabulo obſcuro, nimis feſtinanter pronuntiauit. — Deſcriptis Pyramidibus ad Obeliſcos tranſit Abdollatiph *b*), depingitque Obeliſcos duo, qui in vrbe Alexandria exſtructi ſunt. Quibus delineatis ita pergit:
واما البراني بالصعيد فالحكاية عن عظمها واتقان صنعتها
واحام صورها وعجايب ما فيها من الاشكال والنقوش والتصاوير
والخطوط ما احكام البناء وجفاء الالات والاحجار مما يفوت
الحصر وهي من الشهرة بحيث تغني عن الاطالة في الصفة
i. e. Quod attinet ad Berbas in Aegypto ſuperiori, fama eſt peruulgata de earum magnitudine, ſtructura accurata figuris exactis et mirabilibus, quae in iis ſunt, imaginibus, picturis, effigiebus et characteribus, vti et de ſoliditate fabricae; inſtrumentorum item lapidumque numerum excedentium copia; ſuntque illae celeberrimae, adeo vt non opus ſit prolixe de iis diſſerere. Ita Abdollatiph; nunc columnam ſic dictam Pompei deſcribit; ſed haec iam nihil ad nos. Ex verbis autoris huius, multo magis autem, vt mihi quidem videtur, ex loco vel ordine, quem in deſcribendis antiquitatum monumentis tenet, vocem Berba notare vel Pyramidem vel Obeliſcum equidem colligi poſſe putauerim; minus commode enim de templorum deſcriptione accipi poſſe videntur verba vixdum adſcripta. — Iis denique, qui de Pyramide vocem Berba accipiunt, adnumerandi quoque videntur Koehler et Vattier (in praefatione verſioni Murtadii praemiſſa) *c*), tandem D'Anville, qui calculum ſuum

b) Abdollatiph l. c. p. 62.

c) Koehler l. c. ita docet: Herr M. fügt zwar noch eine Stelle des Nubiſchen Geographen bey, wo derſelbe *vier* berühmter برابي in Aegypten gedenket (non de quatuor; de tribus tantum برابي loquitur Edrisius); aber uns deucht, die Beſchreibungen ſind ſo beſchaffen, daſs man dabey eher an Pyramiden als an Tempel denken kann. Wir wünſchen ſonach doch noch mehr Beſtä-

ſuum autori Murtadi addere nullus dubitauerit *d*). Sed haec ſufficiant. Aedificia antiqua nimirum et rudera aedificiorum olim ſplendidiſſimorum, quae tangit magis quam pandit, huc non reuoco; ſed infra ſuo quolibet loco de iis memoriae prodam; vid. §. 34. v. v. *Anſana* et *Asna*.

§. 33.

Deſcriptio al Vâhâtarum.

In copioſa de tribus الواحات (ſiue *Oaſibus* ...rum) diſputatione, quae de illis memoriae prodidit Edriſius, religioſe excerpſit, textum originalem recudi curauit ſuaque adnotatione doctiſſima ornauit illuſtrauitque J. D Michaelis; quare acta, vt aiunt, agerem, ſi forte praeter ea, quae omnino Edriſio ſunt et quae ab editore Abulfedae acutiſſimo vel praetermiſſa, vel minus diligenter accurateque expreſſa equidem deprehendiſſe mihi videor, ex com-

Beſtätigung jener Muthmaſsung. (Credimus quoque deſcriptionem *Birabaium*, quae eſt in Geographia Nubienſi, ad pyramides tam facile adcommodari poſſe, quam ad templa. — Verba ſunt H. A. SCHULTENSII in Bibl. Crit. l. c.) KOEHLER l. c. ita pergit: Der Recenſent hat bisher immer geglaubt das Wort الهرمي ohne Aenderung bedeute eine Pyramide, und das M ſey wie öfter von den Arabern in B verwandelt worden. Dieſs glaubte auch P. Vattier, deſſen Worte aus der Vorrede zu ſeiner Ueberſetzung von l'Egypte de Murtadi fils du Gaphiphe (Paris 1666, 12.) wir herſetzen: Les Pyramides ſont exprimées en Arabe par deux noms, dont l'un eſt *Birba*, que j'ai retenu en pluſieurs endroits, & l'autre *Haram*. Le mot de *Birba* & en pluriel *Barabi*, eſt *peut-être corrompu de Pyramis.* Quoique il en ſoit, notre auteur appelle ainſi, ou les Pyramides en general, ou les moindres ſeulement, à l'excluſion des plus grandes, auxquelles il donne particulierément l'autre nom, qui eſt *Haram* & qui ſignifie en Arabe *un vieux* batiment.

d) D'ANVILLE Mem. ſur l'Egypt. anc. & mod. p. 191. vbi haec: *Berbé*, au pluriel *Barabi*, qui paroit un terme appliqué dans le pays à ces anciennes bâtiſſes & qui s'étend même aux Pyramides, ſelon Murtadi.

mentatione laudata e) huc denuo reuocarem. Caue autem credas, nos iam regionibus iſtis hodie vere incognitis, abſolutiſſimam habere al Vâhâtarum deſcriptionem; minime gentium: manet vtique poſteros noſtros ſpicilegium; ſpicilegium? imo ampliſſima meſſis! Collectaneis ergo, adde, ſi placet, quae iam ſequuntur.

I. *Nomen.* Semel effert Edriſius الوحات, *al Vahât* (ſine Elif poſt Vau); ſemel الواح *al Vâh;* quinquies, الواحات *al Vâhât;* ſemel tandem الالواحات *al Alvâhât.* Abulfeda f) ter pronuntiat الواحات *al Vâhât;* autor libri Lobab eidem Abulfedae laudatus efferri iubet الْوَاح *al Vâh;* Jacutus in Moſchtareco (eidem citatus) ſine articulo ſcribi pronuntiarique monet, Vâhât, واحات. Bis effert الواحات autor lexici geographici g) at in ſingulis percenſendis vtitur vocabulo الواح *al Vâh,* et quidem bis cum articulo; ter autem ſine articulo, *Vâh.* Ibn al Vardi الواحات *al Vâhât; Alwahat* Schemſoddin quoque pronuntiant h). — Veteres Graecorum et Romanorum ſcriptores Αυασεις, Oaſes expreſſerunt. Recentiores nunc *el-Ouah* vel *al-Wah,* ſicuti Roule apud D'An-

e) Michaelis ad Abulfedam not. 54 ſq. p. 21 – 35. Eum ſequitur, vti ſolet, Savary Tom. II. p. 124. Inter alia haec habet: Dieſe merkwürdigen Oerter ſind auch den arabiſchen Geographen bekannt geweſen, von denen ſie die *Eluah* genannt werden. His addit: *Abulfeda ihr Wegweiſer* beſchreibt ſie &c. Edrisium ergo, quem ſaepius laudat Abulfeda, longe ante Abulfedam ſcripſiſſe, vel ignorauit vel hoc ſibimet ipſi celauit Savary.

f) Abulfeda p. 5. et 18. vbi Cod. Pariſ. figit لُواحات *al Oabat.*

g) Vid. Schultens Ind. geogr. v. *Thebais,* vel paullo poſt; verba enim Lexicographi ipſa infra deſcribemus.

h) Ibn al Vardi; vid. Notices et Extr. Tom. II. pag. 27. Verba Schemsoddini vid. paullo poſt; not. a.

D'Anville; nunc *Vah* vel *Wach*, ſicuti Vansleb *i*) vterque Michaeli l. c. laudatus, pronuntiant. Apud Mailletum *k*) et Pocockium *l*) *Elouah* audit; *Elúah* apud Savarium; vid. paullo ante not. e. *Forte* et apud Leonem eius fit mentio; putem nimirum conuenire vrbis *Eloacheti* nomen et nomen regionis, quam vocat *Alguechet* *m*). Autore Zieglero hodie *Gadamez* vocatur; idem nomen adſcripſit Mercator ad Ptolemaei Oaſes: ſed vtrumque in errore verſari, nullum dubium; Abulfeda enim aliique autores qui de Africa retulerunt vnamquamque harum regionum ſeparatim deſcribunt *n*).

In definienda conſtituendaque nominis origine multum deſudauit Bochart *o*); ipſa autem disquiſitionis et inueſtigationis ratio ſpinoſa nobis ſuadet vt caute eius labore fruamur.

Michaelis coniicit nomen verum eſſe non *al Vâhât*, ſed *Levâhât* الواحات; Elif ergo ante Lam pro

Hh 4 pros-

i) Vid. Michaelis l. c. p. 24. et 25. Iam typis diuulgatum habemus iter Vanslebii, quod vid. p. 31. 37 et 62. Michaelis l. c. paginas Mſti. laudat. Vid. paullo poſt, not. *d*.

k) Maillet p. 303. vid. infra not. *f*.

l) Pococke Tom. I. p. 125. cf. Michaelis l. c. p. 26. Vid. infra not. *g*.

m) Leo l. c. p. 5. 10. et 635. vid. paullo poſt.

n) Vid. Job. Ludolfi Commentar. ad Hiſtor. Aethiop. p. 52.

o) Bochart Phal. L. IV. cap. 30. p. 283. . . . "Quo pertinet, quod Ἀυάσεις Aegypti vocant habitationes, quae ſunt in medio deſerto, voce compoſita ex צי et חוא. צי *deſertum*, vt ציה, et חוא eſt *habitatio*, vnde plurale חוות Num. 32, 41. Arabice חוי eſt *ambire* et חוא multae domus arabum tanquam in orbem digeſtae, vt fit: nam et *vrbs* eſt ab *orbe*, et πόλις ἀπὸ τȣ πολεῖν. Ergo חואצי Ἀυασις proprie eſt ambitus domorum i. e. villa vel oppidum in loco ſiticuloſo; aut potius habitatio, quam ambiunt loca ſiticuloſa. Quomodo Graeci definiuerunt, quamuis vim vocis ignorarent" (vid. Strabo apud Michaelis l. c.). Sed cf. J. Ludolfus l. c. Mitto autem, quas idem l. c. in medium profert origines autorum quorundam inſulſas friuolasue.

proſthetico habet; "nec tamen (addit) cum Sicardo, quem Reiskius citat, pro plurali fracto nominis لوح habuerim, nec, vt ille, ex etymo Arabico catabathmos verterim; ſed nomen puto verum et Aegyptium, cui Arabica deriuatio non obtrudenda" *p*). Bene quidem; nihilominus tamen aegre mihi perſuadeo ex Aegypto petiiſſe Arabes tum nomen tum nominis ſignificationem; ſuſpicor potius vocem arabicam الواحات et quidem ad literas translatum eſſe ex vocabulo graeco Αυασεις, quod mox flexu molliori Οασις dictum fuit. Al, (ال) itaque pro articulo habeo et lectionem Edriſii *al Alvâhât* (cum articulo) vel calami lapſum vel operarum errorem equidem cenſeo; qua quidem in re, praeter Arabes laudatos, ex quibus Jacuti adeo articulum eſſe abiiciendum monet, conſentientes habeo v. g. Koehlerum et, qui ante eum ſcripſit, A. Schultenſium *q*).

II. Loca disiecta, in quibus de Oaſibus ſermonem inſtituit Edriſius noſter, iam colligo: Sunt autem haec:

1) Pag. 15 verſ. lat. ita fere tradit: *In hac quarta primi Climatis ſectione continetur regio Nubarum, pars Aethiopiae et reliqua terra meridionalis Taguitarum; item pars terrae al Vâhât remotiſſimae r*). Et paucis inter-

p) Vid. MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 57. p. 33. 34. cll. *Eiusdem* Bibl. Orient. et exeget. (vet.) Tom. IV. p. 178.

q) KOEHLER in Allgem. D. B. l. c. p. 377. A SCHULTENS Ind. geogr. v. *Thebais*, vbi haec: "Ad nomen Arabicum quod attinet, id „nimium quantum diſcrepare videtur ab *Oaſi*, quum tamen in „origine conſpiret. Articulus ſi tollatur, reſtabit *Wahat*, *Ouchat*, „Αυατης, qua appellatione Aegyptiis ſignari *loca rare et male ha-* „*bitata* annotatum a Strabone. Hinc nata Αυασις et mox Οασις, „molliori flexu." — Significationi ex etymologia petitae EDRISII Vâhâtarum deſcriptio parum fauet; eo nimirum autore, vti ex ſequentibus apparebit, regiones ſunt *cultae* et habitatae in Africae *deſertis*.

r) Forte vertendum *interioris*. In libro eſt: بلاد الواحات الداخلة

interiectis (quae autem nihil ad nos) ita pergit: *Et de terra. al Vâhât remotiſſimae s) et in ſuperiore parte Aegypti ſunt: vrbs Asvan* اسوان*, et Ankava* انقوا*, et Redini* الرديني. De vrbe Asvan infra §. 34. prope fin. nobis ſermo erit. Vrbem *Ankava* equidem non noui; recentiores enim eam ſilentio praetermittunt, forte quia ad regionem al Vâhât pertinet, quam nullus eorum adiit frequentauitue. Redini autem *fortaſſis* eſt μαρτυριον (ſeu ſancti cuiusdam ſepulcrum) de quo Abulfeda *t)* et Norden *u)* referunt.

2) In Climatis primi ſectione quarta (prope fin.); verſ. lat. pag. 18 et 19 haec fere leguntur: *Vicina eſt Aſſevanae* (اشوان) *a parte occidentale al Vahat v). Haec regio hodie vaſtata et ſine incolis; ſed olim habitata fuit. Perfluunt eam riui* (Canales e Nilo deriuati?) *ſuntque adhuc in ea arbores relictae et oppida diruta, quae non habitantur. Sic et a tergo huius regionis vsque ad Cavar et Cucu* (ſupra p. 55. 62 et 138) *non deſinunt terrae palmetis et ruderibus aedificiorum notatae.*

s) Num: *interioris?* Impreſſum habet: ارض الواحات الداخلة; h. l. ergo ارض; paullo ante بلاد. SIONITA bis vertit vocabulum الداخلة per *Vahat interiorem.* Vid. infra not. SCHULTENSII prope fin.

t) ABULFEDA p. 5 vbi haec: وبالقرب من اسوان مشهد الرديني وهو مشهد كبير علي حافة النيل من شرقية وهو في جنوبي اسوان علي شوط فرس ۞ i. e. Non procul ab Asvan eſt μαρτυριον Redini dictum, ingens, a latere Nili *orientali* ab auſtro Asvan, a qua equi fere curſum abeſt. Cf. MICHAELIS not. ad h. l. n. 49. 50. p. 17 et 20. Situs tamen comparationem hanc aegre admittit; Redini EDRISII enim procul dubio ab occiduo Nili iacet.

u) NORDEN hoc ipſum مشهد vidit et deſcripſit; vid. verſ. germ. p. 369 ſq. cf. MICHAELIS l. c.

v) Eſt quidem h. l. *al Alvâhât*, cum articulo, الالواحات; ſed perperam, vti equidem exiſtimo. Vid. paullo ante n. ſ.

notatae. Narrat Ibn Haukal, eſſe in eo tractu in noſtrum vsque tempus capras et oues, ſed quae ſylueſtrem iam induerint naturam fugiantque homines et a venatoribus ſerarum modo et ſicuti reliquae belluae capiantur. Maxima pars al Vâhâtarum (الواحات) *inferius porrigitur, vna cum Aegypto, ſuntque in illis rudera, de quibus deinceps volente Deo.*

3) Iam in Climatis ſecundi ſectione quarta p. 41 et 42 verſ. lat. ita pergit Noſter: *comprehenditur in hac ſectione quarta Climatis ſecundi reliqua pars regionis al Vâhât* (من ارض الواحات) *quae meridiem verſus ad regionem Taguitarum procurrit w). Inter al Vâhât* (الواحات) *et terminum Nubiae interuallum trium dierum. In regione al Vahât* (h. l. ارض الوحات; ſine *Elif* poſt *Vau*) *ſunt ſerpentes x) qui nullibi praeter hunc locum reperiuntur.*

4) Pergit Edriſius l. c. *Ab Ardain et Bahrein y) ad Gofar eſt biduum; et a Gofar ad al Vâh* (الواح) *triduum, ſine aqua z).*

5) Et paullo poſt, vbi oppidum Sul (صول; vid. infra §. 34. v. *Sul*) deſcribit Geographus noſter, ita tradit: *Situm eſt oppidum hoc ad os Canalis, dicti Menhi, qui terris al Vâhât* (الواحات) *vicinus ab oriente eſt,*

w) Male vertit Sionita l. c. "Ex iis quae continentur in hac ſecundi Climatis parte quarta, eſt reliqua terra Alvahat exterioris cum terra Taguitarum ſibi annexa a meridie."

x) Impreſſum exhibet vocem (الثعبان). Michaelis l. c. vertit: In regione Alvahat ſunt ſerpentes Togban dicti (incredibilis magnitudinis). (الثعبان) nimirum teſte Gieuhario ſerpens longus et corpulentus. Draco. Vid. Golius in Lex. Ar. ſub h. v.

y) Verſionem Sionitae vid. paullo poſt §. 34. v. *Gofar.*

z) Inter hunc et paragraphos praecedentes multa procul dubio ab Epitomatore ſilentio praetermiſſa ſunt. Deficit nimirum ruderum, quam (ſupra nr. 2.) promiſit, deſcriptio; deſunt forte et alia, quibus inuiti caremus.

eſt, *multosque in alios Canales diductus regiones multas irrigat, ex quo et Canalis Fium egreditur etc.*

Ita quidem Edriſius de Alvâhâtis. Tres eſſe Oaſes inter omnes vel ex Geographia antiqua, ſatis conſtat. Jacuti, autor Lexici geographici, Schultenſio ſaepiſſime laudatus, totidem quoque deſcribit, vt paullo poſt audiemus. Ibn al Vardi de al Vâhâtis in genere verba facit *a*); Leo, ſi recte video, non niſi de Oaſi vno, loquitur *b*). Iam quot Oaſes Edriſius in

a) Vid. Notices et Extr. Tom. II. pag. 27. vbi ita IBN AL VARDI: الواحات, ces ſont lieux nommés les Alouhat et habités par des Berbers & des Noirs, ſont remplis de villages, & il y fait extrêmement chaud; ils ſont ſituées le long des montagnes, qui ſont entre l'Egypt & le deſert. On y trouve des ânes ſauvages tachetés de blanc & de noir, & tellement attachés au pays, qu'ils meurent, quand on les en fait ſortir (vid. paullo ante EDRISIUM ſub nr. 2. quem procul dubio ante oculos habuit IBN AL VARDI). On plantoit autrefois dans cette contrée beaucoup de Safran & des cannes à ſucre.

Autore eodem IBN AL VARDIO ad Aegyptum al Vahatae non pertinent, ſed ad eam Africae partem, quam Sus al Adna vocat. Verba eius l. c. haec: La troiſième partie du Mogreb eſt celle, qu'il nomme *Sous al adna*, ادنى, ou la plus voiſine, qui comprend *les Alouhat*, Barca, le deſert à Occident & Alexandrie. — SCHEMSODDIN autem, cui, vt vidimus, reliqui Arabes fere omnes adſtipulantur, ad Aegyptum ſuperiorem refert. Vid. Notices et Extr. Tom. I. p. 251. vbi haec: les autres departemens de la haute Egypte ſont ceux de Couſs, d'Aswan & *d'Alwahat*

b) LEO p. 5 ita tradit: Habet (ſc. Biledulgerid) ſuum ex Oriente principium ab *Eloacato* vrbe, quae ab Aegypto centum diſtat miliaribus. *Idem* p. 9 et 10 . . . . totidem habet et Biledulgerida ciuitates, nempe Teozaram, Capheſam, Elchamiden et Chalbin; atque ab hac orientem verſus reperiuntur Inſulae Gerbe, Garion, Meſellata, Meſtrata, Teoirraga, Gademis, Fizza, Augela et *Eloachetum*. — *Idem* p. 635. *Alguechet*. Regio eſt Libyae quoque deſerti, in centeſimo et vigeſimo ab Aegypto miliario poſita. Tria hic caſtra, rura frequentiſſima, dactylis copioſiſſima. Incolae ſubnigri, viliores, auariſſimi, ditiſſimi tamen: ſunt enim medii inter Aegyptum et Gaogam ſiti. Principem habent proprium, et tamen Arabibus vicinis tributum perſoluunt. — LEO ergo (modo vt ſit *Alguechet* regio eadem cum vna ex Oaſibus) cum IBN AL VARDIO facit, quippe qui, vt vidimus not. praeced. *a*, non ad Aegyptum ſed ad Sus al Adna refert Alvahatas. Diſſentiunt quidem ab autoribus et veteribus et recentioribus; huiusmodi autem diſſenſus, ex mea ſententia, vtrique facile condonandus!

in opere geographico typis nondum deſcripto, adumbrauerit, ex fragmento, quod typis diuulgatum habemus, non omnino conſtat; crediderim tamen eum quoque de tribus ſermonem inſtituiſſe; et ex mea ſententia verba epitome in hunc ordinem redigenda:

1) *Oaſis remotiſſima* — deſcripta fuit paullo ante ſub nr. 1. 2. 3. Sita eſt e regione et in vicinia vrbis Asvan. Num vrbes *Ankava* et *Redini* huic ipſi regioni adſcribendae ſint, equidem dicere non habeo. Prae reliquis quam diligentiſſime deſcriptam habemus. Hanc ipſam Oaſin in animo habuiſſe videtur Vansleb, terminum Aegypti ſuperioris ab occidente eſſe *Vah* verbis expreſſis tradens. Vansleb enim tractum ab vrbe Kahira ad Asvan vsque, vti ſupra §. 27. p. 464 vidimus, in duas partes diuidit, in Said et Voſtani; non video ergo, quam aliam Oaſin innuere h. l vnquam potuerit *c*). Alteram, quam laudat Oaſin, vid. paullo poſt.

2) *Oaſis media* — ſita eſt e regione (ſaltem in confiniis) Terrae Fajumenſis; vid. paullo ante ſub nr. 5. Nomen ex Edriſio conſtat, praetereaque nihil. Vansleb *d*), Roule *e*) et Maillet de Oaſi media plura tradi-

c) Vansleb nouv. Rel. p. 21. (verſ. germ. p. 139.) vbi haec: Elle (Said) ſe termine vers le Midy à la ville d'Isvan, qui eſt dans le Caſcieflik d'Ibrim; du coſté du Levant, elle va jusqu' à la mer rouge; & du Coſte du Ponant, jusqu' à la province *de Vah, incluſivement*.

d) Vid. Vansleb iter germ. conſcript. pag. 31. 37 ſq. et 62. vel Michaelis ad Abulfed. not. 54. p. 25. Idem Vansleb nouv. Relat. p. 26. (verſ. germ. p. 142.) vbi haec: Il y en (Caſcief) ſix dans l'Egypte du milieu, ſçavoir, celuy de Monfallot, *de qui dépend encore celuy de Vah* &c.

e) Roule vid. d'Anville Memoires ſur l'Egypte p. 187. vel Michaelis l. c. not. 54. p. 24. d'Anvillius l. c. p. 26. 35. 174. 186 ſq. copioſe, ac, vt ſolet, acute et ſagaciter de Oaſibus diſputauit; cuius diſquiſitiones in ſubſidium vocauit Michaelis earumque ſummam diligenter excerpſit.

tradiderunt *f*). Ex parte huc pertinet relatio Pocokii; teſtis autem nimis incertus videtur Pococke, lecta in Europa ab auditis in Aegypto non diſtinguens *g*).

3) *Oaſis*

f) Maillet p. 303. C'eſt aux environs de cette derniere ville, (ſc. Manfelout) & à la gauche du Nil, que ſe trouve la vallée des *Elouabs*. Le petit Canton ſitué au milieu d'une vaſte campagne de ſables arides eſt fertiliſé par les eaux de ce fleuve, qui y ſont portées par un canal, dont l'ouverture eſt à trois journées de là. C'eſt par cette vallée des *Elouabs*, que les Caravanes de Nubie abordent en Egypte après treize journées de marche, comme je le dirai dans la ſuite. Elle eſt ſurtout fertile en palmiers dont le fruit fait le principale récolte, & toute la richeſſe des habitans de cette petit contrée. Cette Province & celle du Fioum ſont les ſeules, qui ayent conſervé leur fertilité de toutes celles dans lequelles les anciens Rois d'Egypte avoient fais paſſer les eaux du Nil au travers des collines, qui de ce coté-là ſeparent l'Egypte de la Libye, parceque dans celles-ci elles étoient conduites par des Canaux qui ſe ſont mieux conſervés que les Aqueducs, que ces Princes avoient fait conſtruire, pour porter la fécondité dans les autres &c.

g) Pococke Tom. I. p. 125. de Oaſibus ita tradit. Man geht von dieſem Orte (El Berbi) nach dem obern oder groſsen Oaſis ſieben Tage lang. Vermuthlich iſt es von Abydus 140 Meilen, und der Weg iſt ſo ſandig, daſs man kaum durchkommen kann. Der Ort ſelbſt hat Waſſer und einen Ueberfluſs von Wein. Dieſes iſt zweifelsohne das *Elovab* in einigen neuern Nachrichten von Aegypten, wovon erzählt wird, daſs es viel Waſſer und Palmbäume habe. Daſelſt kommt die Caravane von Nubien nach einer vierzehntägigen Reiſe zuerſt in Aegypten. Das Land wird von einem Caſchiff regiert (vid. paullo ante not. d). Es ſoll die Armee des Cambyſes hieher gekommen ſeyn, die er von Theben ſchickte um den Tempel des Jupiter Ammon zu plündern, welcher drey Grade weiter gegen Norden lag, auf welchem Marſche die ganze Armee im Sande begraben ſeyn ſoll. In Verfolgungszeiten wurden die Chriſten oft dahin verbannt; der h. Athanaſius ſchrieb einen Brief an ſie dahin. Gegen Weſten des Sees Moeris war das zweyte Oaſis, oder klein Oaſis, wie es einige heiſen, etwa 100 Meilen von dem andern. Der See, welcher 6 Stunden weit abendwärts von dem See Moeris gedacht wird, muſs ſehr nahe bey dieſem Ort geweſen ſeyn. Das dritte Oaſis wird auch klein Oaſis genennet, und in Anſehung dieſes werden die beyden erſtern von einigen zum Unterſchiede Groſs Oaſis genennet. Es wird beſchrieben, als wäre es von den übrigen ſehr entfernt, und in der Nähe des Tempels des Jupiter Ammons geweſen. Dieſes und das mittlere Oaſis muſs Plin gemeynt haben, der von zweyen redet, die an die Provinzen von Memphis, Heracleopolis und Arſinoe gränzten. (*Oeaſitas* ſcribit Plin. L. V. c. 9.)

3) *Oaſis ſuperior*; vid. paullo ante ſub nr. 4. et not. b.

Multum lucis affundere videtur deſcriptioni Edriſianae al Vâhâtarum delineatio, a Jacuto compoſita, quam vt ex libro rariori deſumtam, ſine mora adſcribo. الواحات ثلث كور في غربي مصر ثم غربي الصعيد لان الصعيد يحيطه جبلان غربي وشرقي وهما جبلان يكتنفان النيل من حيث يعمل جريانه الي ان ينتهي الجبل الشرقي الي المقطم وينقطع وليس وراه غير باديه العرب والبحر القلزمي والاخر الي البحر فما ورا الجبل الغربي الواح الاولي مقابل الفيوم ممتد الي اسوان وهو كوره عامره ذات نخيل وضياع حسنة وتمرها افخر تمور مصر وهي الواحات وجبل ممتد كامتداده ورا كورة اخري يقال لها واح الثاني وهي دون تلك العمارة وخلفها جبل ممتد كامتداد الذي قبله وراها كورة اخري يقال لها واح الثالث وهي دون الاولين في العمارة ومدينة الواح الثالث يقال سنمرية فيها نخل كثير ومياه جمة حامصة (leg. حامضة) يشربها اهل تلك النواحي واذا شربوا غيرها استوباوها وبين اقصي واح الثالث وبلاد النوبه ست مراحل وبها قبايل من البربر من لواته غيرهم i. e. "Alvâhât vocantur tres regiones ad occiduum latus Aegypti, quae Said (Thebaïdem ſ. Aegyptum ſuperiorem) ab occaſu terminant. Aegyptum ſuperiorem nempe praecingunt duo montes (vid. ſupra §. 30. not. f.), occidentalis alter, alter orientalis, qui montes Nilum hinc et hinc, tanquam alae circumdant, inde ab initio curſus eius; donec orientalis mons metam contingat in al Mokattamo, ibique abrumpatur. Poſt illum nihil niſi deſertum Arabiae et mare Kolzom. Alter ad mare procurrit; poſt quem montem occidentalem eſt *al Vâh prima*, incipiens ex aduerſum Fajumi, protenta vsque ad Asvan: quae eſt regio habitata, praedita palmis et pulchris viculis, cuius fructus reliquis Aegypti fructibus palmam praeripit. Haec al Vâhât habet montem ſimiliter

liter protentum, poſt quem alia regio, quae *al Vâh ſecunda* vocatur, non tam habitata, quam prior illa. *Poſt* hanc iterum mons ſe extendens eodem modo vt alter ille, itemque regio alia, quae *al Vâh tertia* appellatur: duabus praecedentibus incultior. Tertiae autem al Vâh vrbs *Sinmaria h)* dicitur, in qua plurima palma et aquae copioſae acidulae, quas illorum tractuum incolae bibunt. Aliam ſi biberint, inſalubrem experiuntur. Inter extremam tertiam al Vâh et Terras Nubarum ſex ſunt ſtationes. In ea degunt tribus barbaricae, vt *Luvata i)* aliaeque *k)*." Haec Jacutus; ſupplet, vt vidimus, quae ab aliis autoribus praetermiſſa ſunt; imo, ita comparata eſt eius relatio, vt fere noua et huc vsque inaudita videri poſſit.

Notatu aeque dignae ſunt adnotationes quibus excerptum ex Jacuti Lexico geographico adornauit Schultenſius. Non tam commentarium continent, quam potius nouam relationem a caeteris, inprimis, ſi ſitum reſpiciamus, ſane, diuerſam. Ita ſeſe habent eius verba: „In *Mappa Conſtantinopolitana Fagelii*, quae Nili praebet conſpectum, *duas Elwah* video repraeſentari, ad occaſum montis illius, qui *Nilum* ab hoc latere includit, ſupra lacum Moeridis velut *mari* quodam *arenoſo* porrectas ad auſtrum, quarum prima *Laçui* vicinior, nuncupatur الواح الدخلة *Elwâh interior*, ſiue intus atque in medio ſita (vid. paullo ante nott. r. s.): ſecunda vero الواح القبلية *Elwâh auſtralis*. Tertia الواح القصوي *Elwâh extrema* dicta, magis ſeducta eſt in occaſum, eundemque plane locum occupat, quem veteres oraculo Ammonis

h) Vrbem *Sinmariam* vel *Sanmariam* non noui; de vrbe enim, de qua ſupra p. 302 egimus, ſc. *Santaria* (Mim in Tau transmutat.) vix cogitari poteſt.

i) Nec quidquam de tribu *Luvâta* vel *Luâta* compertum habeo.

k) Vid. SCHULTENS Ind. geogr. v. *Thebais*.

monis aſſignarunt, nam et *Fons Solis* (Ain ſchemes) عين شمس in medio hocce tractu collocatur. — Oaſitas (addit Schultens) ex omnibus hiſce peritus agnoſcit Lector, ſiue *Oaſes duas, Paruam Magnamque* cum *tertia* adhuc *minore* et *longo interuallo a reliquis duabus remota*, prope *fanum Ammonis*. Erant *tractus arenoſi, vaſti, lateque fuſi, quorum in meditullio ſedes foecundae, amoenae, fontibus, viretis diſtinctae.* Apud Herodotum Lib. 3, 26. Oaſis vrbs memoratur *l*), ſeptem dierum per arenas itinere diſtans *Thebis*, quae regio Μακαρων νησος *Beatorum inſula* perhibeatur: quorſum quum ſe penetraſſet exercitus *Cambyſis*, ingruente valido auſtro, inter prandendum, arenis, haud ſecus ac fluctibus, merſos hauſtosque omnes interiiſſe. Non equidem *Beatulis* illis inuiderunt *Iuriſconſulti m*), qui in *Ouaſin relegari* atque in *inſulam deportari* pro ſimili habent ſupplicio, quod in *Cod. Theodoſiano* appellatur "*Oaſena deportatione conſtringere.*" —

Sed haec ſufficiant. Diuerſas de Oaſibus relationes quidem congeſſi; conſtruere autem nequeo. Conſtruat olim aliquando cui contigit has vidiſſe regiones!

Aſt,

l) Cf. HENNICKE l. c. p. 41. 73 et 81. SCHLICHTHORST l. c. p. 98 ſq. MICHAELIS l. c. not. 54. p. 27. Add. collectaneis, quae cum lectoribus communicauit MICHAELIS l. c. teſtimonia ZOSIMI Hiſtor. L. 5. p. 787. ed. Sylb. OLYMPIODORI excerpt. p. 854. ed. Sylb.

m) Cf. MICHAELIS l. c. not. 54. p. 31. Add., ſi lubet, citata, quae mecum communicauit PH. F. WEISS Prof. Marb. Cl. mihique amiciſſimus. Sunt haec: FRANC. DUARENUS in diſput. anniuerſ. L. 2. c. 39. In Opp. pag. 1073. JAC. CUJACIUS in Obſervat. Lib. VII. c. 27. p. 245. et Lib. XX. c. 31. p. 695. ed. Heinecc. NICOL. ANTONIUS de iuribus exulum Lib. I. c. 14. §. 13 ſq. apud MEERMANN in theſaur. iuris ciuil. et Canon. Tom. III. p. 42 ſq. — L. 7. §. 5. D. de interdict. et relegat (Lib. XLVIII. tit. 22.) vbi Florentiae ita legitur: eſt quoddam genus, quaſi Inſulam relegationis in prouincia Aegypto in *Ouaſin* relegere. — Lib. I. Cod. Theodoſ. de Nili agger. (Lib. IX. tit. 32). In edit. Ritter. Tom. III. pag. 256. — L. fin. Cod. Juſtin. de poenis (Lib. IX. tit. 47.)

Aſt, "quam multa in Aegypto, a tot eruditis „exploratoribus peragrata intacta adhuc et ignota! „Plerique curſum Nili et vias notas ſequebantur; „alii, quos ſors aut Cupido ad auia vertebat, ma„thematum expertes (etc.). Fiiumam (etc.) nemo „adiit, aſtronomiae ita peritus, vt poſſet caeli ope „definire, in quo terrarum loco pedem figeret: *Al„vachatas nemo, ne pedibus quidem.*" Haec Michaelis *n*); dixit verum, et vti res eſt.

§. 34.

Topographia Aegypti ſuperioris.

Goſâs vel *Geſâr*, الجفار (p. 41. verſ. lat.). *Ab Ardain* (الارضين) *et Bahrein* (البحرين) *ad Geſâr eſt biduum; a Geſâr ad al Vâh triduum, ſine aqua; a Bahrein ad vrbem Sant Ria* (al. Santaria; vid. ſupra pag. 302) *quatriduum.* Sub nomine *Geſâr* deſcribit Abulfeda *o*) in notis marginalibus deſertum, quod ab Aſia Aegyptum diſterminat, de quo D'Anvillius pluribus verba quoque habuit *p*). Edriſii *Geſâr* eſſe ab occidente Meſr (Aegypt.), et contextus et ſitus ſatis ſuperque demonſtrant. Nomen ergo *Geſâr* non huic ſoli competit deſerto orientali, ſed et alterum occidentale, inter al Vah et Santaria ita interiectum vt tres ab al Vâh; ſex a Santaria ſtationes abſit, eodem nomine vocatur. Vaſta eſt procul dubio terrae pars; ambitum eius autem definire, ſubſidiis deſtitutus, non audeo. Coniectura tamen ſatis probabili, deſertum hoc orientale Gefar *quinque dierum* iter complecti, Michaelis *q*) ſuſpicatur. Abulſeda nimirum Santa-

n) MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 234. p. 111.

o) ABULFEDA p. 14. 15. cf. MICHAELIS ad l. c.

p) D'ANVILLE Mem. p. 103.

q) MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 151. p. 70 ſq.

Santariam inter et al Vah quatuordecim dierum iter eſſe tradit; iam hancce locorum poſitionem conſtituit Michaelis: A Santaria ad Ardain Bahrain quatriduum; ab Ardain Bahrein ad Gefar biduum; a Gefar ad al Vah triduum; ſumma prodit = 9, add. latitudo deſerti Gefar = 5; calculo ſubducto = 14. Plura l. c. habet Michaelis quae huc pertinent, lectu ſane non indigna.

Caeterum quid ſibi omnino velint voces *Ardain* et *Bahrain*, non bene capio. Ad verbum *duas terras* et *duo maria* ſonant. Mappa D'Anvillii ſaepius iam citata, ad nutum Edriſii *Bahrain* ſigno duorum lacuum expreſſit. Equidem putem *Ardain* et *Bahrain* iam eſſe nomina propria; et forte interpretanda vti v. g. Meſopotamia, Guadalquiuir (وادي الكبير) etc. Sionita l. c. *Ardain* vt nomen adpellatiuum interpretatur; et cum verbis, proxime praecedentibus iungit. Vertit enim: "Et in terra al Vâhât ſolummodo reperitur Thoban, non autem in vllis aliis *duarum* „*terrarum* partibus. A Bahrain ad etc." vid. ſupra §. 33. p. 490.

Kis vel *Kais* قيس et القيس (p. 41) *vrbs antiqua r), ſita ad ripam Nili, non procul ab eo. Hanc inter et Daharut* 18 *circiter miliaria, ita quidem vt Kais ſit illi borealis.* Pag. 99 ad vrbem hanc reuertitur Edriſius, eamque ad Nili ripam *occidentalem* ſitam eſſe monet. Vid. paullo poſt v. *Daharut.* Ad Aegyptum ſuperiorem, procul dubio, pertinet, Kais, de qua nobis ſermo; ergo cum *Méchellet Cais*, vrbe, quam, teſte Leone *s*), Mahommedani, occupata Aegypto, in ſublimi colle ad Nili ripam, qua parte Africam alluit, condi-

r) Michaelis ad Abulfedam not. 126. p. 62 ſq. verba ipſa Edrisii arabica exhibet; vocem, quae ibi occurrit, قدرمه vere expreſſit; ſed per errorem vertit: *parvam.*

s) Vid. Leo, p. 684.

condiderunt, aegre comparatur. Situs quidem eſt idem; vrbs enim vtraque obtinet litus occidentale; Leo autem ad Aegyptum inferiorem eam referre videtur; vrbis Mechellet Cais deſcriptionem nimirum excipit Alcairi maximae et admirandae vrbis deſcriptio. Sed vid. v. ſeq. et infra *Monia Ibn Chaſib.*

Daharut, دهروط *t*) (p. ٤١). *Ab vrbe Kis*, vt paullo ante diximus, 18 *miliarium interuallo diſtat.* Sibi autem non conſtat Edriſius p. 99 enim ita tradit: *Ab oppido Iunes . . . ad Daharut, quae iacet ad occidentem Nili, iter ſemidiei; ab hac ad vrbem Kais, in parte occidentali 20 fere miliarium interuallum.* Abulfeda teſte oppidum eſt, agros cultos quamplurimos habens, et diei itinere a Monia Ibn Chaſib diſtans *u*). Geographi recentiores et Itineratores vrbem hanc, mediterraneam, ni fallor, a Nilo ergo, cuius curſum ſequuntur plerique, paullo remotiorem, ignorant. Leo quidem memorat vrbem *Deirottis*; ſed conuenit prius cum vico *Deirut*, cuius ſupra mentionem fecimus *v*), quam cum *Daharut* Edriſii; vid. paullo poſt *Iunes.*

Monia Sudan, منية السودان *w*). Pag. 99 (verſ. lat.) ita tradit Edriſius: *Qui (autem) egreditur ex Mesr* (Foſtat; ſupra §. 8. pag. 363) *ſuperato ac traiecto maiori Nilo* (i.e. fluuio ipſo, Nilo integro,

 Canali

t) Secundum Cod. Pariſ. i.e. edit. MICHAELIS pronuntiandum *Daharvat;* Cod. Lugd. autem monente KOEHLERO دهروط figi iubet; bene ergo REISKIUS in verſione (Tom. IV. p. 198.) *Dohrut* pronuntiauit. Vid. Allg. Deutſch. Bibl. Tom. XXXI. p. 393. cf. EICHHORN Bibl. Tom. V. p. 625.

u) Vid. ABULFEDA p. 26.

v) Vid. LEO p. 683. NIEBUHR Itin. p. 58. SICARD T. II. p. 86 ſq. ſupra §. 20. p. 433.

w) De voce *Monia*, deque interpretatione eius, vid. NIEBUHR apud MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 231. p. 108 vel ſupra p. 392.

Canali iuxta Foſtatam, ad quem hodie vrbs primaria, Cairo, ſita eſt, oppoſito) *Saidam* (Aegyptum ſuperiorem) *petiturus, hoc iter tenet: A Foſtat ad Monia Sudan* (Nigrorum) *ſitam in latere Nili occidentali, circiter* 15 *miliarium.* Vrbem hanc equidem non noui; nomen eius autem nominisque originem, coniectura, vt mihi quidem videtur, ſatis probabili, illuſtrauit Michaelis, qui fere ita: "Dictum putem vicum a mercatoribus Nigritarum Cahiram merces quotannis deportantibus." *x*) Illuſtrationis cauſa addere liceat coniecturam aliam. Ex mea nimirum ſententia Monia haec mercatoribus Nigritarum tum temporis ſtationis vel diuerſorii vſum praebuit, forte, id quod tamen me latet, et hodie adhuc praebet. Supra §. 10. p. 383. iam adfuit *Monia*, diuerſa autem a *Monia Sudan;* et paullo poſt occurrit *Monia Ibn Chaſib*, quam etiam cum *Monia Sudan* caue confundas. Pergit geographus Noſter: *Inde ad*

al Hemi paruum الحمي الصغير (p. 99) *intercapedo* 20 *miliarium; tum ad*

al Hemi magnum الحمي الكبير (p. 99), *quod ab oriente relinquitur, interuallum decem miliarium.* Oppida hae mihi prorſus ignota, nec mirum; ſita enim videntur in tractu mediterraneo. Timide dico; ſed tamen dicenda eſt coniectura, quae mentem ſubit. Pyramidum ſcil. quoniam nulla fit mentio, pro الحمي ſuſpicor legendum الهرم. *Tum ad*

Fajum الفيوم (p. 99) (Ibn al Vardi فيوم effert; Leo, *El Fijum;* Benjamin Tudel. פיום, olim פיתום; Marmol, *Flium;* Pococke, *Fajume;* al. *Fium* etc.) *quae item ab oriente relinquitur,* 20 *miliarium intercapedo.* Ab vrbe ergo Foſtat ad Fajum (calculo ſubducto) interuallum 65 miliarium. Ita Edriſius; autores alii multo

x) Michaelis ad Abulfedam not. 232. p. 109.

multo aliter. Teſte ſcilicet Abulfeda diſtantia inter vrbes Foſtat et Fajum ad tres dies accedit *y*); adſtipulatur Abulfedae Pococke, qui trium dierum itinere Cahira Fajumam peruenit; totidemque diebus Fajuma Saccaram rediit *z*). Vansleb biduo modo opus habuit; ſed magna faciens itinera *a*). Fere illi conuenit autor libri Azizi vocati; miliaria enim quae numerantur ab illo 48, non niſi parua faciunt trium dierum itinera. Cum Edriſio autem facit Benjamin *b*), quo ſcilicet autore, vrbs פיום ab vrbe Aegypti primaria, quam מצרים Mizraim vocat *c*), diſtat quatriduo. — Plura de vrbe hac ſatis celebri, ſi forte reſcire cupias, adi autores paſſim laudatos *d*). Caeterum de Canali Fajumenſi ſupra §. 29. p. 467 ſq. verba fecimus. *Tum ad*

Junes, يونس (p. 99) *oppidum, ſitum in parte occidentali, auerſo a Nilo itinere, duo miliaria; deinde ad Daharut, ſitam ab occidente Nili, dimidium diei iter.* Oppidum Junes (vel *Jonae*, vti habet Michaelis l. c.) mihi quoque ignotum eſt. In vicinia autem vrbis

y) Abulfeda p. 27. et Michaelis ad l. c.

z) Vid. Pococke Tom. I. p. 85 - 89. et 102.

a) Vansleb nouv. Rel. p. 247. (verſ. germ. p. 260.)

b) Benjamin l. c. p. 114 ita tradit: ומשם (ſc. פיום) למצרים ד׳ ימים.

c) Regionis nomen pro vrbe primaria ſaepius poni ſupra pag. 39. not. w. iam obſeruatum eſt.

d) Scil. Abulfeda pag. 27. et cf. Michaelis ad l. c. not. 233 ſq. p. 110 ſq. Golius ad Alfragan pag. 157. Ibn al Vardi l. c. p. 30. Leo p. 722. P. Lucas II, 2, p. 38 ſq. III, 2, p. 12 ſq. coll. p. 206 ſq. Vansleb nouv. Rel. p. 245 - 277. (verſ. germ. p. 265 - 283.) Sicard Tom. II. pag. 74 et 261 ſq. Pococke Tom. I. pag. 85 ſq. Tourtechot p. 382. Maillet pag. 293. (*Faoume* pronuntiat). Savary Tom. II. p. 15 ſq. Casiri Bibl. Tom. II. pag. 3 et ſ. p. Add. Gealdinum apud Kircher l. c. Syntagm. 1. c. 3. p. 8 - 10, qui ſomnia Arabum quorundam fideliter refert. Vid. ſupra §. 29. p. 467 ſq. vbi de Canali *Menhi* dicto verba fecimus.

Fajum quin ſitum ſit, nullum omnino dubium. Perċenſui hunc in finem oppida, vel vicos circumiacentes qui memorantur ab Itineratoribus, quos ad manus habeo; aſt proh dolor! nullum conuenire videtur. Sic occurrit *Fidimin* vicus, qui teſte P. Lucas 2 mil. gall. ab vrbe Fajum diſtat *e*); alium memorat Vansleb *f*), *Bijamuh* puta, et dimidium mil. abeſſe ab vrbe Fajum refert. Idem de vico *Deſia* *g*) haud procul a Fajuma diſſito loquitur — nec Fidimin autem, nec Bijamuh, nec Deſia conuenire videntur oppido Junes. Eſt forte يونس lectio adfecta, pro qua ſubſtitui forſitan poſſit nomen vrbis, quam vocat v. g. Leo *Beniſuaif h*)? equidem non expedio. Forte pro يونس legendum فرس; ſic nimirum vel potius مدينة فرس Copti vocitant rudera ab vrbe Arſinoe reſidua, vti teſtatur Vansleb (vid. paullo ante not. d). مدينة فرس autem cur vocentur, equidem neſcio. Michaelis quoque l. c. (not. 233) ignorat; ait nimirum: "has ruinas, neſcio quam ob cauſam *Medinat Fars* i. e. *Perſarum vrbem*, a Coptis vocari." Forte فرس eſt nomen ex *Arſinoe* corruptum; forte et nomen *vrbis Arſinoe* in قرية فرس يونس oppidum *Fárſjunes* adeo deformatum fuit.

Monia Ibn Chaſib منية ابن الخصيب (pag. 41) [Leo effert *Munia*; Vansleb, Sicard, P. Lucas et Norden,

e) P. Lucas II, 2. p. 49. cf. Pococke Tom. I. p. 101.

f) Vid. Vansleb Rel. nouv. p. 260. (verſ. germ. p. 273.) Pococke Tom. I. p. 89. eundem locum *Bajamout* vocat. Teſte P. Lucas II, 2. p. 56. vicus *Biamuf* (procul dubio locus idem) 1½ mil. ab vrbe Fajum diſtat.

g) Vansleb Rel. nouv. p. 252. (verſ. germ. p. 269.) Cf. P. Lucas III, 2. p. 207.

h) Vid. Leo p. 721. Vansleb vrbis huius nomen effert *Beneſuaf*; vid. Rel. nouv. p. 360. (verſ. germ. p. 345); Norden p. 252 *Beneſoef* pronuntiat; Pococke Tom. I. p. 106 *Beneſuief* effert. Alii aliter.

Norden; *Minie;* Pocoke, *Minio i)*]. *Diſtat haec Monia ab vrbe Kis ſemidiei itinere.* Abulfeda de oppido hoc, quod, vt idem ex Moſchtareko obſeruat, *Monia Abi* (patris) *Chaſib* et *Monia Bani* (fil.) *Chaſib* quoque vocatur, plura adnotauit; plura item cupientibus ſuppeditabunt autores laudati *k*). Nomen hoc, *Chaſib* puta, a conditore habet. Leo nimirum l.c. "conſtructam eſſe" ait "vrbem Munia a *Calib*, praefecto pontificis Bagdadae domeſtico edito loco." Pro *Calib* legendum eſſe *Chaſib*, vel *Caſib* (vti Marmol. habet) quisque facile videt. Aliud vitium irrepſit in Itinerarium Vanslebii, vbi "*Minie* in libris arabicis *Miniet ibn chaſſit* vocari" legére eſt; ſed legendum *Chaſib*. Caeterum *Monia Ibn Chaſib* et *Monia Sudan* oppida eſſe diuerſa, ex diſtantia notata facile colligitur. Vid. paullo ante. *A Monia Ibn Chaſib ad Aſchmuni* الاشموني (p. 41) *dimidium diei iter l*). Nomen huius vrbis ab autoribus variis varie quoque ſcribitur. Sionita reddit *Oſmuni.* Abulfeda effert اشمونين *Oſchmunein*; formam dualem exhibet etiam Ibn

i) Cf. ergo Leo p. 721. Vansleb Rel. nouv. p. 358. 368. 401 ſq. (verſ. germ. pag. 344. 350. 369.) Sicard Tom. II. pag. 217. P. Lucas III, 2. p. 59 et 157. I, p. 131. Marmol Tom. III. p. 195. Pococke Tom. I. p. 109 et 190. Norden p. 258 et ſ. p. Autores vixdum laudati vrbem hanc vberius deſcribunt.

k) Vid. Abulfeda l. c. p. 26. Pro ابي Cod. Lugd. exhibet ابن; vid. Eichhorn Bibl. Tom. V. pag. 625. In verſione Michaelis (obiter vt hoc moneam) delenda ſunt vocabula: *Chriſtianam* et *Muhammedanam.* Nam ſectam Melchitarum mohammedanam procul dubio in animo habuit Abulfeda, non Chriſtianam. Non ignorabat quidem interpres Abulfedae doctiſſimus ſectam hanc originem habere a Maleko Ibn Anes &c. ſed calamo lapſus eſt.

l) Ita nimirum Sionita transtulit, quem ſequor. Textus originalis exhibet characteres زقصف يوم, qui nullum ſenſum fundunt; reſcribendum ergo نصف يوم. Coniectura Sionitae (quod ſane raro accidit) Michaeli adeo probatur; vid. eius not. ad Abulfedam n. 126. p. 62.

Ibn al Vardi *m*); Abu Obeid effert الاشمون et اشمون *n*); Norden pronuntiat *Archemuneim;* Pococke, *Archemunain;* Sicard et Savary, *Achmunain;* Vansleb, *Iſchmunein;* Bruce, *Aſhmunein o*). Edriſii epitome nihil offert, quod autorum recentiorum teſtimonio vel roborari vel emendari poſſit; itaque ergo ad autores laudatos fuſe et diſerte vrbem hanc deſcribentes lectores ablego eosque non deſcribo. Pergit Edriſius: *Huic e regione a ſiniſtra Nili ripa p) eſt*

Buſir بوصير (p. 41) *vrbs parua.* Paucula haec Edriſius habet. Abulfeda teſte plures huius nominis in Aegypto habentur vrbes, quarum prima autem, quae

m) Vid. Abulfeda p. 24 ſq. et Ibn al Vardi l. c. p. 30.

n) Abu Obeid apud Casiri in Bibl. Tom. II. p. 2. Autorem hunc non de vrbe Aſchmun, quae haud procul diſtat ab vrbe Damiat (vid. ſupra §§. 15. 16. p. 405. 416. et Abulfeda p. 31) cogitaſſe, ex contextu facile colligitur. Verba eius nimirum ita ſeſe habent:
بين طحا والاشمون خمس عشرفراسخا بين اشمون والقهقي ثمان فراسخ بين القهقي واخميم ثمان فراسخ
i. e. Inter *Taba* et *al Aſchmun* interuallum quindecim paraſangarum; inter *Aſchmun* et *al Kabaki* octo; inter *al Kabaki* et *Achmim* octo item paraſangarum intercapedo. — De vrbe vel oppido *Taba* paullo poſt Edrisius ſermonem habebit. Locum *Kabaki* nomine equidem non noui. Leo p. 719 memorat vrbem, quam *Chancha* vocat; *forte conuenit.*

o) Vid. Vansleb nouv. Rel. p. 364. (verſ. germ. p. 348.) Sicard Tom. II. p. 208 ſq. Savary Tom. II. p. 52. Norden p. 261. Pococke Tom. I. p. 111. Bruce Tom. I. p. 150.

p) In Impreſſo vere legitur واماما من شمال النيل. Nilum habere ripam orientalem et occidentalem, inter omnes conſtat. Quid autem h. l. شمال *ſeptentrionalis?* non omnino capio. Senſus verborum Edrisii forſitan hic: Buſir non ad Nilum ſita, ſed remota eſt a Nilo et quidem ſeptentrionem verſus. Non male ergo Sionita vertit: *ab aquilonari parte Nili.* Michaelis ad Abulfedam not. 126. p. 62. verſionem hanc ſequi, multum dubitat; et animi ſenſa his verbis declarat: D'Anvillii delineationem Aegypti conſulens, hoc fere, quem Nubienſis deſcripſit, ſitu ſub gradu latitudinis 28°, 5′ *a ſiniſtro latere* canalis Joſephi inuenies Buſir &c.

quae in Aegypto inferiori ſita eſt, cum noſtra Buſir minime comparanda. (Edriſio duce eam ſupra §. 16. p. 409. deſcripſimus.) Aliam nouimus Buſir, ſitam in vicinia Pyramidum; nec eam, ſi quid iudico, Edriſius h. l. innuit; quid enim iſta in hac locorum ſerie? Procul dubio de Buſir, in prouincia Fajumenſi ſita, h. l. ſermo eſt. Sicard eandem Abouſir vocat *q*); nec male ſitum eius expreſſit mappa D'Anvillii *r*). *Et a Buſir ad*

Anſanā انصنا *s*) (p. 41), *vrbem, ad ripam Nili orientalem adpoſitam, iter ſex dierum.* In vrbis huius pronuntiatione variant autores, quos in ſubſidium vocaui.

Ii 5

q) Sicard Tom. II. p. 264 ita ſcribit: Je quitte le Lac pour aller à la ville *d'Abouſir*. Je n'en vis que les ruines et un antique aqueduc de brique à rez terre, qui vient, dit-on de fort loin. Cf. *idem* p. 268.

r) Vid. not. praeced. *p.* et cf. Abulfeda p. 12.

s) Abulfeda p. 25. Edrisium laudat; citatum eius autem a textu, quem typis diuulgatum habemus (proſtat pag. 2. ſect. 4. clim. 2. lin. 15–19), aliquando declinat. Omittit nimirum Abulfeda, vel potius, Librarius, verba lin. 16. حسنة البساتين والمتنزهات (Vocabulum autem المتنزهات mihi prorſus ignotum. Sionita vertit: *et locis amoenis ad animum relaxandum aptis.* Textum eundem ad *manus* habuit Sionita; procul dubio itaque de voce متنزهة cogitauit); tum pro غزيرة lin. 17. exhibet عزيزة (lectio quidem eſt varians; ſenſum tamen eundem efficit; nullius ergo momenti) porro ſilentio praeteriit vocabulum الفواكه; nomen Edrisii denique, quod alias الادريسي ſcribit, h. l. exaratum offert الادرسي. Qua ipſa ex ſcribendi ratione, equidem colligo citatum hoc non ab Abulfeda eſſe adſcriptum, ſed vel ab Librario, vel ab vllo alio viro erudito, qui ad ſuos vſus ex Edriſii opere exemplari Abulfedae Codicis Pariſienſis, ſupplementa addidit et hunc in modum Edrisii nomen ſcribere conſueuit. Vid. quae diximus in Eichhorn Bibl. Tom. IV. p. 534. Saltem Reiskii verſio latina ex Autographo Abulfedae (i. e. ex Cod. Leidenſ.) confecta, hoc citato caret; vid. Eichhorn Bibl. Tom. V. p. 624. Reiske l. c. *Anſeba* habet pro *Anſena*; forte vitium typographicum.

vocaui. Abu Obeid effert انسانة *Anſâna t)*; Vansleb et P. Lucas exhibent *Inſine u)*; idem P. Lucas memorat vrbem *Anſola*, quae procul dubio eadem cum Anſana *v)*; Sicard effert *Anſineh w)*; Pococke, *Inſineh x)*; hodie plerumque *Schech Abade* vocatur *y)*. Situm vrbis ad orientem Nili autores vixdum laudati ad vnum omnes conteſtantur. Golio adiudicante *Anthius* ciuitas, a Leone *z)* deſcripta, cum vrbe Anſana eadem; cui ſententiae autem, quo minus ſubſcribam, ſitus vrbis laudatae potiſſimum me impedit *a)*. Caeterum, quo vſus erat Golius idem

t) Abu Obeid (vid. Casiri Bibl. Tom. II. p. 2.) vrbem *Anſana* in his memorat: بين اخميم وانسانة ثمان فراسخ بين انسانة وبورة ثمان فراسخ i. e. Inter *Achmim* et *Anſâna* octo paraſangarum interuallum; inter *Anſâna* et *Bura* octo item paraſangarum intercapedo. De *Bura* Edrisii vid. ſupra §. 17. p. 419.

u) Vansleb nouv. Rel. p. 348. (verſ. germ. p. 344.) P. Lucas III, 2. p. 59–65. et 65–69.

v) P. Lucas I. p. 127 ſq.

w) Sicard Tom. II. p. 233 ſq.

x) Pococke Tom. I. p. 100.

y) Norden p. 259. Bruce Tom. I. p. 146 ſq. Cf. Sicard Tom. II. p. 246. *Chek Abade* effert. Vansleb l. c. *Sciech Abade*.

z) Multa ſane ſunt quae comparationem ſuadere videntur. Audi quaeſo Leonem p. 680 ita diſſerentem: *Anthius*. Hanc Romanos ad Nili ripam ab Aſiae parte condidiſſe argumento ſunt plurimae Latinae inſcriptiones, quae tabulis marmoreis inſculptae in hodiernum vsque diem viſuntur. Ciuitas eſt pulchra et vrbana, mechanicisque opificibus referta. Solum habet oryzae et frumento ferendo perconunodum multasque dactylorum poſſeſſiones. Incolae mirum in modum feſtiui ſunt et comes, atque ex oryza, quam Alcairum deuehunt opimum queſtum faciunt. — Golius quidem errauit; vides tamen eum ſuo iure erraſſe.

a) Non ſolum enim ſeries vrbium, in qua vrbem Anthius collocatam video; ſed et oryzae cultura, me inprimis dubium tenent. Sequitur autem Leo, a ſeptentrione pergens ad meridiem, methodum quam et recentiores ad vnum omnes in Aegypti delineatione ſequi conſueuerunt. Iam vbi *Anthius* praecedit *Raſidi* (Roſette) delineatio; ſubſequitur deſcriptio vrbis *Barnabal*, quae procul dubio reſpondet Niebuhrii *Berimbal*, brachio Nili Roſetico adiacenti.

idem in notis ad Alfraganum; gloſſarium Aegypti arabicum mihi facile perſuadet, vt vrbem Anſana cum Veterum Antinoe *b*) comparandam eſſe ſtatuam. Pergit Noſter: *Vrbs eſt aedificatione antiqua, hortis pulchris et locis amoenis ornata, fructibus et leguminibus abundans; vbertate agrorum inſignis, ac vulgari ſermone Magorum* (ſ. *praeſtigiatorum*) *vrbs vocata; euocauit enim ex illa Pharao Magos, vt die quodam ſtatuto congrederent cum Moſe, propheta c*), *cui pax.* Communem famam vel fabulam, quibus libri Arabum hiſtorici antiquiorem et antiquiſſimam inprimis hiſtoriam tractantes, ſcatent, haud dubie redolet Edriſii, quam intexuit, de Pharaonis conſilio, narratio, cuius fontem et originem Michaelis annuente Ammiano Marcellino retegere, forte haud fruſtra; operam dedit. Brucius, qui ſaepiuscule fabulas pro veritate ipſa vendit, fabuloſae huius narrationis cauſa, paullo acerbius in autorem noſtrum inuehitur *d*). Aliam fabulam, ſi forte legere cupias, adi librum ſ. t. Notices etc. Tom. II. p. 240. — Caeterum autoritate recentiorum obſeruationes Edriſii ſolum huius vrbis fertile et terrae prouentus concernentes neque firmare, neque, ſi forte minus ſeſe probarent, iis op-

iacenti. Leo l. c. omnino de Aegypto inferiori loquitur; deſcribit nimirum poſt Barnabal *Thebas Aegyptias*, (Niebuhrii *Dubeh*) *Fuoa*, *Mecbella* et ſic porro.

b) Vid. Golius ad Alfragan p. 104. Vrbem Antinous apud Arabes ſub nomine انصنا venire quoque conteſtatur Kircher l. c. Recentiores omnino cum gloſſario laudato faciunt; vid. Michaelis ad Abulfedam not. 227. p. 106. D'Anvillii Mem. p. 178. et, ſi placet, quae collegimus ad Bruchii Itinerar. in Anhang zu J. Br. Rintel. &c. p. 106.

c) In Impreſſo l. c. lin. 19. legitur البني, perperam; procul enim dubio legendum النبي.

d) Bruce Tom. I. pag. 146. Der Nubiſche Geograph meldet uns, Pharao habe ſeine Zauberer aus dieſer Stadt holen laſſen, um ihre Kräfte mit Moſes ſeinen zu vergleichen; eine dieſes groſsen Hiſtorikers würdige Erzählung.

oppugnare valeo; nam vrbis Antinoe rudera, quae tangit Abulfeda *e*)*, pandunt autores hodieni paſſim laudati *f*) idque tanta diligentia et aſſiduitate, vt ſolo et incolis plane neglectis non niſi in rudera attenderent. Ad Edriſium ergo reuertamur. *Sunt hic* (ita pergit) *circa Anſanam oppida* (بلاد) *quaedam minora, plus minus 2 miliarium ſpatio a Nilo diſſita* [et quidem ad eius occidentem *g*)], *ex quibus eſt*

Nagâſata (vel *Negiaſta* ex Sionitae pronuntiatione): النقاسطة, *oppidum populo frequens, habens Moſcheam et abundans agris fertilibus fructibusque* In ſcriptis et Itinerariis recentioribus, quantum equidem ſcio, oppidum hoc non occurrit. *Sakiedmuſa* enim vicus, quem memorat Norden *h*) vix conuenit.

Masnâra, مسنارة *oppidum i*), *e regione Nagaſata et ab occidente Nili ſitum.* Forte mediterraneum; vicus ergo, de quo Sicard et Norden referunt *k*), nomine *Miſara*, ad occidentalem Nili ripam ſitus, vix idem cum *Masnara*.

Taha

e) Vid. ABULFEDA p. 25. et MICHAELIS ad h. l.

f) Vid. P. LUCAS II, 2. p. 62-67. NORDEN p. 259 ſq. POCOCKE Tom. I. p. 100. BRUCE Tom. I. p. 146 ſq.

g) Quaeris vnde oppidis, de quibus ſtatim ſermo erit, hunc ſitum tribuam? partim ex mapparum adſpectu partim ex loco NORDENII p. 260, qui ita ſonat: „Auf dieſer Seite iſt das gebauete Land nicht eine Viertelmeile breit. Das übrige Land aber iſt hier voll aneinander hängender Berge. Haec de plaga orientali; iam pergit: Hingegen iſt an der Weſtſeite des Nils lauter beackertes und bebautes Feld, und zwar ſo weit als man mit Augen abſehen kann.

h) NORDEN p. 259. quo autore ad litus Nili *occidentale* obiacet vicus *Sakiedmuſa*.

i) SIONITA h. l. vocabulum بلاد, quo vtitur EDRISIUS, per *terram*; at paullo poſt, v. *Marâa*, vbi denuo occurrit, per *locum* vertit.

k) Vid. SICARD Tom. II. p. 131. NORDEN p. 262; paullo ante iidem loquuntur de vico quem SICARD vocat *Maſſara*; NORDEN *Magſera*; nec vicus Maſſara, ſi recte video, idem cum EDRISII *Masnara*.

Taha طحا, (p. 42) *infra Aſchmuni ſitum ad haec quoque pertinet oppida.* In delineatione Aegypti D'Anvillana ſub 28′ 28″ inuenies *Taha el modain*; forte idem locus. Abu Obeid *l*) de *vrbe Taha* paucula haec adnotauit: بين العمر وطحا ثمان فراسخ بين طحا الاشمون خمس عشر فرسخا i. e. *inter Amara* (vel *Amr*) *et Taha* interuallum octo *paraſangarum; quindecim autem inter Taha et Aſchmun.* (Vid. ſupra Aſchmuni p. 503.)

Marââ المراعا, *oppidum paruum* (بلد صغير). Oppidulum Maraa non noui. Coniecerim fere Marââ Edriſii conuenire cum Amara Abu Obeidi; ſitus nimirum et diſtantia comparationem, ſi recte video, non magnopere diſſuadent. Amara Abu Obeidi certe vicus eſt mediterraneus; vid. paullo poſt v. *Ahanâs*. Sed nihil affirmem. Animi ſenſa autem declarare pergo; in mentem ſcilicet mihi venit Abulfedae *m*) Maara (modo vt ſit vrbis vel oppidi nomen vocabulum معمرة, quod l. c. occurrit), quacum vrbes Manfalut et Asvan vel ratione ſitus, vel ratione ambitus comparat, eſſe eundem locum cum Edriſii Marââ. Lectio quidem Edriſiana ab Abulfedaea, vt vidimus, multum abludit; textum arabicum autem inprimis in nominibus propriis Aegypti eſſe corruptiſſimum saepius iam obſeruatum eſt. Sed reuertamur. *Ab vrbe Anſana, de qua paullo ante egimus, ad oppidulum Marââ et ab hoc ad*

Berment برمنت (p. 42) locum, *ad Nili ripam occidentalem adpoſitum, quinque fere miliarium intercapedo.* Per coniecturam, vt videtur, Sionita exhibet *Armant*,

l) Vid. Casiri Bibl. l. c.

m) Vid. Abulfeda p. 22 et 23. Cf. Michaelis ad h. l. not. 204. p. 98. Aliam coniecturam proponere auſus fui in not. crit. ad Abulfedae Aegypt. vid. Eichhorn Bibl. Tom. V. p. 621.

Armant, quem ſequi non audeo; nam 1) textus manifeſto habet برمنت non ارمنت; 2) *Arment* (i. e. *Herment, Hermonthis* Veterum) tam vicinam eſſe vrbi Anſana, nemini vnquam perſuadebit; 3) Edriſius ipſe aduerſari videtur, paullo poſt de vrbe Arment faciens verba. Vid. infra v. *Arment.* Hoc ergo, ni fallor, tenendum, vel adfectam eſſe nominis lectionem; vel exiſtere reuera oppidum *Berment* vocatum, quod tamen me prorſus latet. Forte *Berment* vna cum oppidis paullo ante memoratis, ad loca mediterranea pertinet, et Nilus h. l. vt ſaepius pro Canali poſitus eſt. Pro hac coniectura pugnare videtur diſtantia vici Berment ab oppido Sul nimia. Pergit nimirum Edriſius: *Hinc ad*

Saul vel *Sul* صول (p. 42) *oppidum, forte diei iter. Sul*, inquam, *oppidum eſt magnum, populo frequens, palmis, dactylis, ac emolumentis* n) *quamplurimis abundans, ſitum ad os Canalis Menhi*, de quo iam ſupra §. 29. p. 467 verba fecimus. Vrbis Saul vel Sul apud recentiores nulla mentio; ſitus tamen eiusdem ex Edriſio manifeſtus. Hinc itaque a veritate non abhorrere videtur coniectura, quae lectionem Sul adfectam eſſe declarat. Putem nimirum pro Sul legendum eſſe *Mellavi;* ad hunc locum enim (vel, vt curatius dicam, in vicinia huius loci) teſte Tourtechoto (vid. ſupra l. c.) initium habet Canalis Menhi dictus. Vrbem Mellavi memorant recentiores, qui Aegyptum ſuperiorem adibant, ad vnum omnes

n) Verba Edrisii haec: منافع جمع. Lectio impreſſa, vbi equidem exiſtimo, ſtare poteſt; ſoli enim fertilitas et Canalis opportunitas oppido noſtro emolumenta, haud exigua ſane, largiuntur. Olim tamen in mentem mihi venit pro منافع proponere lectionem مناقع et vertere: *abundat multis aquis.* Sed iam mihi non ſatisfacit haec lectio, licet ſtatim Canalis deſcriptionem addat Edrisius.

omnes o) eamque eſſe haud exiguae magnitudinis, conteſtantur. *Sylvam*, haud magnum ſpatium abeſſe ab vrbe, Vansleb autor eſt.

Bahneſa, البهنسا, (p. 43) *ripae Canalis Menhi occidentali adiacet et ab vrbe Meſr* (Foſtat) *itinere ſeptem dierum grandium diſtat.* (Vid. ſupra l. c. Canalis laudati curſum.) Supra p. 147. not. i. quae adfuit vrbs *Bahneſa*, cum vrbe noſtra procul dubio eadem; ſita ergo vtraque in via quae ducit ab vrbe Aegypti totius primaria ad vrbem Segelmeſam. At obiicit Michaelis p): "non videtur apta eſſe Behneſa ad canalem Joſephi, quippe per quam nemo Cahira Segelmeſſam eat." Quantum equidem ſcio, via, de qua Edriſius l. c. ſcribit, hodie omnino infrequens; olim tamen i. e. tempore Edriſii, licet ſit periculoſum, plures ſe huic itineri commiſere. Bene ergo ſeſe habere videntur dicta Edriſii. Abulfeda, quo autore duplex in Aegypto Bahneſa, vrbem, quam in animo habet h. l. geographus noſter, vberius deſcribit q). Memorant hanc ipſam vrbem inter Arabes Abu Obeid (vid. paullo poſt *Ahanâs*) et Schemſeddin r) cuius tempore *fere* deuaſtata fuit; inter recentiores autem, ſolus, quod ſciam, Sicard s).

Arctius

o) VANSLEB nouv. Rel. p. 360. (verſ. germ. p. 345.) Mélavé pronuntiat. Cf. *idem* p. 383 ſq. (verſ. germ. p. 358.) P. LUCAS l, I. p. 127. effert *Melloüé*. SICARD Tom. II. p. 131 et 207. NORDEN p. 261. et TOURTECHOT p. 286. *Mellavi* efferunt. POCOCKE T. I. p. 110. *Meloui* ſcribit; BRUCE T. I. p. 151. *Melawe* pronuntiat.

p) MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 170. p. 84.

q) ABULFEDA p. 10 et inprimis p. 18.

r) Vid. Notices &c. Tom. I. p. 251. vbi recenſentur regiones, quae *Kibli* i. e. partem Aegypti meridionalem (quam Voſtani hodie vocant) conſtituunt. Inter alia l. c. haec: . . . *de Behneſſa* presque ruinée aujourd'huy, & où l'on fabriquoit autrefois de beaux tapis brochés.

s) SICARD l. c. Tom. V. p. 195. vbi haec: Nous trouvames à *Beniſonet* (eſt ſine controverſia *Benisuef* aliorum autorum et ipſius SICARDI) l'Eveque de Bhéneſſé; il etoit Copte. Ipſe ergo autor laudatus, vt videtur, vicum hunc non adiit.

Arctius ergo circumſcribenda obſeruatio Michaelis, quae l. c. ſic ſonat: "Vrbs eſt, illis itineratoribus, quos legi, non memorata, nec id mirum, ſita enim vltra Nilum, ad Canalem Joſephi, quam viam tenere non ſolent. Ergo et minoris iam momenti eſt, nec tamen omittere velim, quo ſub gradu ponat D'Anvillius, long. 48. 26′ latitud. 28. 47′ certi enim quid de vrbis ſitu ex relationibus eorum, qui ipſi eam adierunt, non habuit, vt eum p. 170 euoluenti liquebit." Pergit Edriſius: *Tum deflectit Canalis* (vid. ſupra §. 29) *ſeptentrionem verſus et poſt interuallum duarum ſtationum attingit*

Ahanâs اهناس, *urbem.* (p. 43.) Ahanâs ergo 2 ſtation. diſtat ab vrbe Behneſa. Autores hodieni vrbem hanc, quantum equidem ſcio, ignorant; ſed Abu Obeid *t*) ſub nomine *Mnahmas* vel *Menhamas* mentionem eius facit; habet nimirum: بين بهناس والمنهمس اثنا عشر فرسخا بين البهنس والعمر ثلاثة فراسخ i: e. inter *Bahanâs* (ni fallor Bahneſa, quae paullo ante adfuit) et *Mnahmas* interuallum duodecim paraſangarum; trium inter al *Bahanas* et al *Amar* (vel *Amr.*). Pergit Edriſius: *Ab vrbe Ahanâs ad*

Dalâs, دلاص, (p. 43) *vrbem, principaliori Nili alueo et quidem orientali, adpoſitam, diſtantia tamen duorum miliarium, bidui fere iter habetur.* Sionita pro *Dalâs* habet *Ballats*; forte B loco D vitium typographicum; in libro enim eſt دلاص non بلاص. Vrbem hanc prorſus ignoro et fontes mei arent. Tractus enim *Nesle* vel *Nasle* vocatus, quem ad occi-

t) Vid. Casiri Biblioth. l. c. Edrisius et Abulfeda vrbis Behneſae nomen ſcribunt, iam البهنسا iam ſine articulo بهنسا; Abu Obeid nunc effert بهناس *Bahanâs*, nunc البهنس cum articulo et ſine Elif poſt Nun.

occidentem Canalis Joſephi ſitum memorat Pococke *u*) non conuenire videtur. Caeterum vid. ſupra §. 29. pag. 467 ſq.

Achmim, اخميم (p. 42). [Sic efferunt quoque Abulfeda, Perry, Savary, Brucius *v*); Leo, *Ichmim* pronuntiat *w*); P. Lucas, *Aquemim* et *Ackemim x*); Sicard, alii, *Ackmin* et *Akmin y*).] Iam reuertitur Edriſius ad vrbem Sul (forte Mellavi) et ita pergit: *Ab oppido Sul ad Achmim iter vnius diei. Sita eſt vrbs Achmim ad orientale latus Nili, a quo tamen duorum fere miliarium ſpatio diſtat z*). Situm Achmimi eundem, autores, vixdum laudati, ad vnum omnes conteſtantur; ac fere Edriſio conueniunt Pococke, qui eam eſſe diſremtam a Nilo interuallo miliaris angl. tradit et P. Lucas, quo autore miliaris gallici ſpatio a Nilo abeſt *a*). Pergit Edriſius: *Achmim et Balbana* (بلبنا vid. paullo poſt) *ſunt duae vrbes, aequales fere habitantium numero, quibus palmarum et cannarum ſacchari haud exigua copia.* Solus eſt, ni fallor, inter ſcriptores recentiores, J. Brucius, qui in enumerandis terrae bonis quodammodo cum autore noſtro arabico

u) Vid. Pococke, Tom. I. p. 93.

v) Abulfeda p. 17. Perry p. 335. Savary Tom. II. p. 62. Brucius Tom. I. p. 157.

w) Vid. Leo p. 724.

x) P. Lucas I, 1. p. 51. 69. 116.

y) Idem P. Lucas III, 2. p. 88. Sicard Tom. II. p. 144. Pococke Tom. I. p. 114. Norden p. 281. Achmiin pronuntiat. Tourtechot p. 355.

z) In Impreſſo quidem legitur نقيد; ſed procul dubio legendum بميد; idem vocabulum et infra mendoſe expreſſum occurrit.

a) Vid. P. Lucas I, p. 77 vbi haec: La ville d'Ackemin eſt à un mille loin du Nil, ſur une petite hauteur; et Pococke Tom. I. p. 114. qui fere ita: Ackmim iſt etwa eine Meile gegen Oſten von dem Fluſſe auf einer kleinen Höhe, welche durch die Kunſt gemacht zu ſeyn ſcheint &c.

arabico facit *b*). Iam de *Berabis* verba facit Edriſius; verum quae de illis tradit, ſupra iam §. 32. p. 480. expoſuimus. Schemſoddin quoque, at in tranſcurſu tantummodo, tangit Berba Achmimi *c*).

Caeterum vrbem hodienam, Achmim, de qua autores ſupra laudati plura referunt lectu ſcituque haud indigna, pro Herodoti *Chemmi*, vel *Panopoli* aliorum autorum inter Veteres celebratorum, a recentioribus, quos hunc in finem inſpexi, fere omnibus, haberi *d*), Golio inprimis probatur *e*). "Cum opinione iſta" inquit "concordat gloſſarium Aegypti arabicum. Nam in eo, vrbium nempe ſyllabo, πανος, Aegyptiae vrbis nomen exponitur per اخميم, quod tunc obtinebat inter Aegyptios arabice loquentes." Imo putem nomen arabicum اخميم ad literas ex graeco vrbis nomine i. e. Herodoti Chemmi, converſum eſſe, adiecta, pro more, conſonante Elif. Vid. *Balbana*.

Balbana,

b) BRUCE Tom. I. pag. 160. Man zieht auch, ait, viel Federvieh, welches für das beſte in Aegypten gehalten und nach Cairo geſchickt wird &c. Die Hauptausfuhr von Achmin beſteht aus Weizen. Idem l. c. de piſcibus diſſerit. De cannis ſacchari autem *idem* iam ante, ſcil. p. 141 verba fecit.

c) Vid. Notices &c. Tom. I. p. 250. Verba SCHEMSODDINI haec: Cette ville (Achmim) eſt remarquable par pluſieurs monumens antiques, par ſes *berbis* et ſes talismans &c.

d) Vid. P. LUCAS l. c. PERRY l. c. POCOCKE Tom. I. pag. 114. D'ANVILLE Mem. p. 191. BRUCE Tom. I. p. 159. iter alia haec habet. *Achmim* ſcheint das alte Panopolis zu ſeyn, nicht nur wegen der Polhöhe (cf. GOLIUS ad ALFRAGAN. p. 102 qui eam ex IBN JOUNES lat. 26. 50′ tenere refert; add. ABULFEDA l. c. vbi Kanun poſit. long. 51. 30′ lat. 26. 40′) ſondern wegen der Inſchrift eines Triumphbogens, der vom Kaiſer Nero aus Marmor gebaut, und mit einer griechiſchen Inſchrift πανι θεω gewidmet. Cf. MICHAELIS ad ABULFED. l. c. OBERLIN l. c. p. 258. HENNICKE l. c. p. 82. SCHLICHTHORST l. c. p. 100. DITMAR l. c. p. 115 vbi haec: Jablonski hält *Chemis* für das ägyptiſche *Smun* den Namen der ägyptiſch- und phöniziſchen Gottheit *Esmun* oder *Echmun*. Vid. JABLONSKI Pantheon Aegypt. I, 295.

e) Vid. GOLIUS ad ALFRAGAN p. 102.

Balbana, البلبنا, *vrbs*, paullo ante ab Edriſio commemorata; vid. *Achmim*. Eam non noui; ignorant eam quoque autores, quos in ſubſidium vocaui; at ſuſpicor pro البلبنا legendum eſſe البنا vel بنا *Bana*, inque animo habuiſſe Edriſium *Pana*, nomi veteris Panopolitanae metropolin, quae, monente Kirchero *f*) arabice بنا *Bana* dicitur *g*). Putem nimirum vrbem Achmim reſpondere Veterum *Chemmi*; Balbana autem vel *Bana* eſſe eorundem Panopolin. Vrbes enim, de quibus iam ſermo nobis eſt, niſi omnino olim cohaerebant, haud longo certe interuallo ab inuicem diſtabant, id quod non ſolum ex Edriſio, qui earum ſimul et coniunctim mentionem facit; ſed potius ex reliquiarum rudeumque veſtigiis apparere mihi videtur, quae tam vicina continuaque deſcribuntur (vid. autores paullo ante laudatos) vt hominibus ſequioris ſaltem aetatis facile perſuadeant, ambas olim vnam fere eandemque conſtituiſſe vrbem, ſolo, pro temporis ratione, nomine diuerſe expreſſo. Forte autem ita ſeſe res habet: In libro quodam, quem in ſubſidium vocauit autor noſter vrbem deprehendit nomine *Chemmis* (اخميم); liber alius ei ſuppeditauit vrbem nomine *Pana*, *Panopolin* (بنا, ſ. البنا); iam Edriſius, quem fugit vrbem eandem ſub his venire nominibus, videns tamen ambas locum et ſitum obtinere eundem, easdem itaque, vt errorem praecaueret, bona fide ſimul et coniunctim deſcripſit.

Dendera, دندرة. Berbae huius vrbis mentionem facit Edriſius *h*), vlterius autem vrbem ipſam

Kk 2 non

f) Vid. Kircher Oedip. Aeg. Syntagm. I, c. 3. p. 41.

g) Conſonantes B et P ab Arabicis ſcriptoribus ſola conſonante ب exprimi, res nemini non nota.

h) Vid. ſupra §. 32. p. 480 ſq. *Berbae* huius autor hiſtoriae Aegypt et vrbis Cairo (vid. Notices et Extr. T. I. p. 270) deſcriptionem exhibe

non deſcribit. Recentiores et vrbem, quae Veterum Tentyrae reſpondet, et vrbis eiusdem rudera quam diligentiſſime deſcribunt delineantue *i*).

Zamâcher زماخر *k*) (p. 42: Ibn al Vardi effert زماخير Zamâchir): *vrbs, ſita ad litus Nili occidentale, ſupra os Canalis Menhi; vrbs eſt venuſta, inſtructa multis aedificiis ac hortis; abundat aquis, fructibus, ac omnium leguminum generibus; vrbs*, inquam, *per ſe venuſta ac pulchra; a monte Tilamon* (ſupra §. 30. p. 476) *quinque diſtat miliaribus.* Ibn al Vardi cum Edriſio facit, vel, quod potius credam, ante oculos habuit ipſum opus Edriſii *l*). Recentiores, quod ſciam, eam non memo-

exhibet hanc: *A Dendira*, dans le *Said*, on voit un *berbi*, dans lequel eſt une coupole, qui a autant de fenêtres, qu'il y a de jours dans l'année. Chaque jour le ſoleil entre par un de ces fenêtres & il n'y revient point jusqu' à pareil jour de l'année ſuivante. Idem exhibet MACRIZI; vid. VANSLEB nouv. Relat. p. 412. (verſ. germ. p. 376.) Mirum auditu! Vox *Berbi* h. l. ni fallor, *templum* deſignat.

i) Vid. PORTAIS apud VANSLEB nouv. Rel. pag. 412. (verſ. germ. p. 376.) SICARD Tom. II. p. 157 ſq. P. LUCAS I, 1. p. 115 ſq. (*Dandre; Andera* autem effert *idem*) III, 2. p. 128 ſq. PERRY p. 339. POCOCKE Tom. I. p. 227 ſq. NORDEN p. 293. TOURTECHOT p. 237. SAVARY Tom. II. p. 75. BRUCE T. I. p. 162. — KIRCHER Oed. Aeg. Syntagm. 1. c. 5. p. 42 ita tradit: "Vocatur haec praefectura (ſc. Tentyrites) arabice تنوشر *Tanuſcher*, quae vox idem eſt ac *Tentyra*, vel *Tenoſra* aut *Tenothra*." Non bene capio; et nomen Tanuſcher mihi quidem plane ignotum. IBN AL VARDI l. c. p. 30 paucula haec habet: *Dendera*, où il y a d'anciens monumens.

k) MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 191. p. 92. زماهر *Zamâher* exhibet; calami lapſus videtur.

l) Verba IBN AL VARDII (Notices et Extr. Tom. II. pag. 31) haec: زماخير, *Zamakhir*, eſt une ville ancienne & agréable, dont le territoire eſt fertile; elle eſt voiſine de *la chaine* de montagne de *Thilmoun*, qui part de l'occident, & à travers laquelle le Nil paſſe avec une telle impetuoſité, que les vaiſſeaux ne peuvent le remonter pour aller à Aſouan. On prétend qu'il y a ſur le ſommet de cette montagne un palais habité par une magicienne nommé Kharba & que, c'eſt elle qui arrête les vaiſſaux (!) Vid. ſupra §. 30. p. 476 ſq. Fauere videtur hic locus IBN AL VARDII coniecturae quam l. c. in medium attulimus.

memorant; nec D'Anvillius quicquam de ea compertum habuit *m)*.

Kiſt vel *Koſt* قفط [pag. 42, Sionita reddit Queft; Sicard, *Coptos n)*; Norden, *Koſt o)*; et Pococke *Kept p)*.] Edriſii vrbis huius deſcriptio, me quidem iudice, impeditiſſima ad explicandum. Verba eius haec: *Remota eſt vrbs Kiſt a Nilo orientem verſus: ab vrbe Achmim diſtat curſu dimidii diei et ab vrbe Kus ſeptem miliaribus.* Ab Abulfeda quae excitatur Edriſii *q)* deſcriptio vrbis Kift ita ſonat: قال الادريسي في نزهة المشتاق ومدينه قفط متباعده عن صفه النيل من الجهه الشرقي واهلها سبعه وفي مدينه جامعه متخيره بها اخلاط من الناس ومنها الي قوص في الجهه الشرقيه من النيل سبع فراسخ ومن مدينه قفط الي مدينه اخميم اقلاع نصف يوم i. e. *Edriſio autore vrbs Kiſt remota eſt a Nilo orientem verſus.* [*Incolae ſunt Schiitae* (i. e. ſectatores Ali). *Vrbs eſt frequens confluentibus ad eam diuerſarum gentium hominibus.*] *Eam inter et Kus, quae ab oriente Nili ſita eſt, interuallum ſeptem paraſangarum. A Kiſt ad Achmim nauigatur dimidio diei r)*. Haec Abulfeda. Textus Edriſii typis diuulgatus (vt ab obſeruationibus criticis ordiamur) multum ſane differt.

m) Vid. D'ANVILLE Mem. p. 196.

n) Vid. SICARD Tom. II. p. 175 et 185.

o) Cf. NORDEN l. c. p. 296.

p) Vid. POCOCKE Tom. I. p. 123.

q) ABULFEDA p. 16. cf. MICHAELIS ad h. l.

r) Verba EDRISII ipſa adſcribo: ومن مدينه اخميم الي مدينه قفط تجري نصف يوم بالقلاع ومدينه قفط متباعدة (leg. متباعدة) عن ضفة النيل من الجهة الشرقيه ومنها الي مدينة قوص بالجهة الشرقيه من النيل سبعة اميال. Verba EDRISII procul dubio, vt vidimus, deſcripſit Cod. Pariſ. Librarius; ordinem eorum autem paullulum immutauit.

Per errorem exhibet متباعد; Abulfeda (vel potius, vt ſtatim videbimus, Codicis Pariſienſis Librarius) verius habet متباعد (vid. paullo ante p. 513. not. z); صفه, pro more Cod. Pariſ. habet Abulfeda; rectius Impreſſum ضفه; pro من الجهه الشرقي offert Edriſius من الجهة الشرقية. Sed haec minutiora. Maioris momenti procul dubio eſt lectio Abulfedae سبع فرسخ, pro qua Impreſſum exhibet سبع اميال. Septem paraſangae nimirum = 21 miliar. Citatum hoc vix ab ipſo Abulfeda deſcriptum fuit; exulat enim ex verſione Reiskiana et omnino ex Cod. Lugdunenſi *s*). Autorem habet, niſi me omnia fallunt, Codicis Pariſienſis Librarium, qui ex opere Edriſii integro multa adſcripſit Abulfedae, quod illi fuit, exemplari ſupplementa. Verba vncinis incluſa Impreſſum non habet; procul dubio ergo ab Edriſii Epitomatore ſilentio praetermiſſa ſunt. Quibus obſeruationibus ad criſin textus noſtri ſpectantibus iam ſubiungo adnotationes, quas vocant, exegeticas. Edriſio autore ergo *vrbs Koſt remota eſt a Nilo.* Cum autore noſtro facit Abulfeda, quo nimirum teſte oppidum Koſt propius eſt montibus quam Nilo *t*); recentiores autem longe in diuerſum abeunt, hocce oppidulum haud longo interuallo a Nilo diſtare *u*) tradentes. Ex ſententia Arabum ergo Kiſt vrbs eſt mediterranea, qualem inter Veteres Strabo *v*) quoque deſcripſit. Sed quaeris, putem, quid iam ſtatuendum ſit de nauigatione, ab iisdem autoribus memorata? Me quidem iudice, nihil difficultatis ineſt huic aſſerto ſi de nauigatione, quae ſit ope Canalis, explicetur. Et Canalis omnino mentionem faciunt Strabo inter veteres

s) Vid. Eichhorn Bibl. Tom. V. p. 613.

t) Verba Abulfedae p. 16. haec: وهي اقرب الجبل من النيل

u) Sicard T. II. p. 175. Norden p. 297. Pococke T. I. p. 123.

v) Vid. Michaelis ad Abulfedam not. 153. p. 73.

veteres et inter recentiores Pococke *w*); mappa D'Anvillii quoque Canalem offert, prope ad vrbem Kus e Nilo exeuntem; priusquam *Abnoud* vel *Banute* attingit in duas partes diuiſum et paullo ſupra Kiſt deficientem, qui tamen (modo vt ſit Canalis idem, cuius ripae vrbs *mediterranea* Koſt adiacet), id quod ex verbis Edriſii et Abulfedae colligere eſt, continuandus et cum canali prope Achmim comparenti, quem mappa eadem offert, iungendus videtur. Sed nihil affirmare auſim; mentem enim autorum, quos ante oculos habeo, quin aſſecutus fuerim, multum dubito. Sic v. g. non video quomodo de vrbis veteris *mediterraneae* ruinis ſitis *ad Nilum* vnquam referre potuerit Pococke, etc. Forte vrbs, de qua Edriſius et Abulfeda loquuntur, non eſt proprie mediterranea; ſed tantummodo a Nilo paullo remotior, ſita tamen ad Canalem quendam. Iam vero et quae ſequuntur dubia mihi videntur. Pergit nimirum Edriſius:

Ab vrbe Koſt ad Achmim nauigatur (ſcil. ope Canalis) *dimidio diei.* Erroneum eſſe calculum Edriſii itineratorum tabulae ſatis ſuperque demonſtrant, licet nemo viatorum diſtantiam inter has vrbes verbis expreſſis notauerit. Increſcere videntur difficultates, ſi vrbem Koſt *mediterraneam* eſſe, memoriae repetamus. Vid. inprimis Michaelis ad Abulfedam not. 160. pag. 75.

Porro *vrbem Koſt ab vrbe Kus ſeptem miliaribus diſtare*, monet Edriſius; Michaelis Abulfedae editio

 (non

w) Pococke l. c. Der Canal (inquit) flieſset auf der Südſeite und Weſtſeite der alten Stadt &c. Limitanda ergo verba Michaelis l. c. not. 160. p. 75. quae ita ſonant: "Non memini itineratores hunc canalem memorare" aſt bene ſeſe habent, quae ſtatim addit: "habet tamen D'Anvillius Canalem vnum a Kus ad Coptum (vrbem *mediterraneam?*) alterum iuxta Echmim; forte continuandus vterque vnusque faciendus."

(non Abulfeda ipſe) ad ſeptem paraſangas diſtantiam accedere innuit. Vtrum rectius, non habeo dicere. Sicardo autore interuallum quod deprehenditur inter has vrbes, milliare (gallicum) eſt x), quocum probe conuenit Jacutus y), cuius verba haec: قوص مدينه كبيرة عظيمة واسعة هي قصبة صعيد مصر بينها وبين الفسطاط اثنا عشر يوما بينهاوبين قفط فرسخ i. e. Kus vrbs magna, magnifica, ampla, metropolis Saidae; a Foſtat 12 diebus diſtat, *paraſanga vna* (= mil. gall.) *a Koft*. Teſte quoque Nordenio z) haud longo interuallo ab inuicem diſtant. Quibus ex aſſertis dictisque, vrbem Kift vel Koft, quam laudant Arabes, Abulfeda ſcilicet et Edriſius (Jacutus enim, vt vidimus, cum geographis ſequioris aetatis facit) differre a vico Koft, de quo recentiores ſcribunt, manifeſto ſequitur. Bene itaque vereque Michaelis l. c. (not. 153. p. 73) perorat: "Non haec Coptus antiqua, nec Kift Abulfedae (Edriſiique), vt ſitus locorum prodit (ſtat haec ſententia ſiue praeoptaueris lectionem سبع اسيال ſiue سبع فراسخ), quippe multo vicinior Kuſae, quam Kift Abulfedae: ſed quod nonnunquam vſu venit in vrbibus Aegypti mediterraneis, vicus, quo pro portu vtebatur vrbs mediterranea Coptus, in quo eius nomen haeſit. Veram Coptus itineratores noſtri non adierunt a) ſed eius ſitum

x) SICARD Tom. II. p. 175. Verba eius: Coptos & Quous ſont deux villes anciennes à demi ruinées à l'Orient du Nil. Elles ſont habite par un grand nombre de Chrétiens. C'eſt de la ville de Coptos que toute la Nation prétend tirer le nom de Copte. Elle eſt à cinq lieuës de Nequade, *et Quous n'en eſt, qu' à une lieuë.* Idem hoc occurrit l. c. p. 185.

y) Verba JACUTII nobiscum communicauit SCHULTENS in Ind. geogr. v. *Kus*.

z) NORDEN l. c. p. 297 vbi haec: Bald erblickten wir an dem öſtlichen Ufer das Dorf *Koft*, und *ein wenig nachher*, auch an der Oſtſeite das Dorf *Koſ*.

a) Probe; ſed miſere me excruciant verba POCOCKII Tom. I. p. 132. (vid. paullo ante). Forte non Coptum mediterraneam, ſed aliam vrbem

ſitum ex Abulfeda (et Edriſio) cognoſces." Haec Michaelis.

Quae porro addit Edriſius de magno confluxu hominum diuerſarum gentium, quo, rebus olim florentibus, gaudebat vrbs Koft, coniecturam Michaelis, vixdum a nobis adſcriptam, ſatis probabilem reddunt. Maximam enim olim faciebat mercaturam vrbs Koft, vt Michaelis pluribus oſtendit *b*); hinc procul dubio factum, vt diuerſiſſimi gente et ortu ibi ſedem figerent.

Kus قوص (p. 42) [ſemel Edriſius effert قوض, *Kud*; at perperam. Alfraganus *c*) et Bohaddin, de praefectura Kuſana verba faciens *d*) قوس pronunciant. Abulfeda et Jacutus cum Edriſio faciunt *e*), P. Lucas effert *Coaſſa f*); idem et Tourtechot, *Kous g*); Sicard, *Quous h*); Pococke et Savary, *Cous i*);

Kk 5 Norden

vrbem innuunt; forte vicus Kept hodie fere deuaſtatus, olim ſplendidior fuit eiusdemque rudera vidit POCOCKE, et l. c. fuſe deſcribit.

b) Vid. MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 163. p. 76.

c) ALFRAGAN. Elem. p. 36. et GOLIUS ad h. l. p. 100 ſq.

d) BOHADDIN. l. c. p. 40, vbi: قوس وعملها.

e) Vid. ABULFEDA p. 16 ſeq. Verba JACUTII vid. paullo ante v. *Kift*.

f) P. LUCAS I, 2. p. 92. vbi haec: *Coaſſa*, ou il y a quantité de ruines.

g) P. LUCAS III, 2. p. 108. 109. . . . comme ce lieu a été autrefois plus conſidérable, qu'il n'eſt à préſent, j'allai en viſiter les ruines &c. Iam fuſe deſcribit ruinas, quas ibi vidit, inprimis ſepulchrum quoddam, habens inſcriptionem Cleopatrae nomine inſignitam. — TOURTECHOT p. 341. Kous . . . ein Dorf, aus den Schutthaufen der Stadt *Kous* erbauet. Man ſiehet um und in dieſem Dorfe nichts als zertrümmerte Marmorſäulen &c. Inſcriptionem graecam idem l. c. p. 342 exhibet; ſed nomen Cleopatrae non iuuenio. PORTAIS apud VANSLEB nouv. Relat. p. 411. 412. (verſ. germ. p. 376.) *Kus* effert.

h) SICARD Tom. II. p. 175. 184. cf. paullo ante not. x. Vaſa fictilia inde exportari ſolita l. c. laudat.

i) Vid. POCOCKE T. I. p. 123. cf. p. 131 ſq. SAVARY T. II. p. 80.

Norden tandem pronuntiat *Kosk*)]. Edriſio autore *Kus vrbs eſt magna, miliaribus* (vel *paraſangis?*) *ſeptem ab vrbe Koſt diſſita*. Vid. paullo ante vrbis Koſt deſcriptionem. *Kus* olim i. e. tempore Edriſii vrbem fuiſſe magnam, haud difficile creditu; fuit talis et tempore Abulfedae (qui de illa ita fere tradit: قوص مدينة بالصعيد وليس بارض مصر بعد الفسطاط مدينة اعظم منها هي فرضة التجار من عدن i. e. Kus eſt vrbs Saidae, poſt Foſtatam totius Aegypti maxima, emporium mercatorum Adenenſium etc.) nunc autem vicus eſt, ſed magna adhuc rudera oſtentans. De vico hoc, ruinis vrbis antiquae ſuperſtructo autores, quos paullo ante laudauimus, plura tradunt. Perry vici huius ſitum amoenum celebrat; Brucius ſolus eſt, qui, quod tamen parum probabile, de Kus tanquam *vrbe ſatis ſplendida*, verba facit *l*).

Damâmil دماميل *oppidum* (pag. 42), *ſitum ad litus Nili orientale, ab vrbe Kus circiter ſeptem diſtat miliaribus*. Eſt Damâmil Edriſii, ni fallor, vicus *Damamin*, quem vocat Norden *m*) ſitus enim omnino idem; diſtantia fere eadem; et pronuntiationis diverſitas, vt mihi quidem videtur, leuiſſima. *Hinc ad*

Asnâ اسنا (p. 43) [Alfraganus effert اسناي *n*); Vansleb, *Isne* et *Isna o*); Perry, alii, *Esne p*); P. Lucas et Norden, *Esnay* et *Eſſenay q*); Sicard, alii, *Aſſena*

k) Norden l. c. p. 297. cf. paullo ante not. z.

l) Perry l. c. p. 356. Bruce Tom. I. p. 221.

m) Norden l. c. pag. 302. . . . daſs wir zwiſchen zwey Dörfern, *Ellkerne* zur rechten und *Damamin* zur linken, anlangten.

n) Alfragani Elem. l. c. p. 36.

o) Vansleb [nouv. Relat. p. 407. (verſ. germ. p. 373.)] vel potius Portais, Capucinus, apud Vansleb l. c. Vansleb ipſe in itin. germ. conſcript. p. 94. *Isna* effert. Vid. infra v. *Asvan* not. f.

p) Perry l. c. p. 356. Pococke T. I. p. 166. Bruce T. I. p. 197.

q) P. Lucas I, 2. p. 92. Norden l. c. p. 337.

Aſſena r). Veterum Latopolis eſt *s*)], *vrbem*, *Nili ripae occidentali adpoſitam.* Situm eundem autores, quos hunc in finem inſpexi, ad vnum omnes conteſtantur *t*). *Eſt autem*, pergit geographus noſter, *Asna ex vrbibus antiquiſſimis de illis*, *quas olim Copti aedificarunt.* Opportune ad haec obſeruat Michaelis *u*): Coptorum nomine non veteres Aegyptii Pharaonum tempore, ſed indigenae eorum poſteri religione chriſtiani, intelligi ab Arabibus ſolent. Horum eſt, vt ita dicam, metropolis Esne, martyrum ſepulchrali agro inſignis etc. Cf. tamen infra not. v. De *Berba* Asnae, cuius mentionem facit Edriſius in deſcriptione vrbis Achmim, iam ſupra §. 32. p. 480 ſq. verba fecimus. Haec ad verba Impreſſi; ſed plura autorem noſtrum de vrbe hac adnotaſſe, quam quae exhibet epitomator, ex citato Abulfedae ſatis ſuperque apparet. Reſtituenda Edriſio ſunt, quae breviator omiſit. Sunt autem haec قال الادريسي في كتاب نزهه المشتاق ان اسنا من المدن القديمه من بنا القبط الاول وبها]

r) SICARD Tom. II. p. 183. P. LUCAS III, 2. p. 514. TOURTECHOT pag. 350. SICARD l. c. (et Interpres TOURTECHOTI germanicus) vrbem hanc (id quod et aliis accidit autoribus) male cum vrbe Asvan confundit. Vid. *Asvan.*

s) Vid. NORDEN, POCOCKE, BRUCE &c. ll. cc. Quibus add. GOLIUS not. ad ALFRAG. p. 103 vbi haec: "*Asna* in Gloſſario Aegypt. Arab. redditur per nomen Aegyptium λάτος, quae λατόπολις ſ. πολις λάτων eſt Ptolemaeo, a Lato piſce, Aegyptiis illis culto, vt autor eſt Strabo l. 17. denominata. Dixerunt autem arabice اسنا, quaſi *Micantem* et *Illuſtrem*, declinare volentes, vt exiſtimo, idololatricum nomen, quod et in praecedente (اخميم) aliisque videntur obſeruaſſe &c. Aliter ſentire videtur LEO p. 727. ita docens: *Asnam* antiquitus Senam vocitarunt: quae nominis immutatio ab Arabibus dimanauit, quorum idiomate Sena *rem foedam ac turpem* ſignificat. *Asnam* igitur appellarunt, hoc eſt, *pulchram* et *elegantem*, quod ſitu peramoeno iuxta Nilum ab Africae parte conſtructa ſit &c.

t) Vid. not. praeced. vbi LEO . . . Asna . . . iuxta Nilum *ab Africae parte* conſtructa &c. ABULFEDA pag. 23. Cf. PORTAIS apud VANSLEB l. c. P. LUCAS, PERRY, NORDEN, POCOCKE &c. ll. cc.

u) MICHAELIS ad ABULFEDAM not. 211. p. 100.

[وبها مزارع وبساتين حسنه وبها بقايا بنيان القبط واثار عجيبه] ومنها الي ارمنت في الضفه الشرقيه مجري يوم

i. e. . . . *palmas habet, agros cultos, hortos pulchros et antiqua monumenta aedificationum Copticarum aliaque ſtupenda rudera.* Vncinis incluſa ſunt, quae ſilentio praetermiſit epitomator. Prodidere de ruderibus et monumentis antiquitatis, de quibus obiter Edriſius noſter diſſerit, praeter Leonem, autores recentiores fere omnes, eaque nunc tangunt, nunc mirum in modum pandunt *v*); terrae bonã autem ſolique fertilitatem obſeruare et deſcribere omnes (ſi Pocockium et Leonem excipias) neglexerunt *w*). *Hinc ad*

Arment ارمنت *x*) (p. 43) [P. Lucas et Savary pronuntiant *Armant'y*). [e] Pococke effert *Erment z*); Veteres, *Hermonthis a*)] *litori Nili orientali adiacens, curſus diei interuallum.* Lapſus eſt Edriſius noſter; non enim ad litus Nili *orientale* ſed potius ad *occidentale* fluminis latus obiacet oppidum, quod Hermonthis

v) Leo l. c. vbi haec: In huius ciuitatis ambitu maxima viſuntur aedificia operisque admirandi ſepulturae cum epitaphiis tam aegyptiis notis quam latinis characteribus inſculptis. (Sub *notis Aegyptiis* intelligendi forte characteres hieroglyphici! dictum Michaelis ergo, quod paullo ante deſcripſimus limitandum,) Cf. inprimis Pococke, Norden, Tourtechot &c. ll. cc.

w) Leo l. c. (vid. paullo ante not. *s*. Ita pergit:) . . . quae tametſi a Romanis propemodum vaſtata extiterit, Muhamedanorum ſeculo ita reſtaurata eſt, vt eius incolae tam frumenti et pecoris, quam numorum ditiſſimi euaſerint. In regione ſiquidem Nubiae partim aduerſo Nilo partim per deſerta mercaturam exercent. Pococke l. c. . . . Gegen Norden des Kloſters iſt etwas Wald und Baumwollenſtauden die die Winter aushalten. An der Oſtſeite bemerkte ich auch Senneskraut (caſſia ſenna Linn.).

x) *Arment* quoque pronuntiant Portais apud Vansleb nouv. Relat. p. 407. (verſ. germ. p. 373.) Perry p. 352. Norden p. 303.

y) P. Lucas III, 2. p. 115–122. Savary T. II. p. 109. Idem P. Lucas I, 2. p. 120. *Hermant* effert.

z) Pococke Tom. I. p. 164.

a) Vid. Norden, Pococke ll. cc. Tourtechot p. 350. Add. Michaelis ad Abulfed. not. 179. p. 87.

this olim, hodie autem Arment vocatur, id quod autores, quos etiam ad manus habeo, facile conteſtantur. Abulfeda, vbi excerptum ex Edriſio exhibet *b*), cum Edriſio facit, ipſe vero recentioribus adſtipulatur. Ait nimirum *c*): وارمنيت بلده من الصعيد الاعلي من بر الغرب وهي عن الاقصر علي نصف مرحله من جهه الجنوب والغرب i. e. Arment eſt oppidum Saidae ſuperioris (vid. ſupra § 28. p. 464) a latere Nili occidentali, dimidio diei itinere ſupra Okſor, ab auſtro eius et Occidente. — Caeterum poſt vrbem Asna, vt vidimus, recenſet autor noſter vrbem Arment; autores recentiores autem, a quorum parte equidem ſtare nullus dubito, longe ante memorant vrbem de qua nobis ſermo eſt *d*). Vid. voc. ſequ. *Hinc ad*

Asvan اسوان [Ibn Chalecan efferendum aſſeverat *Usvan e*); at perperam. Vansleb effert *Isvan f*); P. Lucas, *Aſſuana g*); Perry, *Aſſoan h*); Pococke et Bruce, *Aſſouan i*); Norden et Tourtechot, *Eſſuaen k*). Apud

b) Abulfeda p. 23. vid. paullo ante v. *Asna.*

c) Abulfeda p. 19. cf. Michaelis ad h. l. not. 179 ſq. p. 87 ſq.

d) Vid. autores nott. x – c laudatos et cf. inprimis, quae habet Michaelis l. c. Iidem cupientibus plura ſuppeditabunt.

e) Vid. Golii not. ad Alfragan p. 104. Michaelis ad Abulf. not. 202. p. 98. Praeferenda eſt procul dubio lectio *Asvan*, quam recentiores et implicite et explicite offerunt, quamque et Abulfeda l. c. et Ibn al Vardi (vid. Notices &c. p. 31) profitentur.

f) Vansleb nouv. Relat. p. 7. 21 &c. (verſ. germ. p. 130 et 139.) Vid. ſupra p. 523. v. Esne not. r. Pag. 7. recte habet Vansleb: *Isvan*, que les Européens appellent Siene. In corrigendis ad haec obſeruat: delenda eſſe vv. que les Eur. app. Siene . . . *car Siene s'appelle en Arabe Isne.* Male! Vansleb idem, in itin. germ. conſcript. p. 94 male habet: In *Isna*, vorzeiten *Sirne* (leg. *Siene*), liegt unter dem Tropicus Cancri. — Asvan ſub tropico Cancri ſita eſt.

g) P. Lucas I, 2. p. 94.

h) Perry l. c. p. 356.

i) Pococke Tom. I. p. 173. Bruce Tom. I. p. 207.

k) Norden l. c. p. 351. Tourtechot p. 354.

Apud veteres, vti ſaepius iam obſeruatum eſt, *Syene* audit *l*)] item curſus diei (p. 43). Nec iter Nordenii, nec aliorum autorum itinera huic aſſerto diſtantiam inter vrbes Arment et Asvan notanti fauent; omnino autem, inſpectis melioris notae mappis, nemo vnquam ſibi perſuadebit, vnius diei curriculo iter ab Arment ad Asvân poſſe abſolui. Verius ſane libri Azizi autor, quem laudat Abulfeda, diſtantiam quae inter has vrbes intercedit, ad *bidui* iter accedere contendit. Iter quidem terreſtre innuere videtur, vocabulo مرحل vſus; nihilominus tamen bene ſeſe habet haec diſtantiae nota *m*). Paucis interiectis ita pergit Edriſius: *Ab vrbe Asvan ad vrbem Mesr ſ. Foſtat* 25 *ſtationum intercapedo*. Concordat Abulfeda, longitudinem Aegypti ſuperioris ab vrbe Asvan ad Foſtatam ad 25 ſtationes accedere tradens. Golius eandem a Syene ad Memphim ad 24. dierum iter aeſtimat *n*). — Haec Edriſius in fine ſectionis quartae Climatis ſecundi [et ad Clima ſecundum vrbem noſtram refert Alfraganus *o*)]; ipſam vero vrbis delineationem exhibet in Climatis primi ſectione item quarta verſionis latinae p. 18. Quae ibi leguntur ita ſeſe habent:

Asvan terminus eſt Saidae ſuperioris (vid. ſupra §. 28. p. 464); imo totius Aegypti, meridiem verſus ſcilicet, id quod, exceptis autoribus, quos ſupra §. 2. pag. 325 laudauimus, Itineratorum, quos in ſubſidium vocaui, pars omnino maior contendere

ſategit

l) Vid. omnino DITMAR l. c. p. 130. OBERLIN l. c. p. 258.

m) ABULFEDA p. 19: قال في العزيزي وبين اسوان وارمنت مرحلتان وبين ارمنت وقوص مرحلتان i. e. inter Asvan et Arment *bidui iter*; itemque *bidui iter* inter Arment et Kus. — Cf. MICHAELIS ad h. l. not. 182. p. 89.

n) Vid. ABULFEDA p. 4. et ſupra §. 28. p. 465. not. *p*.

o) Vid. ALFRAGAN l. c. p. 36.

ſategit *p*). Pergit Noſter: *Vrbs eſt parua quidem at populoſa q); abundat tritico ac reliquis leguminum generibus; item* الدلاع *r) multisque oleribus.* Abulfeda teſtante palmarum diues eſt vrbs Asvan; bene, et teſtimonio recentiorum quoque confirmatum *s*). Iam vero quum idem ſcriptor, approbante adeo Commentatore Michaelis, addere conatur, agros ſatiuos non habere vrbem hanc, Edriſio ac Leone l. c. manifeſto contradicit, quorum hic ſolum habere vrbem cumprimis frumento accomodum aſſeuerat; ille vero, vt paullo ante vidimus, verbis expreſſis frumenti prouentum celebrat. Edriſius pergit: *porro abundat vrbs Asvan carnibus bouinis, camelinis t), caprinis, aliisque*

p) Vid. Abulfeda p. 22. Ibn al Vardi l. c. Tom. II. p. 31. vbi haec: *Asvân* (اسوان), ville ſituée à l'extrémité du Saïd (ou de la haute Egypte) &c. Leo l. c. Vansleb nouv. Rel. p. 7 et 21. (verſ. germ. p. 130 et 139.)

q) Ibn al Vardi l. c. ville très-peuplée. Leo p. 728: Aſuan amplam, vetuſtam, *populoque refertam* ciuitatem, Aegyptii ad Nilum octuageſimo circiter ab Asna miliario Orientem verſus condidere. Recentiores eam minus celebrem depingunt. Norden e. g. p. 351. ita refert: Sie iſt weder beträchtlicher noch anſehnlicher als die übrigen Städte in Oberägypten. Pococke Tom. I. p. 173. eam vocat . . . eine ſchlechte kleine Stadt. Conſpirat P. Lucas, qui eam l. c. vt vrbem paruam hominibus pauperrimis habitatam deſcribit.

r) الدلاع *conchis marinis*; vix in hac orationis ſerie admittenda videtur commemoratio concharum marinarum. Sionita *frugibus* exhibet; ſed ſatis iam de frugibus diſputauit Edrisius. Quomodo autem commode apteque vertam vocem الدلاع equidem neſcio; forte *piſces* notat; vid. paullo poſt not. u.

s) Vid. Abulfeda p. 22. et Michaelis ad h. l. not. 203. p. 98. vbi haec: "Siluam arborum in vicinia vrbis expreſſam video a Nordenio in Tab. CXXVI. Agros frumenti feraces habere nequit, petris incluſa, quae hinc ad cataractam vsque magis magisque coëunt." Cf. e. g. Bruce Tom. I. p. 205 vbi ita refert: Wir landeten am Südende der Palmwälder &c. Idem paullo poſt: Dactylos hic ad maturitatem non peruenire &c. obſeruat.

t) Sionita *ouinis* habet; at in libro eſt الحملان.

que carnium generibus, miri et eximii ſaporis et pinguedinis, quae quotidie vili pretiò emuntur. Si Brucio fides habenda, phraſis غيرها من صنوف اللحوم aliaqua ſaltem ex parte limitanda videtur *u*). *Nec deſunt ibi merces aliae, quae inde ad Nubiae regiones transferuntur.* Pulchre conuenit Leo (l. c.) ita tradens: Ciues mercimoniis exercendis deditiſſimos facit Nubiae regni propinguitas. Caeterum vid. ſupra p. 72.

Adab عذاب [male; melius Abulfeda عيذاب *Aidab v*); De Guignes *Aidhab* pronuntiat; D'Anville nunc *Aidab* nunc *Adhab w*)]. Quae de vrbe hac Edriſii liber typis exſcriptus nobiscum communicauit, haec ſunt: *Complectitur, haec quinta pars Climatis ſecundi* (verſ. lat. p. 43) *de regionibus ad ſinum Arabicum ſitis, vrbem Aidab et deſertum ante illam, ab ipſa deſertum Aidab cognominatum, in quo nullum certum iter conſtat, nec viam monſtrant, niſi montes (quanquam nec montes vbique indicio ſunt) et ſtellae ſolisque curſus ab oriente occidentem verſus.* — Paucis interiectis, quae vero nihil ad nos pergit: *In extremo* (ſummi-

u) Scilicet Bruce Tom. I. p. 210 ita diſſerit: Federvieh, Butter und Milch trifft man in Syene nicht an. (Ita forte ſcripſit, quod ipſi harum rerum copia non facta fuerit. —) Addit autem: Der Nil iſt hier ſehr fiſchreich; Fiſche werden an Orten wo das Waſſer voller Klippen iſt, ſehr leicht gefangen. Es gibt nur zwey groſse Arten, welche ich zufälliger Weiſe zu Geſichte bekam, den *Binny* und den *Boulty*."

v) Vid. Abulfeda p. 36. vbi ſemel, ſed forte per errorem operarum عيداب occurrit. عيداب expreſſum exhibet quoque Schultens in Excerpt. ex Abulfeda ad calcem vit. Saladin. p. 32. In Ind. geograph. autem vocabulum noſtrum عيذاب (cum Dſal) expreſſit Schultens. Vid. l. c. v. *Aidabum*.

w) Vid. *Repoſitor.* Tom. I. pag. 438. d'Anville Mem. ſur l'Eg. p. 234 ſq. vbi haec: Ce lieu dépend du gouvernement de l'Egypte, & je le trouve inſcrit dans le dénombrement entre les lieux du diſtrict de Kous. Reliqua, quae habet d'Anville ex Edriſio deſumta ſunt. — Caeterum vid. ſupra §. 26. v. Kolzom p. 451. not. h.

(ſummitate) *huius deſerti ad litus maris ſalſi x) ſita eſt vrbs Aidab ex qua Giddam nauigatur, traiectu diei ac noctis. Aidabae autem eſt praefectus Domini Bogae, aliusque regum Aegypti, qui reditus* (vectigalia, de quibus paullo poſt ſermo erit) *eius aequaliter diuidunt. Aegypti praefectus annonam et quae ad vitam ſuſtentandam neceſſaria ſunt ex terra ſua apportari ad vrbem curat; Bogenſis eadem ex Habeſſinia exigit. Caeterum praefectus regis Bogae commoratur in deſerto, nec niſi raro intrat vrbem. Ipſi quoque Aidabae incolae omnem tractum Bogae percurſant, venduntque ibi ſuas merces, et emunt butyrum mel ac lac; multas praeterea cymbas vrbs habet ad piſcaturam, ſunt autem piſces exquiſiti ſaporis.* (Vid. ſupra Sect. I. n. XIII. pag. 78.) Iam de tributis peregrinatorum Meccanorum ac ſeueritate exigendi, quae habet Edriſius, en accipe.

Et in vrbe hac exigitur tributum (vectigal) *hacce noſtra tempeſtate e Moslemis de terra occidentali* (Magrab; Africa) *ad aedem Meccanam feſtum eius et ſolemnia ſacra celebrandi ergo proficiſcentibus; ſumma vero huius tributi* (vectigalis) *in ſingula capita eſt octo denariorum aureorum, auri qualiscunque ſiue infecti ſiue facti y). Nullus omnino peregrinatorum occidentalium traiicitur ad Giddam niſi prius oſtendat naulum* (مكس) *ſuum; quod*

x) بحر الملح *mare ſalſum;* ita h. l. mare Kolzom ſ. ſinus arabicus audit. Et aliis autoribus ſic vocatur v. g. Schemseddino, cuius verba in linguam gallicam conuerſa, ita ſeſe habent: Outre les noms *de Mer de Kolzom* & *mer de Hedjaz* (vid. ſupra §. 30. p. 475) le golfe arabique y eſt encore déſigné ſous celui de *mer ſalée, Bahr almelh* (بحر الملح): cette dénomination qui eſt auſſi employée par d'autres écrivains Arabes, n'a point encore, à ce qui je crois, été obſervée. Vid. *Notices* &c. T. I. p. 169.

y) Verba Edrisii ipſa haec: وهذا المكس مبلغه علي كل راس ثمانية دنانير من اي الذهب كان مكسورا او مسكوكا

quod ſi quis nauclerus maris Kolzom (ſin. arab.), *traiiceret aliquem non habentem naulum ſuum, tenetur ſolvere nauclerus pro ipſo. Quare nemo tranſit ab Aidab ad Giddam, niſi prius oſtendat nauclero tributum* (vectigal البراءة, nobis forte *Mauthſchein*), *quod debet. Cumque nauis vela fecerit et Deus illi conceſſerit felicem aduentum ad Giddam, ad anchoram ſtat procul ab ipſa; tunc eam ingrediuntur quaeſtores* (نقاب) *miſſi ex parte praeſidis* (praefecti) *Giddae, qui ſubducunt ſummam vectigalium, quam nauis illa debet, inque albo referunt. Quo facto ipſi deſcendunt; eosque ſequuntur viatores omnes. Iam a ſingulis exigunt ſtatuta et debita tributa; et ſi forte contigerit aliquem eorum carere vectigali, cogitur nauclerus, qui eum transuexit, ſoluere pro illo tributum. Quandoque tamen aſſeruatur in carcere talis peregrinator quousque tempus peregrinationis* (feſti meccani) *elabatur; aliquando vero tribuit illi Deus qui eum liberet et debitum pro eo ſoluat vectigal.*

Tributa autem haec redeunt Hâſchemi (الهاشمي) *Domino Meccae eique pro ſtipendio ſunt: nam reditus eius omnino pauci, et exactiones non ſufficiunt impenſis et aſſeclarum ſuorum alimoniis z).* De *Alhaſchemo*, Domino Meccae, ſupra §. 26. p. 461 ſq. plura ex Edriſio retulimus.

z) Mirum, quantum concordat BRUCII de vectigalibus *Jiddae* (Dſchidda) obſeruatio. Ait nimirum (Tom. I. Epitom. Rintel. p. 137): Jidda liegt in einer ſo traurigen unfruchtbaren Gegend, daſs es ſchon längſt verlaſſen wäre, wenn nicht die Nähe von Mecca und die Ankunft der oſtindiſchen Schiffe hier einen lebhaften Handel erhielte, der ſich über Mecca, durch einen groſsen Theil des Orients verbreitet. *Jidda ſelbſt gewinnt nicht viel dabey. Die Einkünfte von den Zöllen werden geſchwind an einen Regenten, der ſie ſehr nöthig hat, geſchickt, und einen andern Theil bekommen ſeine gierige Verwandte und Beamten &c.*

I.

INDEX
ADDENDORVM ET CORRIGENDORVM.

Pag. XIII. lin. 3. leg. *adgredimur*. — P. XCII. lin. vlt. add.: Aliqua ſaltem ex parte ſuſpecta quoque videtur laus Erpenii, quam exhibet Eiusdem tractatus: *de ſtudio arabico conſilium*. Ita ſonat: Prior (Geographia illa anonyma quae Romae e typographia Medicaea in quarto prodiit) longe elegantiſſimo ſtilo liber eſt, et cuius elaboratiſſimam verſionem Latinam tantopere hactenus a viris doctis expetitam, nunc dant viri vndequaque doctiſſimi et rerum Arabicarum peritiſſimi, Gabr. Sionita et Jo. Hesronita Maronitae, et harum literarum inſignes promotores in celeberrima Pariſiorum Academia; quae verſio viam omnino ſternet ad facilem praeſtantiſſimi libri lectionem et intelligentiam. — Pag. 1. lin. 22. l. *geographos*. — P. 7. antep. l. *arridebat*. — P. 8. antep. et p. 9. l. 20. l. *mari*. — P. 11. l. 19. l. *abeuntes*. — P. 21. l. 14. 15. l. i. e. *fluminis* de quo Edriſius loquitur, *alterius*. — P. 27. l. 29. l. *Zaghaoue*. — P. 58. l. 22. l. *ipſe*. — P. 59. l. 29. l. *fugantur*. — P. 89. l. 26. l. *locum*. — P. 96. l. 34. l. *ſcribit*. — P. 107. l. 14. l. *poſitas*. — P. 125. l. 13. l. *dedit*. — P. 161. l. 21. l. *Aucal*. — P. 175. l. 3. poſt verba: *Nachle hinc Mecnaſ.* adde obſeruationem ex Timimeo deſumtam, quae legitur p. 176. lin. 4 ſq. ſcil. verba: Diſtantiam inter Mecnaſam et Faſam . . . fugit. — Pag. 180. lin. 30. l. *ſuccinctam*. — P. 187. l. 1. l. *Areſchcul*. — P. 201. l. 9. poſt verba: *affirmat Edriſius;* adde: Et haec, ni fallor, mens eſt Edriſii. Codex enim Pariſ. (vid. Eichhorn Bibl. l. c. pag. 590 ſq.) ex opere Edriſii Mſſ. at integro addit:

فتاهرت كانت فيها سلف مدينتين كبيرتين والقديمة منها على جبل ليس بالعالي ولها سوق i. e. *Tahárt olim habuit* (ratione contextus enim vix vertendum: *conſtituit olim Tahart*) *vrbes duas magnas, quarum antiquior, emporetica, ad montem ob altitudinem parum excellentem, aedificata fuit.* Id bene quoque conuenit &c. — P. 218. l. 32. l. *ante.* — P. 223. not. i. ad 1. add. De *Hadad* (vel *Cate* ſ. *Lycio*) vid. C. Clusii Atr. Exoticor. Libr. X. p. 163. — P. 232. penult. dele punctum ante voc. Vid. — P. 237. l. 5. l. *Vix* tamen &c. et cf. quae paullo ante pag. 234 obſeruata ſunt. — Pag. 238. l. 26. l. بينها وبينها. — P. 241. l. 15. l. قسطينة. — P. 242. l. 20. l. hinc *ad* Baſcher. — P. 280. l. 8. l. *extendere.* — P. 376. l. 4. add. Locum Edriſii paullo obſcuriorem illuſtrat Abdollatif, qui pag. 106 incrementum ſedecim cubitorum *aquam Sultanicam* ما السلطان vocat. Eodem autore humanos in vſus 18 cubitorum terminus eſt neceſſarius; at 20 cubitorum terminus modum excedit &c. Addit: Aqua Sultanica vocatur . . . ſiquidem id cum factum eſt, penditur tributum; idemque irrigat dimidiam circiter regionis partem atque tantum frumenti producit, quantum alere poſſit incolas regionis toto anno abundanter &c. Si eſt ſupra 16 cubitos, ad 18 vsque . . . tantum profert, quantum ſufficiat ad alendos incolas regionis duos annos et amplius &c. Haec Abdollatif. Plura adhuc offert lectu ſcituque haud indigna. — P. 446. l. 20. poſt *Sabana* add. Sic vertit Sionita; in libro eſt سبانة; conſonantes ſecunda et quarta punctis diacriticis deſtitutae. —

Hi fere ſunt lapſus, L. B. quos te emendare velim. Caeteros errores, qui oculum aut mentem fugerunt ignoſcas, quaeſo, et boni conſulas.

II.

II.
INDEX PHYSICVS. *)

I. *Aes*, 34.
Alumen, 136.
Antimonium, 249.
Aquae acidulae, 495.
Arena, 24. 305. 428. 436.
Auroſa, 34. vid. *Terra.*
Argentum, 71. 79. 249.
Aurichalcum, 27.
Aurum, 41. 42. 44. 48. 71. 79. 83. 86. 110 ſq. 249.
Bitumen, 235.
Cuprum, 48. 249.
Ferrum, 100. 101. 102. *ferri fodina*, 225. 272.
Grana, 26.
Gypſum, 224. 247.
Lapicidina, 156. 454.
Lapis cotis, 454.
Lapides, 94. *diuerſicolores*, 318.
Lutum, 136.
Magnes lapis, 95. 101.
Margarita? 115. 116.
Marmor, 249. 355 ſq. 372.
Murenulae vitreae, 26.
Nafta, 10.
Nitrum, 343. 345 ſq. 429.
Nix, 143.
Onyces ficti, 27.
Ouada, 46.
Pix, 224. 450.
Sal, 26. 46. Ammoniacum 417.
Smaragdus, 79.
Sulphuris fodina, 300.
Terra glareoſa, 153. 165. *lutoſa et ſalſugine impraegnata*, 298. *puluereo colore, quae, in ignem coniecta, edit odorem ſulphureum, fumum horrendum* &c. 300; rubricoſa 300.
Thebr l. *Tibr*, 34. 133.
Vitrum, 44.
Vulcanus, 119.
II. *Ambarum*, 10. 318.
Animalia, 479.
Apis hypocrita, 224.
Armenta, 25. 161.
Aſini, 316. ſylueſtres 491.
Aſpides, 59.
Aues, 337. 514. *aquilis rubris ſimiles*, 317.
Baſa ſ. teſtudines marinae, 95.
Belluae marinae, 316. 450.
Binni (piſc.), 528.
Boues, 86. 100. *longis cornubus inſtructi*, 316. ſylveſtres, 86.
Buri (piſc.), 139.
Bulti (piſc.), 528.
Butyrum, 78. 443. 527.
Cameli, 26. 31. 63. 66. 72. 100. 104. 161. 450.

 Camelo-

*) Mineralium, Animalium et Plantarum nomina literis curſiuis excuſa, apud Edriſium; literis vero rotundis exarata, apud Autores, quos in ſubſidium vocauimus, leguntur.

Camelopardales, 25. 43.
Canes rubri, 100. 102.
Caprae, 32. 63. 138. 479. *ſyluestres* 490.
Carnes varii generis, 479. *bouin. camelin. caprin*, 26. 479. 527.
Cera, 224. 272. 283.
Cerui, 25.
Cherſydri, 59.
Columba, 366 ſq.
Conchae marinae, 527.
Conchylia, 34.
Corallia, 274.
Cutes, 272.
Dant, 130.
Ecchini, 25.
Elephantes, 25. 26. 43. 86. 104.
Equi, 100 104. 111.
Formicae, 168.
Giraffae, 25. 86.
Greges, 153.
Hyaenae, 25. 86. 100.
Hydri, 59.
Lac, 78. 86. 89. 443. 527.
Lana, 34. 272.
Lamth, Lant, 130.
Leones, 25.
Lepores, 25.
Margarita, 115. 116. 273.
Mel, 78.
Mugil Cephalus, 139.
Muli, 100. 104.
Muſtelae fouinae, l. *foetariae*, 25.
Oues, 138. *quarum caro amara*, 317. 320. *ſylueſtres*, 479. 490.
Pardi, 100. 102.
Pecus, 524.
Piſcatura, 44. 270.
Piſces, 337. 514. 527. *egregie colorati*, 10. in Nilo Nigrorum, 25. 26. 31. 44. 66. 86. 89. 99. *ſimiles Buri*. 139.
Piſciculi pulchre rubris maculis diſtincti, *ſpithama alti*, 210.
Pſittaci, 58.
Pulli, 479.
Rhinoceros, 25.
Sakankur, piſc. 71.
Scorpiones, 84. 211.
Sericum, 101.
Serpentes, 26. 58. 59. 60. 84. 102. *longi et corpulenti*, 490.
Simiae, 120.
Σκιγγος, piſc. 71.
Struthiones, 26.
Teſtudines marinae ſ. *Baſa*, 95. *terreſtres*, 160.
Tigrides, 100. 102.
Viperae, 59.
III. *Abſynthium*, 224.
Acacia ſ. Muza regis, 457.
Addad, 223.
Aſſinthin, 224.
Agalloche, 318.
Agaue, 318.
Agri culti, 148. 151. 252. 462. 479. 499. 507. 508. 524.
Alba myrica, 25.
Arbores, 25. *ebeni*, 25. 26. *frugiferae*, 227. 240. *cafur*, 114. pala, 118. vid. *Mala*.
Arboreta, 141. 179. 224.
Ariſtolochia, 224.
Aromata indica, 87. *pretioſa*, 115.
Arundines ſcheraci, 24. 26. *ſacchari*, 71. 114. 140. 179. 479. 491. 513. 514.

Aſſazoe,

Aſſazoe, 59.
Aud, 318. *al akrab*, ſ. lignum ſcorpionis 212. ſerpentinum 58.
Aulius harani, 211.
Balſameta, 343 ſq. 379 ſq.
Barbauis, *Berberis*, 223.
Buxi arbores, 25. 165.
Cafur arbores, 114.
Callitrichon, 223.
Camphora, 114.
Caſſia Senna 524.
Centaureum magnum, 224.
Cepae, 26.
Ceſtrum, 224.
Citrea mala, 46.
Crocus, 491.
Cucurbitae, 26.
Dactyli, 26. 133. 134. 135. 301. 351. 410. 445. 462. 479. 491. 506. 510. 527. vid. *Palmae*.
Dorra, Durra, l. Panicum, 26, 32. 86. 89. 97. 135. 443.
Ebeni arbores, 24. 26.
El kali, 351.
Fabae, 479.
Ficus, 45. 135. 369. *ſylueſtris*, 320.
Fructus, 153. 479. 507. 508. 516. *ficui ſimiles*, 318. *varia frugum genera*, 404.
Frumentum, 26. 71. 197. 219. 272. 410. 479. 506. 524. 527.
Fruticeta, 164.
Fungi albi, 200.
Goſſypium, 46. 221. 227. 235. 524.
Granata mala, 86. 240.
Hadad, 223. 532.
Hordeum, 86. 89. 235. 479.
Horti, 141. 146. 151. 157. 179. 192. 235. 240. 369. 458. 462. 479. 516. 524.
Iasminum, 224.
Iuncus, 337.
El kali, 351.
Kenturion magnum, 223.
Κεϛρον, 224.
Koſtaran, 223. 224.
Legumina, 26. 86. 227. 235. 410. 479. 507. 516. 527.
Lignum ſcorpionis, 212. ſerpentinum 58. vid. Sandal.
Limones ſylueſtres, 46.
Linum, 165. 403. 479.
Lotus, 159.
Luci, 135.
Mala citrea, 46. 179. granata, 86. 240. *medica*, 46. 179. aurea, 410.
Melones, 26.
Milium, 26.
Moffriſſaſonho, 58.
Mori arbores, 135.
Mouza, vid. Muſa.
Muſa, *Muza*, 86. 119. *alkend; alfili; omani; murini, ſacri*, 118. 119. Platano, 119. *Regis*, 457.
Myrthus, 224.
Nabak vid. *Sedr*.
Nemora, 146. 151.
Nuces, 227.
Olea, 224. 283.
Olera, 151. 479. 527.
Oliuae, 156. 163. 175. 249. 280.
Ophioxylon, 58.
Oryza, 46. 86. 165. 506.
Oud il akrab, 212.
Pala, arbor, 118.
Palmae, *palmeta*, 135. 137. 141. 146. 151. 240. 249. 251. 303. 304. 351. 442. 445. 450. 479. 489. 493. 494. 495. 510. 513. 524. 527. vid. *Dactyli*.

Panicum, vid. *Dorra.*
Platano i. q. Muſa, 119.
Poma Adami i. q. Muſa, 119.
Pao de Cobra, 58.
Populus arbor, 156.
Prata laeta, 146.
Ravand, 224.
Rhabarbar, 224.
Riſum, 86.
Ruibarbo, 224.
Sacchari arundo vid. *Arundo.*
Safran, 491.
Salices, 25.
Sandal, lignum, 71. rub. 116.
Sata, 235. 304.
שמיר, 159.
Scolibrochon, 223.
Scolopendrium, 223.
Sebeſta, 271.
Sedr, cuius fructus Nabak, 159. 206.
Skolukendurion, 223.
Spina aegyptiaca, 164.
Succus lycii, 223.
Sylvae, 25. 188. 224. 249. 305. 316. 511. 524. 527.
Triticum, 151. 235. 272. 479. 514. 527.
Uvae, 86. 151. 316. 462.
Vepretum, 337.
Vineae, 141. 179. 192.
Vinum, 26. 394.
Viridaria, 179.
Xilinum, 165.
Zaravand, 223.
Ziziphum, 159. 271.

III.
INDEX GEOGRAPHICVS.

Literae initiales:

A. *Arx*, arab. *Kaſr.* C. *Canalis;* D. *Deſertum;* F. *Fluvius;* I. *Inſula;* L. *Lacus;* M. *Mons* arab. *Gebel* (*Dſchebel*); O. *Oppidum*, l. *pagus*, l. *vicus;* P. *Populus*, l. *Natio*, l. *Tribus;* pr. *Promontorium; Caput*, arab. *Ras;* prt. *Portus;* R. *Regnum;* l. *Prouincia;* l. *Regio;* l. *Terra.* V. *Vrbs.*

Obſ. 1. Nomina locorum literis curſiuis excuſa apud Edriſium; literis vero rotundis exarata, apud autores quos in ſubſidium vocauimus, leguntur.

Obſ. 2. Nomina aſteriſco notata in lingua arabica conſonante ج expreſſa ſunt; haec ipſa ج autem, per g quidem translata; ſed vt *dſch* efferenda eſt.

Aárá, 443.
Aaſſan, 455.
Moniat al aatſi, 390.
Aati, 309.
Abadi, A. 297.
Abaoi, F. 14.
Abaſia, R. 81. 86.
Abawi, F. 14.
Abça, O. 168.
Abchimi, V. 64.
Abdalla, puteus, 307.
Kaſr abdel carim, 176. 181.
Monia abdel malec, 402.
Abes l. Abez, M. 211. 227.
Abeſſinia, R. 37. 85. 86.
Abi Chalifa, A. 274.
Abiga, F. 237.
Abi Halema, 307.
Abi Iahnes, 428. 429.
Abi Marzuk, A. 278. 285.
Abi Mohammed, prt. 453.
Abka, O. 168.
Abla, O. 443.
Abnoud, O. 519.
Aboukeer, 438.
Abouſir, O. R. 409. 464. 482. 505.
Kafr aboutevaki, 392.
Abres, 244.
(Kafr) Abu Ali, 427.
Mehallet Abuali, 423.
Abu chauaſch, 429.
Kafr abu ghâlib, 427.
Abukir, 340. 341. 438.
Mit, Miet Abulhari, 410. 411.
Abumandur, 340.
Abu Neſchabe, 429.
Abuqîr, Abuquir, 438. 439.
Abuſîr, 409.
Abutauaki, O. 392. 393.
Abuzid, M. 206.
Abydus, O. 493.

Abyſſi-

Abyſſinia, R. 33. 57. 86. 100. P. 87.
Aca, I. 319.
Acarſif, V. 185.
Accipitres, I. 3. 317. 319.
Ras Acconatter, 214.
* Acgiah (Acdſchiah) I. 117. 119.
Ach, A. 457.
Achal, A. 446.
Achantus, 473.
El Achmas, 429.
Achmiin, 513.
Achmim, V. 464. 465. 479. 480. 504. 506. 513. 514. 515. 517. 519.
Achmum Tanis, 405.
Achmunain, V. 504.
Achola, 286.
al Achſas, 426.
Ackemim, Ackmim, 513.
Acilla, 286.
Acola, 286.
Açores vid. *Aſores*.
Acra, 187.
Adab, V. 9. 78. 528 ſq.
Addâr, Addar, M. 277.
Adel, R. 4. 93.
Aden, 522.
Adgiouz, 428.
Adhab, A. 446. V. 528.
Adjeroud, 448.
Adjerute, A. 442.
Adribe, V. 477.
Adrumentum, V. 259. 281.
Adſchedabia l. *Adſchedania*, V. vid. Agedania.
Adſcherad vid. *Agerad*.
Adſcheraf vid. *Ageraf*.
Adſcherud vid. *Agerud*.
Adſchuz vid. *Aguz*.
Adſjerud, 441. 448.
Aegimurus, I. 277.
Aegyptus, R. 2. 3. 12. 21. 39. 70. 71. 72. 75. 77. 78. 80. 137. 249. 324 ſq. 406. 407. 450. 480.
Aejsne, 400.
Aeram, V. 196.
Kafr el ätf, 390. 391.
Aethiopia, R. 26. 66. 76. 80. 82. 88. 325. 329. 488. P. 14. 73. 87.
Afie, I. 246.
Afnu, R. 22. 26. 36.
Afran, pr. 276.
Africa, R. 1. 2. 6. 8. 242. 259. 314. 319. 445.
Afrikia, R. 1. 124. 125. 126. 128. 201. 217. 248. 249. 250. 251. 259. 260. 267. 287. 293. 299. 304. V. 249.
Agades, R. 40. 41. 47. 135. 137.
Agaſſic, O. 160.
Agarnu, V. 133.
Agate, V. 61.
*Agedabia l. *Agedania*, V. 296. 301.
**Agerad*, M. 101. 102. 103.
**Ageraf*, M. 184.
**Agerud*, L. 441. 448.
Agiurd, pr. 441.
Agins, puteus, 448.
Agmat, V. 140. 141. 149 ſq. 158. R. 149.
Agmat Ailan, V. 150. 153. 157.
Agmat Varica, 142. 146. 150. 151. 153. 154. 158. Woreikah, 150.
Agmet, Agmettum, V. 149.
Agoüe, O. 391.
Agous, P. 14.
Agow, P. 13. 14.
**Aguz*, L. 448.

Ahânks, V. 470. 512.
Aiât, 148.
**Aicagân* (Aicadſchan), *Aicahan*, M. 227.
Aiciſel, O. 161.
Aidab, V. 9. 78. 451. 528.
*Aigilin (Aidſcbilin), M. 156.
Aila, O. 453. 454. 455. vid. *Ayla.*
Ailan, O. 9.
Ailan Barbarae, P. 150. 158.
Ain Chams, O. 447.
Ain Kais, V. 148.
Ainſchemes, V. 343. 344. 365. 378. 379. 380. 381. 447. 496.
**Aintigian*, (Aintidſchian) pr. 289.
Akaba, O. 307. 443.
Akarſif, V. 123. 145.
Akbd Salam, 308. 309.
Akdſchia vid. *Akgia.*
Akent, V. 90. 92. 94.
**Akgia*, L. 117. 119. 120.
Akhmim, R. 464. V. 482.
Akik, O. 457.
Aklibia, V. 250. 277. 278. 285.
Akma, P. 27.
Akmin, 513.
Akni, L. 470. 472.
Akolla, 286.
Ακρα Αμμωνος, 286.
Akrud, 441.
Akſabi ſureva, O. 190.
Alain, A. 306.
Alakbe, 307.
Alalaki, M. 48. 78. 79. 80.
Alaleah, 286.
Alalhun, O. 469.
Alamât, 439.
Alanſâr, O. 416.
Alariſch, 406.
Alata, 10.
Albanin, P. 76. 77. 81.
Albima, P. 77.
Alboheyra, (L.) 268.
Albahat, V. 405.
Alcaçar Céguer, 180.
Alcair, V. 359. 499. 501
Aldachal, V. 425.
Aldſchezaier vid. Algezaier.
Aldſchiamur vid. Algiamur.
Alengia, V. 96.
Alexandria, V. 12. 248. 249. 299. 301. 303. 306. 307. 308. 310. 326. 328. 333. 339. 340. 341. 346-360. 362. 366. 367. 368. 387. 388. 389. 421. 433. 425. 429. 430. 435. 436. 437. 438. 439. 484. 491.
Alfere, O. 96.
*Algarak, L. 472.
Alger, V. 215. 216. 220. et
Algeria, V. 183. 214. 215. 220. et
**Algezaier*, V. 206. 214. 215. 216. 217. 219. 220. 222. et
Alghrzair, V. 215.
**Algiamur* magn. et parv. 276. 277.
Algier, R. 2. 3. 222. 229. 245. 247. 258. 270. V. 202. 214. 215. 216. 218. 220. 223. 272.
Algiob, L. 448.
Alguechet, R. 487. 491.
Alhalun, 469.
Aljezeire el gazie (megerbie) V. 215.
Alia, A. 286.
Alkaroubin, V. 172.
Alkaſſer, 176.
Alkasr, 180.
Allaki, M. 86.
Almadhiac, 230.
Almathria, O. 447.
Almedia,

Almedia, V. 261.
Almenſciar, pr. 274.
Almeriae ſinus, 189.
Almeria, V. 197.
Almeſila, vid. *Meſila.*
Almina, M. 179. 180.
Al Mohdia, V. 260.
Aloahat, Alouhat, R. 347. 486. 491.
Alſciamün, O. 389.
Al-ſinani, 334. 360. 361. 362. 428. 429. 431.
Alteilamoun, M. 477.
Altfez, V. 172.
Mehalla al Alui, 433.
Aluin, O. 191.
Monia al Aluk, 418.
Alvâhât, R. 62. 329. 486. 488 ſq.
Aluza, A. 287.
Alwah, Alwahat, R. 464. 486. 491.
Amalthria, O. 379. 447.
Amara, prt. 309.
Amara, O. 509. 512.
Amaſiun, M. 222.
Amazura, V. 160.
America, R. 48. 119. 319. 322.
Amhar, V. 89.
Ambara, R. 20. 89.
Amnis Trajanus, 368.
Ras el Amouſhe, 214.
Αμψαγα, F. 243.
Amr, O. 509.
Moniat Amr, 398.
Monia al Amran, 399. 400.
Amrud, 289.
Amtacu, prt. 200.
Amtalos, M. 148.
Anafe, O. 168.
Ancalas, V. 138. 139.
Ancale, O. 161.
Ancera, V. 108.
Andalos, V. 171. 172. 221. 222.
Andaluſia, R. 8. 179. 197. 221. 312.
Andam, R. 39. 314.
Andamar, M. 148.
Andava, V. 36.
Andera, 516.
Andſchilin vid. *Angilin.*
Andſchimi vid. *Angimi.*
Anſa, prt. 168.
Anſi, prt. 170.
**Anſuga* (Andſudſcha), V. 103. 117. 118. 120.
Angad, D. 190.
Angera, M. 184.
**Angilin*, M. 156.
**Angimi*, V. 63. 64. 65.
Angola, R. 58. 61.
Ankava, V. 489. 492.
Annaſrani, F 192.
Anſand, Anſena, Anſeba, V. 419. 476. 479. 505. 506. 507. 508. 509. 510.
al Anſâr, O. 416.
Anſola, V. 506.
Anthius, V. 506.
**Antigian* (*Antidſchian*) pr. 289.
Antinoe, V. 507. 508.
Antipyrgus, 309.
Antonii S. Monaſter. 212.
Antuhi, O. 332. 333. 342. 386. 391. 392. 393. 394. 401.
Anzilan, prt. 182.
Anzit, O. 395.
Aour, I. 316.
Aphrodiſium, V. 260. 261.
Apollonia, V. 292. 309.
Απφαρ, V. 210.
Aquae Tacapitanae, 263.
Iugi, 252.
Aquemim, 513.
Aquilaria, 276.

Arab,

Arab, F. 99.
Arab, A. 446.
Arababni, R. 90.
Arabia, F. 102.
Arabia felix, R. 9. 82. 86. 87. 91. 94. 95. 120. 264. 344. vid. Iemen.
Arabicus Sinus, 8. 325. 449. 454.
Aranae, D. 72.
Aras, A. 297.
**Arbaa borug (borudſch)* A. 306.
**Arbegian (Arbedſchian)* 226.
Arbes, 244. 250. 255. 259.
Archemunein, V. 504.
Ardain, 490. 497. 498.
Areſchcul, Aresgol, Aresgul, 187. 317.
Arfât, 457.
Argel, V. 215.
Argenus, puteus, 476.
Arib, put. 444. 455.
Kari Arina, 446.
Ariſch, el Ariſch, Ariſk, 338. 406. 407.
al Arkſas, O. 426.
Armant et Arment, V. 510. 524. 525. 526.
Armenii, P. 86. 87.
Arraheb, I. 343.
Arſacul, I. 187.
Arſenaria, 195. 199.
Arſinoe, V. 292. 483. 493. 502.
Miniet el arus, 427.
Arx Septenſis, 177.
Arzau, Arzew, prt. 199. 204.
Arzile, Arzilla, V. 181.
Kafr Miet el As, 398.
Aſafi, prt. 169. 170.
Aſal, A. 298.
Monia al Aſal, 394.
Monia Aſâs, 413.
Asben, 26.
Aſchaluna, V. 267.
Aſchbona, V. 319.
Aſchir, V. 123. 145. 209.
Aſchiraziri, 209.
Aſchmun, 415. 469. 470. 504. 509.
Aſchmuni, V. 503. 509.
**Aſchmun Tinnag* (Tinnadſch) 405. 415.
Aſchmunein, 471.
Aſcol, V. 247.
Aſſacos, V. 278.
Aſſan, A. 455. 456.
Aſſax, V. 261.
Asfi, V. 169. prt. 317. 322.
Aſhmunein, V. 504.
Aſia, R. 1. 5. 264. 445. 497.
Aſila, V. 181.
Aslan, A. 187.
Asmar harneſch, 427.
Asmir, F. 163. 164.
Monia Asnâ, 400.
Asnam et Asna, 294. 297.
Asnâ, V. 479. 480. 522. 523. 525. 527.
Aſores, I. 3. 317. 319.
Aſouan, V. 516.
Ασπις, 278.
Aſſacos, 278.
Miet Aſſas, Mutaſſan, 413.
Aſſeida, 360.
Aſſena, 523.
Aſſenàn, V. 72.
Mehalla al Sida, 360.
Mehalla aſſida, 430.
Aſſoa, R. 14.
Aſſouan, V. 72. 428. 525.
Aſtaboras, F. 76. 85.
Aſſuan, V. 72. 76. 330. 342. Aſſuana, 525. *Asvan*, V. 72. 79. 80. 325. 326. 381. 382. 391. 428. 464. 465. 474.

474. 475. 476. 477. 478. 479. 483. 489. 492. 494. 509. 523. 525. 526. 527.
Aswan, R. 464. 491.
Monia al ataf, 390. 393.
Monia al atar, 392. 394.
Ataſch, A. 298.
Elatf, 390. 391.
Atfih, R. 464.
Athribis, V. 396.
Atidit, D. 148.
Atlas, M. 134. 143. 150. 153. 158. 160. 164. 170. 173. 189. 190. 211. 220. 239. 256. 294.
Atnuhi, O. 332. 392.
Atrabolos, V. 292.
Atrib, O. 395. 396.
Atſkal, O. 161.
Kafr Attabanie, 402. 412. 413.
Miet al attar, 392.
Attia, A. 233.
Attyah, P. 233.
Αὐασεις, R. 486. 487. 488.
Audagoſt, V. 29. 36. 40. 46. 134. 139.
(Ras) *Audia*, pr. 289.
Αυδον, M. 239.
Audu, M. 239. 246.
Audſchela vid. *Augela.*
Aufat, R. 90.
**Augela*, *Augila*, V. 125. 139. 296. 301. 302. 491.
Auranum, V. 196.
Aurar, 298.
Auras, Auraz, Auraſius, Jibbel Aureſs, M. 237. 238. 239.
Auri, M. 83.
Auſabe, 203.
**Auſeg* (*Auſedſch*) put. 307. 308.
Autalit, A. 306.
Avalites, ſinus, 95.
Avarita, V. 91.
Axuma, V. 88.
Ayla, O. 443. 453.
Ayos, P. 4.
Ayzola, R. 20.
Azafi, Azaffi, prt. 317.
Azagues, P. 213.
Azaizy, P. 66.
Azakne, V. 128. 129. 131.
Azamur, V. 169.
Azca, V. 5. 34. 131. 140.
Azgan, 182.
Azila, 181.
Azintoure, 187.
Azka, V. 132. 140.
Azkâk, ſinus, 269. 273.

Baai, 244.
Baaia, V. 123.
Baalbeit, 412.
Bab, M. 232.
Baba, M. 233.
Bab el Mandeb, 9. 10. 90. 94. 95.
Babylon, V. 345. 451. 465.
Babylonia, V. 345.
Bab Zenate, F. 189.
Bacer, A. 231.
Bacqyo-Igharoad, 445.
Bacru, prt. 296.
Bades, V. 177. 183. 184.
Badge, P. 27.
Badgia, R. 77.
Badia, R. 27.
Badſcha vid. *Baga.*
Badſchijah, R. 210.
Badſchia, V. 221.
**Baga*, V. 221. 237. 250. 258. 259. 273.
Bagai, Ba-gai, F. V. 234. 237. 244.
Bagaia, V. 123. 203. 228. 234.

Bagani, V. 248. 250. 251.
Bagardaha, F. 275.
Bagdad, V. 439. 440. 461.
Bagiat, Bagiavat, R. 9. 78.
Bagrada, F. 275.
Bahanas, O. 512.
Baheire (i. q. L.) 333. 334. 335. 338. 400. R. 358.
Bahes, V. 123. 203.
Bahneſa, V. 147. 464. 465. 470. 511. 512.
Bahr el Azrak, 51. el Berber, 103. Juſef, 468. 470. 471. almodhallam, 7. 30.
Bahrein, 302. 458. 490. 497. 498.
Bahri, R. 464.
Baia, P. 212. 213.
Bajamut, O. 502.
Baida, ſinus, 169.
Baidih, vallis, 475.
Baies, V. 98. 101. 102. 103. 106. 109. 117. 119.
Baigah, 248.
Bais, A. 457.
Bakbâ al arkad, 445.
Bakle, pr. 277.
Bakte, V. 90. 93. 94.
Balah, O. 360.
Balal, pr. 185.
Balbana, V. 479. 513. 515.
Balbanin, P. 77.
Balearides, I. 215.
Baled el unied, V. 270.
Bâli, R. 90.
Baliun, P. 76.
Baljuneſch, 179.
Ballats, V. 512.
Balmala, V. 139.
Balous, R. 77.
Balu, R. 77.
Bambara, R. 4.
Bambouk, R. 48.
(*Doſa*) *MoniaBana*, O. 408. 409. 410. 515.
Banaſa, Colon. 188.
Banhes, V. 123.
Bani Mazgana, V. 123.
Bani Vazar, 177.
Bani Vazeleſn, 207. 208.
Albanin, P. 76. 77. 81.
Banna, 394. 495.
Banna Doſa, O. 334.
Banu Abraham, P. 128.
*Banu Fagafaſch (Fadſchaf) P. 161.
Banu Helâl, P. 457.
Banu Iadfer, P. 158.
Banu Manſur, P. 128.
Banu Mohammed, P. 128.
Banu Saad, P. 457.
Banu Saleb, P. 161.
Banu Taſchfin, P. 128.
Banu Vaiamaran, P. 161.
Banu Vazar, 187.
Banute, O. 519.
Barakos, A. 232.
Barbara, Barbaria, R. 2. 3. 5. 23. 41. 81. 90. 93. 95. 96. 97. 98. 123. 126. 128. 135. 142. 145. 229. 235. 300.
Barbara, V. 97.
Barbaricus ſinus, 82. 95. 98.
Barca, D. R. 2. 3. 300. 325. 491.
Baree, 306.
Bargi, O. 236.
Barguata, P. 161.
Barika, F. 235.
Barka, D. 124. 125. 135. 248. 249. 302. 341. 347. 357. 438. V. 135. 296. 298. 299. 300. 301. 306. 491. vid. *Barca*.
Barkana, A. 191.
Barnabal, O. 506. 507.

Barnut, O. 426. 429.
Barſanin, 416.
Bascarah, Bascarha, 238.
Bascec, *Baſchek*, I. 206.
Baſcher, A. 244.
Baſchmur, I. 415.
Baſchner, A. 228. 244.
Basra, V. 328. 465.
Baſul, prt. 7. 178. vid. *Mare*.
Baſus, O. 383.
Bata, O. 395.
Batal, pr. 214.
Batn Magira, prt. 451.
Batn Marr, Marri, *Mor*, 456.
Batrachus, prt. 309.
Batſhar, V. 201.
Batta, V. 93. 96. O. 395.
Batuch, V. 454.
Baye de Teddert, 199.
Bay-jah, V. 258.
Baza, V. 93.
Bazuna, V. 98. 99.
Becca, V. 184.
Beckiers, 438.
Bed, R. 19.
Βέδειρον, V. 139.
Bedhaat, F. 445.
Bedis, V. 183.
Bedr, O. 333.
Monia Bedr, 333. 404. 408.
Miet bedr halaue, 404.
Mit bedi halaui, 404.
Bedſchiaia vid. *Begiaia*.
Beeban vid. Biban.
Begama, R. 62.
Begamidri, R. 20.
Beggia, V. 271. O. 258.
Begiaia, R. 202. V. 202. 210. 211. 212. 217. 219. 220. 221. 222. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 232. 233. 234. 235. 241. 244. 246. 247. 248. 249. 259. 272. 273. *Naſdric*, 221. 247.
Beheire, L. Beheyra, 333. 334. 339. R. 464.
Behneſe, 476. 511. 512.
Behneſſa, R. 464.
Beja, V. 258.
Bejdr, I. 343. 362. 431.
Beida, ſinus, 169. 444.
Beiſana, ſin. 169.
Beizema, 226.
* Belad al gerid (dſcherid), 238. 257. 491.
Belad el unnab, V. 270.
Beld el 'huneb, V. 270.
Belzema, 226.
Ben-cuſe, V. 237.
Ben-Schertd, V. 269.
Beneſuaf, Beneſoef, Beneſuief, V. 502. 511.
Bene Tefreni, M. 256.
Benezert, V. 250. 267. 269. 274.
Bengazi, 305.
Benha Aſſel, 394 395.
Beni Chatab, A. 290. 304.
Beni Dacumin, A. 289.
Beni Gaſan, A. 295.
Beni Guazeval, M. 207.
Beni Hamad, P. 210. 227.
Kalaa beni hamad, V. 210. 211. 212.
Beni Haſan, A. 296.
Beni Iſah, P. 246.
Beni Maad, P. 246.
Beni Mamun, A. 288.
Beni Mazegan, *Mazgana*, I. 202. 271. P. 217.
Beni Menaſſer, M. 213.
Beni Mesgana, Mosgana, I. V. P. 214. 217.
Beni Samach, *Schamach*, A. 290.

B ni

Beni ſoaet, O. 511.
Beni Suaif, Beni ſuef, O. 502.
Beni Tamach, A. 290.
Beni Tefra, M. 213.
**Beni Vagas* (Vadſchas) prt. 274.
Beni Valul, A. 291.
Beni Vazar, 187.
Beni Yefrah, P. 212.
Benizert, V. 269.
Benizerwall, M. 217.
Benizian, P. 194. prt. 199.
Benpha, O. 408.
Benſer, 45.
Berba antiqu. monum. 480.
Berbera, R. 98. 99.
el. Berbi, O. 493.
Berbers, P. 24. 27. 303.
Berbic, V. 292. 305.
Bereberes, P. 129.
Berenice, V. 292. 305.
Bereſch, O. 212.
Berimbal, O. 506.
Berinſhell, I. 214.
Beriſa, V. 12. 23. 28. 29. 32. 34. 35. 36. 40.
* Berisgia (Beridſchia) V. 169.
Berkat al Feraün, 452.
Berment, 509. 510.
Bernaut, V. 345.
Bernic, *Bernik*, V. 292. planities, 305.
Berſchac, *Berſchec*, 123. 201. 202. 212. 213.
Berva, V. 98. 99. 100.
Beſcara, A. 238. V. 228. 236.
Beſiana, 360. 429.
Beth, M. 82.
בית הרם 379. שמש 379.
Bezemme, 184.
Bezuna, V. 98. 99.
Bheneſſa, O. 511.
Biamuf, O. 502.
Biâr I. vid. Bejâr.
Biban, M. 233.
Bibi, P. 314.
Bidj-jaïé, R. 202.
Biga, V. 237.
Bijamuh, O. 502.
Bikiere, Bikkir, Bikir, 341. 438.
Bilak, V. 75.
Bilbeis, 336.
Albima, 77.
Bir alganam, 298.
Birket Carun, 471. * *al Gab* (Dſchab) 441. 447. el hadſj 369. 378. 447. 448. il Kern 471.
Bir Sues, 448.
Biſcara, O. 228.
Biſerta, V. 267. 268. 269.
Biſharin, R. 77.
Bit, A. 289.
Bitos, R. 139.
Bitou, R. 63.
Bizan, 20.
Bizazium, 281.
Bizerta, V. 267. 268. 269.
Blaid el aneb, V. 270.
Blaid el Madune, O. 229.
le Blanc, monaſt. 477.
Blanco, pr. 268. 274.
Bocha, V. 111.
Bochyris, V. 437.
* Boga (Bodſcha), R. P. 6 69. 76. 77. 78. 79. 80. 8 92. 325.
Alboheyra, L. 268.
Βουκανὸν ἥμερον, V. 154.
Bokhah, V. 43. 113.
Bolkina, C. 334. 412. 422. 424.
Bolquas, O 417.
Bomiin, Bomioun, P. 119.
Bon, pr. 277.
Bon Andrea, V. 292. 310.

Bona, V. 228. 248. 250. 269. 270. 271. 272. 273. 274.
Bondaria, 292. 309. 310. 362. 432.
Bonderabi, Bonderani, A. 292. 309.
Bonne, V. 270.
Borcha, F. 82.
Borgi, O. 236.
Bornou, Bornu, R. 26. 39. 56. 63. 65. V. 63.
Boſra, V. 176.
Bougie, V. 221.
Boujeah, V. 220.
Boujeiah, V. 221.
Boo Muggar, V. 236.
Bourlos, L. 412.
Bouſir, 410. 412.
Βραχωδης ακρα, 287.
*Bragh (Bradſch), Hamam, O. 390.
Brava, V. 99. 113.
Breſcar, Breſch, Breſk, Brekkar, Brich, O. 212. 213.
Brulos, Brullos, L. 402. 412. 422.
Bſûs, O. 383. 384.
Bta el Katta, 338.
Bta Minferrech, 338.
Bucha, V. 6. 82. 110. 113.
Bucqîr, 438.
(el) Bueib, O. 441.
Bugia, Bugie, V. 210. 221. 223. 227. 239. 325. R. 237.
Bugiha, P. 80.
Buhab, V. 404.
Buiab, 441.
Bülma, V. 139.
Bukir, 437.
Bulak, O. 369.
Ba-mazuſe, F. 235.
Bu Muggar, R. 237.
Bumiin, P. 119.
Buna, V. 228. 231. 271. 272.
Bura, 419. 506.
Bu Rgába, F. 164. et
Buragragus, Buragrah, Burargag, F. 164.
Burlos, prom. 326.
Burnu, R. 65.
Burregreg, F. 164.
Buſir, 409. 410. 419. 504. 505. Buſir Bana 409. Buſiris 409. 410. 411.
Butis, V. 412.
Buto, V. 441.
Butſir, O. 410.
Buzacur, port. 184.
Byſerta, 262. 267.

Cabes, V. 262. 289. F. 262.
Cacrema, V. 130.
Cades, 312.
Caena, V. 465.
Caſim, V. 170.
Cafr Faraounie, 389.
Cafri, P. R. 2. 4. 5. 23. 41. 95. 98. 99. 100.
Caffa, V. 252.
Cafy, V. 170.
Cahira, V. 389.
Çajed, 382.
Cairaoan, V. 255.
Cairo, V. 137. 212. 363. 364. 365. 378. 391. 398. 402. 411. 440. 442. 448. 449. 450. 464. 465. 466. 473. 474. 475. 479. 500. 511.
Cairouan, V. 255.
Cais, V. 381. 498.
Caiſcha, O. 457.
Çala, I. 107. 114.
Calab, R. 290.
Calâia, 443.
Calama, V. 228. 229.

Calat

Calat Mohdi, V. 123.
Calgiun, O. 92.
Calhat, I. 316.
Calibie et Calibia, V. 278.
Calitz il menhi, 468.
el Callah, O. 211.
Calzem, 448.
Cambela, I. 87. 94.
Cammuniah, V. 251.
Canalis Fium 473. Joſeph 504. 513. Cleopatrae 358.
Canam, R. 56. 64. 137.
Canan, prom. 296.
Canarides, I. 3. 310. 314.
Canaſtel, 199.
Canem, R. 53. 56. 63. 64. 65. 68. 70. V. 63.
Caniclou, I. 117.
Cano, R. 46. V. 43. 47.
Canouni, prom. 96.
Cap Ferro, 232. Blanco, 268. 274, Bou, 277. Serra, 274.
Capes et Capez, V. 251. 262.
Capheſa, 491.
Caphtor, V. 421.
Capoudia, 286. 287. 288.
Cappadocia, R. 242.
Caps, F. 262.
Capſa, V. 252.
Caput Vada 286. viride 3. 29. 322.
Caranta, 430.
Carar, R. 136.
Carbun, 360. 430.
Carcal, A. 183.
Carcara, 298.
Carmata, A. 189.
Carmua, I. 119. 120.
Carnaſil, 430.
Carnalmanazal, 442.
Carnata, V. 123. 145. 189.
Carnuah, V. 98. 99. I. 119.
Caroen, V. 255.
Caron, L. 471.
Carounah, V. 96.
Carſi, O. 442. 443.
Cartagena, V. 198.
Cartenna, V. 206.
Carthago, V. 255. 265. 266. 267. 274.
Cartili, 199.
Carto, 309.
Carvan, V. 255.
Caſur Ezzaghir, 180.
Caſſareen, 230.
Caſſir Aſſeite, 280.
Casr Abdelcarim, V. 128.
Caſtellum Ripenſe, 2[illegible]
Caſur el Cabir, 176.
Catalonia, 197.
Catama, vid. Cetama.
Catyonium, pr. 309.
Cauga, V. 23. 29. 46. 50. 52. 53. 54. 61. 62. 65.
Cavar, R. 62. 69. 125 136. 138. 139. 302. 304. 489.
Caze, O. 442. 443.
Cedſjele, 302.
Célé, V. 163.
Cenais, pr. et prt. 308.
Cenais al herir, 307. 308.
Ceniſa, pr. 275.
Cerat, prt. 185.
Cercaſorum, Cercaſura, V. 426.
Cercera, V. 61.
Cercina I. Cercenitis I. 288.
Cetab, A. 295.
Cetama, P. V. 227. 228. Kasr Cetama, 176.
Ceute, V. 177. 180.
Ceylan, I. 115. 116.
Ceznaie, empor. 209. 231.
Chadra, I. 177. V. 208.
Chaibar, A. 446.
Chakuni, pr. 96. 97.
Chalacan, V. 385.

 Chalbis,

Chalbis, 491.
Chaledat, l. 3. 310. 312. 313. 314.
Chamis, 205.
Chancha, O. 504.
Charakanie 384. 426. Chara-
quanioe 384.
Charaz, D 162. V. 273.
Charba al kum, 307.
Charquie, R. 331.
Chaſaran, I. 315.
Chaſaſa, O. 189.
Di Chaſchab, 434.
Menia Ibn Chaſib, 476. 499.
Chatab, A. 290.
Chaulan, R. 458.
Chek Abade, 506.
Chelonides, L. 22. 57.
Chemmis, V. 514. 515.
Χεναλαφ, F. 205.
Cherinkuch, O. 418.
Cherſoneſus magn. 309.
Cheubracheebie, O. 390.
Cheuz, R. 188. 189.
Chezi, O. 442.
Chimi, V. 64.
Χιναλαφ, F. 205.
Chipre, I. 179.
Choa, V. 96.
Chollo, V. 247.
Chofciob, 444.
Chuhd-ary, V. 208.
Χυλημαθ, F. 189.
Cib, A. 309.
Cinyphus, F. 137. 139.
Cirta, V. 241.
Clupea, Clybea, Clypea, V.
278.
Clysma, V. 8. 9.
Coaica, M. 460.
Coaſſa, O. 521.
Cobaiſa, 362. 432.
Codaid, 455. 456.
Colaib al ammal 432.
Colzim, M. 212. V. 451.
Colzum, V. 451.
Comar, I. 114. M. 83.
Congo, R. 55. 61. 314.
Conſtantia, Conſtantina, V.
228. 229. 239. 240. 241.
243. 247. 258. R. 135. 247.
Coptos, 517. 519. 520.
Corduba, V. 349.
Coreno, V. 292.
Coroud, I. 120.
Coſantina, V. 239.
Coſeir, 451.
Coſſantina, V. 241.
Coſſeir, prt. 66.
Coſta, V. 132.
Cotrobah, I. 120.
Coucou, R. 57.
Cougah, V. 55.
Couir, L. 84.
Couka, V. 74.
Courounas, V. 171.
Cous, 521.
Couſs, R. 464. V. 482.
Cqebac al arif, 416.
Cqebbar-albazbaz, 416.
Cqere-Arinae, O. 446.
Cquezel, A. 287.
Crocodilorum, L. 472.
Cucu, V. 22. 54. 56. 57. 60.
61. 62. 138 F. 56. 57. R.
48. 55. 57. 61. 62. 125. 302.
489. vid. Cou.
Cucuntina, V. 240.
Cull, Cullu, V. 247.
Cura, L. 11. 22. 84.
Curobis, Curubis, 278.
Cuſa, *Cuſcha*, V. 73. 74.
Cuſſantina, V. 240.
Cutin, A. 291.
Cynopolis, V. 465.
Cyprus, I. 119. 352.
Cyrene, V. 292. 295.

Dacadûs,

Dacadûs, O. 400.
Dacala, P. 158.
Dacama, V. 289.
(*Mekalla*) *al dachal*, 425.
Dadhl, I. 318.
Dadou, *Dadu*, V. 103. 105.
Dadſchua vid. Dagua.
Daemſis, 401.
Dagdaga, V. 103. 105.
Dagoue, O. 391. 424.
Dagoutha, V. 114.
*Dagua, O. 391.
Daguta, V. 5. 6. 98. 110. 111. 114.
Dahab, I. 433.
Dahamam, 229.
Daharut, Daharvat, 381. 498. 499. 501.
Dahlac, R. 27.
Dahrut, 381.
Dai, V. 123. 145. 173. 174.
Dakarkus, O. 400.
Dalâs, V. 470. 512.
Damadem, R. 12.
Damaie, O. 418.
Damaier, O. 417.
Damâmil, Damamim, 522.
Damaſcus, V. 39. 262. 324. 458. R. 106.
Damaſis, O. 332. 333. 386. 393. 394. 401. 403. 404. 407. 408.
Dambia, R. 19.
Damidt, Damiette, Damiate, Damiett, V. 57. 326. 329. 332. 333. 334. 335. 337. 338. 342. 386. 387. 388. 391. 394. 398. 399. 403. 414. 415. 417. 419. 420. 421. 425. 504.
Damira, V. 417. 418. 425.
Damkala, V. 54. 55. 74.
Mahalla Damnia, 416.
Monia Damnia, 416.
Damokla, V. 54. 55.
Damot, R. 13. 14. 20.
Damu, O. 416.
Dandema, V. 6. 110. 111. 112. 113.
Dandera, V. 480.
Dandre, 516.
Dangala, *Dankala*, V. 55. 73. 74. 75.
Daphas, Daphnae Peluſiae, Daphne, 405. 415.
Dara, R. 90. 148. 149. V. 123. 132. 145. 146. 148. 149.
Daradus, F. 23.
Daran, M. 142. 143. 144. 150. 153. 157. 158. 173. 190. 256. 294.
Darave, Daravi, 386. 426.
Dar Beida, O. 168. 169.
Dar Madin, V. 123. 203. 247. *Malul*, V. 123. 203. 237. 239. *al Mekkias* et Mikkias 369. 370. 371. 372. *al Morabetin*, O. 162. el Sultan, 442.
Darut Darban, O. 470.
Dat el Hamam, 370.
Dau, V. 28. 36. 37. 38.
Jibbel Dauhan, I. 119.
Dauma, R. 139.
Davan, M. 142.
Davaru, R. 90.
Dedou, V. 105.
Defale, pr. 188.
Dehbe, 338.
Geziret addeheb, 433.
Dehetre, R. 331.
Deirottis, Deirut, V. 433. 499.
Dellys, V. 202. 223.
Delta, R. 331. 341. 342. 347. 370. 386. 389. 402. 411. 412.

412. 417. 422. 424. 428. 467. 474.
Demademiens, P. 27.
Demaſs, V. 260. 286.
Demayer, O. 417.
Demiat, V. 420.
Mi; Miet; Mit Demſis, 393. 401. 404.
Dendera, Dendira, 480. 515. 516.
Derut el Scherif, O. 470. 471.
Deſia, O. 502.
Desmayer, O. 417.
Deuſen, O. 236.
Dgianadél, M. 76.
Dgiz[illegible] V. 370.
Dhaha, 423.
Dhi Choſciob, 44[illegible].
Dhim. 428.
Dhu Jmorüat, Q. 446.
Dibe, 338.
Di Chaſchab, 444.
Digbe, O. 391. 393.
Dighue, O. 391.
Djenawa, R. 31.
Djize, R. 464.
Dimâs, 286.
Di (al) Merva, 444. 446.
Dirnt, O. 433.
Di Sahım, 458.
Diſtefe, V. 226.
Doſa Bana, 408.
Dohrut, V. 499.
Dongola, Donkala, Donkalah, V. 67. 68 75. R. 326.
Dra, R. 148.
Dras, R. 142.
Dſchaal vid. *Gaal.*
Dſchab vid. *Gab.*
Dſchabla vid. *Gabla.*
Dſchafaria vid. *Gafaria.*
Dſchalula vid. *Galula.*
Dſchanbita vid. *Ganbita.*
Kafr Dſchannume, 394.
Dſchar vid. *Gar.*
Dſcharb, Dſcharf, vid. *Garb, Garf.*
Dſchardſchara, vid. *Gargara.*
Dſchariſch vid. *Gariſch.*
Dſchaſta vid. *Gaſta.*
Dſchasvala, 132.
Dſchaudſchar vid. *Gaugar.*
Dſchazvala vid. Gazvala.
Dſchebel vid. *Gebel.*
Dſchedale vid. *Gedale.*
Dſchedua vid. *Gedua.*
Dſchefar vid. *Geſar.*
Dſchehennam vid. *Gehennam.*
Dſchehiba et *Dſchehina* vid. *Gehiba, Gehina.*
Dſchelula, V. 250.
Dſchenad &c. vid. *Genad* &c.
Dſchenadil vid. *Genadil.*
Dſcheras vid. *Geras.*
Dſcherava vid. *Gerava.*
Dſcherbe vid. *Gerbe.*
Dſcherdan vid. *Gerdan.*
Dſcherdſchis vid. *Gergis.*
Dſcherma vid. *Germa.*
Dſchermi vid. *Germi.*
Dſchiad vid. *Giad.*
Dſchidda vid. *Gidda.*
Dſchidſchel vid. *Gigel.*
Dſchimi vid. *Gimi.*
Dſchinnet vid. Ginnet.
Dſchiohaine, P. 456.
Dſchize vid. *Gize.*
Dſchofa, O. 456.
Dſchofar vid. *Gofar.*
Dſchoriſch vid. *Goriſch.*
Dſchozula vid. *Gozula.*
Dſchua vid. *Gua.*
Dſchudſch vid. *Gug.*
Dſchudſchar vid. *Gugar.*
Dſjedie, O. 391. 435.
Dſjehanume, O. 394.

Dſjerráhh,

Dſjerrâhh, 410. 411.
Dſjeſiret el Mikkias, 370.
Dſjiſe, 370. 371.
Dſjureiſch, 427. 428. 429.
Dubeh, O. 507.
Ducala, R. 158. 169. 170.
Jibbel Duchan, I. 119.
**Duma al Genadel (Dſchenadel)*, 446.
Du al Merva, O. 446.
Dumkala, V. 74.
Dungala, R. 326.
Dur Madin, 230. 245.
Dyre, M. 21.

Echmim, V. 519.
Ecqent, V. 92.
Eddahab, I. 433.
Edough, Edugh, M. 273.
Egypte, R. 12. 57. 119. 309. 325. 326. 367. 368.
Ehraklia, 250. 281. 285.
Ekſas, Ekhſas, O. 426.
El achmas, 429.
Elätf, 390. 391.
El alia, 286.
Elariſch, 338. 407.
Elchamides, 491.
El Fijum, V. 500.
El Hamma, 251.
El Herba, 208.
Ellkalabſche, O. 326.
Elkatta, O. 427.
Ellkerne, 522.
Elkhadara, 208.
El kis, 382.
El Mahdia, V. 260.
El medea, V. 260. 286.
El mokattam, M. 475.
Eloachatum, Eloachetum, V. 487. 491.
Elouah, R. 486. 487. 493.
Elphium, R. 469.
Elſſacus, 261.
Eluah, R. 486. 487. et Elwah, 495.
Emuzeme, O. 184.
Engar, R. 63.
Engimi, V. 64.
Enkas, I. 343. 426.
Enſana, V. 482.
Entapolis, R. 299.
Epichus, V. 262.
Επισημος πτολεμαις, 306.
Eraclia, O. 281.
Erment, 524.
Errahaue, 427.
Errifa, R. 184.
Eſſaque, 261.
Esmum, O. 469.
Esna, V. 480.
Esnay, Esne, V. 522. 523.
Eſſauaſi, O. 427.
Eſſenay, V. 522.
Eſuan, V. 483. Eſſuaen, 525.
Ethama, V. 251.
Ethiopiens, P. 27. Ethiopie, R. 24. 67. 73. 91. 120. 325.
Etku, V. 341.
Eummefurege, 338.
Euphrates, F. 57.
Evres, M. 239.
Exploratio ad Mercurios, 162.

Fadac, O. 446.
Fadala, prt. 161. 167. 168.
Fadſch &c. vid. *Fag* &c.
Faeſan, Faezan, 136. 137. 139. 304.
**Fag (Fadſch) al zarzur*, 246.
Faïoum, *Fajum*, Fajoum, V. R. 464. 468. 471. 472. 492. 494. 500. 501. 502. 505.
Faks, V. 261.

Kasr Falus, V. 195.
Monia Famas, 400.
Faoue, O. 359.
Faoume, R. 463. V. 501.
Fara, O. 446.
Faradiſe, V. 281.
Farama, V. 334. 335. 405. 406. 449.
Faran, O. 9. R. 66. 125. 136. 137. Sin. V. 451. *aharun* 451. 452.
Kafr Faraounie, 389. 424.
Farbas, A. 276.
Farcala, R. 134.
Farescar, Farescour, Fareskou, Fareskut, Farescurt, O. 418. 419.
Farine, prt. 269. et Porto Farino, 262.
Farma, V. 406. 449. vid. *Farama*.
Farsjunes, 502.
Faruch, 298.
Fas, Faſa, V. 123. 145. 147. 170. 171. 173. 174. 175. 176. 177. 182. 188. 190. 191. 221. 228. R. 161. 188. vid. Fez.
Fax, V. 261. 262.
Fazan, R. 136. 137. vid. *Fezan* &c.
Fedale, I. prt. 168.
Alfere, O. 446.
Fereskur, O. 419.
Feriana, V. 252. 253.
Ferrat, pr. 199.
Ferratus, M. 225.
Ferreanah, 252.
Ferreus, M. 158. 170.
Ferro, pr. 232.
Fes, Fez, R. V. 2. 3. 171. 174. 175. 213. Altfez, V. 172.
Fezan, Fezzan, Fezzen, R. 66. 125. 136. 137. 303.
Fidimin, O. 502.
Monia Fimus, 400.
Fium, פיום, פיתום, F. V. 381. 466. 468. 470. 471. 493. 497. 500. Canal. 468. 473. 491.
Fizza, 491.
Flium, V. 500.
Fom al vadi, 265. 266.
Fortunatae, I. 3. 119. 311. 314.
Fostat, V. 332. 342. 343. 352. 363 ſq. 371. 378. 379. 380. 382. 383. 417. 425. 426. 441. 446. 447. 449. 463. 464. 475. 478. 499. 500. 501. 511. 520. 522. 526.
Fouara, F. 192.
Frigib, R. 248.
Fua, Fue, V. 334. 339. 358. 387. 401. 433. 435. 436.
Fuara, F. 192.
Fuertaventura, I. 313.
Fuia, O. 433.
Ful, V. 122.
Fungi, R. 326.
Fuoa, V. 433. 507.
Fuſtat, V. 368.
Fuva, V. 433. 507.

G-rum * vid. Dſch.
Gaal, 443. 453.
Gab, L. 441. 447. *Manad*, 147. *Agerud*, 448. *Aguz*, 448.
Gabara, V. 53.
Gabla, A. 287.
Gabs, V. 251. 262. F. 263.
Gadames et Gademis, V. 135. 137. 487. 491.

Gadir,

Gadir, V. 123. 202.
Gaengara, O. 396.
**Gafaria*, 402.
Ga..., V. 252. 257.
Gaſſa..t, A. 291.
Gainara, V. 53.
Gait, prt. et ſin. 169. 170.
Gallipa, 262.
Galovah, V. 75.
**Galula*, V. 250.
Galva, V. 73. 75.
Mit gamr, *Monia Gamr*, Met gamir, Metzgamr, 398. 399.
Gana, R. 25. 32. 36. 41. 46. 47. 48. 51. 56.
Gana, V. 12. 27. 29. 31. 35. 37. 38. 40. 41. 43. 45. 46. 48. 53. 54. 61. 132. 133. 134.
Ganam, I. 187. 317. 319. 320. 322. put. 298.
Ganara, V. 12. 23. 37. 46. 51. 52. 53.
**Ganbita*, V. 85. 88. 89.
Gaoga, R. 51. 53. 71. 491.
**Gar*, O. prt. 454. 455.
Γαράμη, V. 138.
**Garb*, A. et pr. 289. el ecſa (auſath) R. 202.
Garbie, R. 411. 412.
**Garbil*, V. 53.
Garean, M. 294.
Gareta, R. 184.
**Garf*, A. pr. 289.
**Gargara*, M. 225. 226.
Gargara, A. 292.
Garguefſem, A. 144.
Garion, 491.
**Gariſch*, O. 428.
**Gaſta*, V. 6. 110. 111. 113. 114.
*Gaggar, O. 415. vid. *Gugar*.
Monia Gazâl, 334. 422.
Gazvala, V. 132.
Gebal Comar, 83.
**Gebel*, pr. 275. 276.
*Gebel el hădid, M. 158. 170.
*Gebel il mokattam, 475.
*Gebel Teir, 477.
**Gedale*, P. 128.
**Gedua*, V. 391. 393.
Geeſh vid. Giſch.
Geeza vid. Giza.
**Gefar*, R. 407. 497. 498.
**Gehennam*, A. 276.
**Gehiba* et *Gehina*, P. 456.
Gebon, F. 14.
Gelmah, O. 229.
Gelves, I. 289.
Gemianne, S. 417.
**Genâd al Sagir*, 307.
**Genadil*, M. 71 ſq. 76.
Genua, R. 197. 271. 274.
(Miit) Gerah, 410. 411. Monia Ibn Gerah, 410.
**Geras*, O. 457.
**Gerava*, V. 185. 190. 191. *G. Kais*, 190.
**Gerbe* et Gerbes, I. 271. 289. V. 491.
**Gerdân*, A. 266. 275.
**Gergis*, A. 253. 290.
**Germa*, V. 40. 137.
*Germi, V. 88. 138.
Geron, F. 164.
Gerſeluin, O. 189.
Getara, V. 203.
Getulia, R. 192.
Geza, O. 370.
Gezair, V. 215.
Gezaier Beni Maranan, (Mosganan V. 215. Gezaira al beni Motzgana 217. Gezier de Beni Mozgana 217.
Geziret Iddahah Eddeheb 433.
Ghabé, P. 27.
Ghabnara, V. 53.

Ghafou, P. 27.
Kafr Ghali, 427.
Ghama, P. 52. 62.
Ghana, V. 41.
Ghanara, V. 48.
Ghaſſa, V. 335.
Ghiogar, Ghogar, O. 413.
Ghoraib, put. 455.
Miet Ghrammer, 398.
**Giad*, M. 460.
Giaghi, P. 314.
Gianbita, V. 88.
Giar, 454.
Giaſtah, V. 114.
Giazaier Mazghanam, 220.
**Gi[illegible]*, V. 9. 444. 446. 455. 457. 480.
**Gigel*, 123. 202. 232. 244. 245. 246. 247.
Gigery, O. 223. 245.
Γιλει, V. 210.
**Gimi*, V. 64. 65. 67.
*Ginnet, 221.
Giodaidia, O. 434.
Giohaina, P. 456.
Giohfa, 456.
Gionbitah, V. 88.
Giouah, V. 96.
Gir, F. 22.
Gira, V. 65.
Girbe, Girbi, I. 290.
Girge, V. 325.
Giſa et Giſar, O. 371.
Giſch (Geeſh), 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20.
Giugar, 413.
Givah, V. 96.
**Gize*, Giza, 370. 371.
Gizize, V. 371.
**Goſar*, 490. 497.
Goga, R. 19. 20.
Gojam, R. 14.
Gomeri, P. 183.
Gomores, P. 129.
Gondar, V. 20.
Gorania, D. 71. 130.
**Goriſch*, O. 428.
Goryah, P. 212.
Gougou, R. 55. 61.
Gouletta, 262.
Goyam, R. 14. 20.
*Gozula, V. 132. 133.
Gros Cairo, V. 363. 364. 378.
Gros Mehalla, 422.
**Gua*, V. 93. 96.
Guadalquivir, F. 498.
Guadilbarbar, F. 270.
Guaharan, V. 195.
Guanſer, M. 209.
Guanſeris, M. 208.
Guargala, V. 134.
Guariano, M. 294.
Gudnun, V. 130.
Guelba, V. 75.
Gueneſeris, M. 208.
Guerquela. 183.
Gueslet, M. 256.
**Gug*, pr. 200.
**Gugar*, 413. 414. 415.
Guharan, V. 196.
Gülbi, F. 22.
Guin, F. 23. 32. 41. 48. 51.
Guinbala, R. 4.
Guinea, R. 56.
Guirina, V. 255.
Guiſſe, V. 371.
Guix, O. 17.
Guletta, 265.
Gumancanca, 20.
Gümeri, P. 128. 183.
Gun al malec, S. 9. et Zadik 297.
Gunugi, V. 212.
Gur, I. 316.
Gurba, 278. 279.
Guzzula, R. 158. 159.

Habaſch,

Habaſch, R. 2. 4. 9. 78. 81. 82. 85. 86. 88. 90. 91. 92. 94. 96. 120. 476. 480. P. 58. 76. 86. 87. 88.
Habeſſinia, R. 22. 23. 58. 82.
Hacam, A 87.
Hadeſſa, M. 281.
Hadia, V. 91. R. 90. 97.
Hadid, A. 232.
Hadeed, pr. 232.
* Gebel el hadid, M. 158. 170.
Hadid, 455.
Hadidia, O. 434. 435.
Hadjchaſa, 456.
Hadſcher, A. 444.
Hafar, 443.
Hafer, O. 431.
Hafnou, R. 63.
* *Hagaſa*, 456.
* *Hager*, A. 444.
* Hagiaz, R. 127.
Hakl, 453.
Halava, M. 227. 228.
Hale, A. 275.
Halima, put. 306.
Halk el vedi, 265.
Hallangá, R. 77.
Hama, V. 250. 251.
Hamad, A. 211.
Hamam, I. 200. 205.
Hamamet, V. 259. 260. 278. 280. prom. 280. 285.
Hamâria, O. 397.
Hamet, A. 211.
Hamia, A. 446.
Hamina, V. 251.
el Hammà, V. 251.
Hammamet, O. 259. V. 280.
Ham-meeſe, 200.
Hammam mes Koutten, 259.
* *Haugar*, O. 396.
Hani al Rum, 307.
Hanin, V. 177. 186.
Turris Hannibalis, 260.
Hantema, V. 110. 111. 112.
Hanad, Hanoud et *Hânut*, O. 393. 400.
Haouiah, Haovia, V. 97.
Har, O. ort. 454. 455.
Haratcb, F. 216. 218.
Harcsgol. 187.
Haris, V. 427.
Harkania, O. 384.
Harkara, 298.
Kafr, Miet, Mitl, Monia Haroun, Harun, 398.
Harſcha, pr. 188.
Ras el Harſhfa, 188.
Harſh-goone, S. 187.
(Mahalla) Hart, 423.
Kafr, Miet, Monia al harun, 397. 398.
Haſab, 444.
Haſan, A. 297.
Haſan Ben Naaman Gaſani, A. 294. 297.
Haſarat, I. 315.
Haſchem, A. 296.
Hascora, R. 158.
Hascura, P. 158.
Haſn al ma, V. 335. 336.
Haud-Farruch, prt. 199.
Miet el haufein, 396.
Haura, O. 454.
Haurani, O. 419.
Hava, A. 290.
Havaritae, P. 152.
Havia, O. 97.
Hauiat, R. 96.
* *Hazarga*, P. 158.
Hea, R. 129. 158.
Hedgiaz, R. 77. 82.
* *Hegiaz*, R. 9. 480.
Heiat, A. 279. 285.
Helal, P. 457.
Heliopolis, V. 345. 379. 447.

Hema,

Hema, 381.
Hemi parvum et magnum 500.
Henneiſcha, P. 229.
Heraklea, Heraclie, O. 281.
Heracleopolis. V. 493.
el Herba, 208.
Hercla, O. 255.
Herkla, O. 280. 281. 283. ſinus 281.
Hermaeum, pr. 277.
Hermant, Herment, 510. 524.
Hermes, pr. 277.
Hermonthis, V. 510. 524.
Hermopolis, V. 471.
Heroopolis, V. 442.
Heſperie, V. 292.
Heſperis, V. 305.
Hieroſolyma, V. 339.
Hilan, 452. 453.
Hippo (Diarrhytus, Dirutus, Zaritus), V. 228. 268. 269. 270. Regius, 229.
Hirkaat, M. 239.
Hiſpania, R. 172. 179. 221. 225. 242. 259. 312. 349.
Hit, A. 279. 285. O. 10.
Hoares, Hoari, P. 128. 129. 152.
Hodail, P. 457.
Met el hoſin, 396.
Hone, 186.
Honein, V. 177. 186.
Horan, V. 195. 196.
Horeb, M. 453.
Horrea Coelia, 281.
Mit Houffun, 396.
Hozula, R. 132.
Hud faruch, prt. 199. 204.
Monia al huki, 396.
Hunain, 186.
Ras Hunneine, 186.
Hunnanbar, 186.
Hur. S. 214.
Iabaktin, O. 160.
Iadoc, F. 273.
Iadog, M. 271. 272. 273.
Ιαγαϑ, V. 182.
Iahtan, F. 176.
Iahudia, 297.
Ialah, O 360.
Ialak, V. 69. 73. 75. 76. 85. 89.
Ialamlam, M. 458.
Ia ma, F. 19.
Iamâma, 458.
Ianana, V. 103. 105.
Ian Bet, 88.
Iarſath, prt. 246.
Iasr, D. 40.
Iathne et *Iatſui*, pr. 309.
Iatſrib, V. 440. 441. 444. 445. 455.
* *Ibn al Gad*, A. 284. 285.
Ibn Aiſchun, A. 288.
* Monia Ibn Gerah, 410.
Ibrim, O. 326. 492.
Iça, F. 23.
Icabeth aſſollom, 309.
Ichmim, 513.
Ichthyophagi, P. 95.
Icoſium, V. 216.
Geziret Iddahab, 433.
Iebel Okſeir, M. 477.
Iehud, A. 298.
Iemane, P. 128.
Iemen, R. 9. 91. 95. 105. 458. P. 87.
Jemjem, R. 39. 314.
(Kafr) Schubbra el Jémine 403.
Iendily, vall. 475.
Iermah, V. 137. 138.
Jetſran, 452.
Ιγιλγελει, O. 245. 246.
Jibbel mocatte, l. mocattem, M. 475. Zumrud. 170. Hadeſſa, 281.

Jijel,

Jijel, O. 245. 246. 247.
Jinnet, V. 221.
(al) Ilahun, 469.
[illegible] Ilân, V. 75.
Ilha da Sal, I. 30.
Illiberis, 207.
Dhu Imoriiat, 446.
Imſcherif, O. 393.
Indi, P. 113.
India, R. 87.
India intermedia, R. 81.
Infine, V. 506.
Inſula viridis, V. 7. Cap. virid. 29. beatorum 496.
Inſulae, 185. 214. 343.
Jol, 216.
Ionae, O. 501.
Canalis Joſephi, 331. 468. 470. 471. 513.
Ipodiaritos, L. 268. 269.
Jowries, I. 260.
Irak, R. 465.
Iſa, F. 41.
Iſchbul, O. 394.
Iſchmunein, V. 504.
(Kafr) Miet Iſchne, Medichne 400.
Iscanderia, V. 346.
Isne et Isna, 522. 526.
Iſola de Columba, 200.
Isvan, V. 325. 326. 492. 525.
Jubo, F. 97.
Julia Caeſarea, O. 213. 215. 216.
Iunes, O. 381. 499. 501. 502.
Jurjura, M. 225. 226.
Juſtinianea, O. 281.
Iuzacur, prt. 177. 184.
Ivy, pr. 199.
Izer, V. 139.

Kabab al arif, 416.
Kabaſa, V. 432.
Kaber al bazbaz, 416.
Kabes, V. 253. 258. 261. 262. 263. 273. 288.
Kabodia, 261. 286. 287. 288.
Kacou, 27.
Kadaru, R. 302.
Kades, Idol. 312.
Kadid, 455.
Kafez, A. 249. 298. 305.
Kafr. Abu Ali, 427.
Kafr Abu guàlib, 427.
Kafr Aboutevaki, 392.
Kafr el ätf, 390. 391.
Kafr Miet el As, 398.
Kafr attabanie, 402. 412. 413.
Kafr Dſchanumme, 394.
Kafr Ghali, 427.
Kafr el Ha[illegible]n, 397.
Kafr Miet Iſchne, 400. el As 398.
Kafr Manſûr, 427.
Kafr Mues, 397.
Kafr Namân, 393. 400.
Kafr Salamîe, 427.
Kafr Schubbra el Jémene 403.
Kafr Schukle, 394.
Kaſſa, V. 250. 252. 254. 255. 256. 257. 258. 261.
Kahaki, 504.
Kahera, Kahira, 340. 341. 364. 369. 370. 371. 375. 378. 390. 391. 392. 399. 417. 423. 425. 426. 430. 440. 441. 447. 448. 449. 476. 492.
Kaid Bey, 383.
Kajed, V. 383.
Kairo vid. Kahira.
Kairaoan, *Kairoan*, *Kairuan* Kairwan, 254. 255. 256. 258. 259.
Kais, V. 381. 498. 499.
Kakou, P. 27.

Kalaa, V. 123. 202. 210 211. 212. 230. 234. 235. 237. 239.
Kalaa beni Hamad, V. 210 ſq. 212. 239.
El kalabſche, O. 326.
Kalat Mahedi, V. 123. 145. 173.
Kalema, O. 228. 229. 230. 245.
**Kalgiun*, O. 92.
Kalhan, I. 316.
Kalib al amâl, 432.
Kalibia, O. 250. 278. vid. *Aklibia*.
Kaliuſcha, pr. 295.
Kalmah, O. 229.
Kalmeri, M. 302.
Kallo, V. 247.
Kamar, A. 309.
Miit (Mej) Kamar, 399.
Kamuda, V. 248. 250.
Kamunia, Kamuna, 250. 251.
Kanan, pr. 296. 297.
Kanata, A. 287.
Kanem, R. 63.
Kanhemt, O. 469. 472. 473.
Καυκκις, V. 212.
Καψα, V. 252.
Kapes, V. 262.
Karan, R. 136. 303. 304.
Karan al manâzel, O. 457.
Kari, V. 123. 145.
Kari arena, O. 446.
Karie, A. 278. 285. O. 195.
Karkar, R. 56.
Καρκωμη, V. 206.
Karkona, I. 261. 288. 289.
Karkuna, V. 96.
Karmada, 189.
Karnaſil, 360. 430.
Karnata, 360. 430.
Karne, V. 65.
Karnua, V. 98. 99.
Karoen, V. 255.
**Kartagena*, V. 266. 267. 275.
Καρτευ:αι, V. 206.
Karthago, V. 267.
Karubin, V. 171. 173.
Karudant, V. 140. 142.
Karun, L. 471.
Karure, V. 255.
Kaſa, A. 287.
**Kaſchira al abrâg*, 390.
Kaſchkar, I. 186. 187.
Kasr, 181. 232... 295.
Kasr (abn) abdel Carim, V. 176. 181.
Kasr Cetama, 176.
Kasr Falus, V. 195.
Kasr Masmuda, 180.
Alkaſſer, 176.
Kasrin, 230. 245.
al Kasrin, 438.
Kaſtila, R. 251. 257.
Kaſtilia, V. 250. 251. 252.
Katab, vallis, 192.
Katama, P. 228.
Katan, V. 123. 145.
El Katta, 427.
Kazul, M. 148.
Keff, 248. 254.
Κελαμα, 186.
Kenais al harit, 307.
Kept, 517. 520.
Kerafa, ſepulcret. 476.
Kerkeni, I. 288.
Kerkera, V. 61.
Kermuah, I. 119. 120.
Kern, L. 417. 473.
Ellkerne, 522.
Kerſa, O. 443.
Kezal, A. 287. prom. 287.
Kezula, P. 159.
Khacouni, pr. 96.
el Khadara, 208.
Khalidge al Barbari, 82.

Kharakanie, O. 384.
Kibli, R. 463. 464. 511.
Kift, 517. 518. 519. 520.
[illegible] V. 61.
Kis. 382. 498. 499.
Kiſſe, 230. 232.
Kiufa, 57.
Kobaiſa, 362.
Koft, V. 465. 517. 518. 519. 520. 521. 522.
Kol, V. 202. 228. 244. 247. port. 245.
Mit el Koli, 418.
Kollo, V. 247.
Κολλοψ, &c. 247.
Kolſom, 451.
Kolua al feranin, 200.
Kolzom, M. V. 8. 9. 104. 406. 428. 448. 449. 450. 451. 475. 494.
Komr, I. 114.
Koromfîl, 430.
Korud, I. 120.
Kos, 520. 522.
Koſantina, V. 123. 203. 227. 239. 240. 243. 244. 246. 247.
Kosnat, 148.
Koſtantina (magna) 240.
Koſtara, F. 148.
Koſtina, V. 239. 242. 243. 273.
Kotroba, I. 120.
Koukou, R. P. V. 27. 53. 55. 56.
Kous, 521.
Kraker Vled Aiſa, R. 169.
Kuar, R. 139.
Kufa, 57.
Kukadam, V. 131.
Kulmeeta, 205.
Kuria, I. 285.
Kus, V. 465. 517. 519. 520. 521. 522. 526.
Laca, 309.
Laca, I. 319.
Lacus ſalſus &c. 338 ſq.
Lades, F. 295.
Mehallet el Läbben, 402.
Laka, I. 318.
Lakus, I. 313. 314.
Lamlam, R. 5. 12. 23. 27. 28. 32. 33. 35. 36. 37. 38. 39. V. 37. 41. 45. 48. 53.
Lampedoſa, I. 287.
Lamt, P. 130.
Lamta, M. 131. 143.
Lamta, P. 129. 159.
Lamta, D. 131.
(*Nul*) *Lamta*, V. 129. 130. 132. 133. O. 285.
Lantuna, D. 34. 76. 132. 133. P. 127. 128. 130.
Lancerota, I. 313.
Lanchialos, Langialous, I. 107.
Λανιγαρα, V. 191.
Laon, O. 469.
Lacus, I. 311. 313. 314.
Larache, V. 176.
Larhatt, P. 212.
Lariſch, 407.
Lariſſa, 407.
Larſis, V. 264. 265.
Latf, O. 358.
Lathon, F. 295.
Latopolis, V. 523.
Laturus, S. 187.
S. Laurentii, I. 4. 115. 116. 117.
Lebeda, V. 248. 250. 296.
Lebetes, P. 301.
Lebida, V. 296.
Lempta, V. 285.
Lepida, 296.
Leptis magn. 296. parva 285.
L'erif, R. 464.
Levahat, R. 487.

Lia, O. 457.
Libya, D. 29. 73. 137. 325. 474. 491. 493.
Lindſjib, O. 427.
Lisboa, V. 319. 322.
Liſſa, F. 181.
Lobna, A. 278. 285.
Locca, pr. 309.
Lorat, pr. 310.
Lorifa, F. 181.
Lotophagites, I. 289.
Low-harih, 276. 277.
Luata, P. 495.
Luccus, F. 176. 181.
Luco, pr. 309.
Lukkos, F. 176.
Lunae, M. 5. 11. 82. 83. 84. 85.
Luvata, P. 495.

Maadie, 341. 438.
Maamore, 177.
Maamura, 176.
Maatamadia, O. 422.
Mabdavin, 387. 435. vel
Mabdiun, 339. 435.
Ma-berd, F. 226.
Maçagaõ, V. 169.
Machbaz, pr. 291.
Ma-çochon, V. 169.
Macſara et Maczara, R. 28.
Macul, O. 162.
Madagascar, I. 115. 116. 117.
Madain, O. 9.
Madar, P. 457.
Madaurum, V. 196.
Madera, I. 317.
Madfun, pr. 281. 285. ſinus 280.
Almadhiac, 230.
Madian, 453 ſq.
Madie, L. 439.
Madif, *Madik*, 230.
Madin, O. 443. 446. 453. 454.
Dur Madin, 230. 445.
Madinah i. e. V. 444.
Madſchana vid. Magan
Madſchecaſa vid. Mag
Madſchi vid. Magi.
Madſchus vid. Magus.
Mafrouſin, F. 172.
Magadore, 169.
Magadoxo, F. 97.
**Magana*, O. 250.
Magar al rakim, 306.
**Mageca ſa*, P. 182.
Maghrara, R. 29. 37. 41. 48.
Maghzara, R. 28. 29.
*Magi, P. 68.
Magila, V. A. 175.
Magilla, V. 123. 145. 175. O. 162.
Magnana, O. 205.
Magora, prt. 451.
Magrab, l. 249. al auſath, R. 123. 124. 126. 202. akſa, 322.
Magrara, R. 28. 29. 37.
Magrava, R. 204.
Magſara, O. 508.
Maguila, O. 175.
**Magus*, A. 288.
Mahadia, 260. 261. 278. 286.
Mahaleu, V. 422.
Mahalla, V. 424.
Mahalla al Alui, 433.
Mahalla Damnia, 416.
Mahalla Hart, 423.
Mahalla Schacala, 432.
Mahamet, O. 259. 260.
Ras al Mahbes, 291.
Mahdunes, A. 287.
Kalat Mahedi, 145. 173.
Mahedia, 177. 250. 284. 304
(El) Mahdia, 260.
**Mahgerah*, Mahdſcherah, O 457.

Mahiaa

Mahiaa, V. 456.
Mahmoru, 176.
Maiſcha, O. 457.
Μακαρων νησος, 496.
Schuarat el makâſe, 383.
Makdeſchu, F. 12. 97.
Makua, 104.
Gun al malec, 9.
Malaca, V. 93.
Malacân, hosp. 458.
Malaha, 309.
Maleh, 431.
Malel, V. 38. 39. 46.
Maliana, O. 205. 208.
**Malig*, Malidſch, O. 332. 333. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 387. 401. 402. 431. 432.
Malva, F. 190.
Malvana, F. 189.
Mamakas, A. 305.
Mambra, 177. 188.
Mamore, 176.
Manaa, 100.
Mana, O. 360. 363. 430.
Manad, put. 147.
Manar, A. 280. 285.
Manar, 362. 432.
Manbat, O. 396. 397.
Mandeb, M. 94. 95.
Manfelout, Manfalut, V. 493. 509.
Maniana, O. 205. 208.
Manica, F. 4. 5.
Mankuna, V. 90. 91. 92.
Manomotapa, R. 4.
Manſaf, 294.
Manſou-reah, F. 246.
Kafr Manſur, 427.
Manſura, V. 335. 411. 414. 415. 416. 417.
Manſure, P. 246.
Manſuriah, V. 246.
Manſurie, I. 246.
Manuf al âle, 423 ſq.
Manzal, 147. 443.
Manzal Ibn Sadka, 441.
Manzala, Manzale, L. 334. 335. 338.
Manzut, A. 276.
Mara, V. 36.
Maraa, O. 509.
Maracaſch, V. 153. 154. 158. 162.
Maracates, V. 97.
Maradi, V. 89.
**Marag al Schich* (Maradſch), 307.
Marakah, V. 96. 97.
Marakaſch, V. 147. 150. 152. 158. 169. 175. 226.
Maraſia, Maraiſa, V. 23. 51. 52.
Marbak, P. 27.
Marca, V. 96. 97.
Marcata, V. 76. 85. 86. 87. 89.
Marcetit, prt. 291.
Marcia, A. 291.
Mare Aknabas, 163. Atlanticum, 5. 7. 30. 249. Barbaricum, 98. 103. *Baſul*, 7. 178. *Chazar* l. *Charaz*, 271. Damaſcenum, 4. 325. 328. 449. *Darlaravi*, 10. **Hegaz*, 475. *Hend*, 10. *Hercend*, 10. *Iemen*, 10. Indicum, 9. 10. 82. 104. 112. *Kolzom*, 8. 9. 69. 325. 446. 449. 454. *al Machit*, 6. *Mediterraneum*, 4. 8. 220. 249. 271. 324. 325. 329. 449. *Omanicum*, 10. 99. 114. 115. *Piceum*, 10. 104. 107. Rubrum, 9. 90. 94. 325. 448. 449. *Rum*, 217. 329. *Sahi*, 10. *Salſum*, 10. 90. 99. 112. 207. 334. 475. 529. *Sanficum*, 10.

10. *Schami*, 8. 347. *Septentrionale*, 324. *Sin*, 9. 10. 115. 120. *Sind*, 10. Syriae, 347. *Tabareſtan*, 8. *Tenebroſum*, 7. *Vici*, 7. *Zokak*, 7. 177. 178.
Margiten, pr. 246.
Markerit, prt. 291.
**Marmagena*, *Marmadſchena*, O. 250.
Maroc, Marocco, Maroccum, Marókos, V. 153. 156. 158. R. 2. 3. 129. 130. 158. 190. 256. 257.
Marſa, O. 273.
Ma[illegible]l Charaz, V. *Hazaz*, *Chazar*, 250. 258. 271. 273. 274. Kebeer, 198.
Marſad, A. 280. 285.
**Mars al Dagag*, Mars el Dajaie (Dadſchadſch), V. 219. 220. 221.
Mars al Nachla vid. Nachla.
Mars al Vadi, A. 274.
Martak, P. 27.
Martihn, prt. 182.
Martſom, 444.
Maſamedi, P. 142.
Mascar, 211.
Maſet, prt. 170.
Masfahan, I. 313.
al Maſila, vid. Meſila.
Masku, P. 27.
Kaṣr Masmuda, 180.
Masnara, O. 508.
Masr, V. 363. 364. 365. 378. R. 364.
Masr el atik, V. 364. 366. 369. 371. 447.
Maſſara, O. 508.
Maſſer, V. 364.
Maſtagan, V. 204.
Maſufa, P. 128. 131.
Maſun, F. 189.
Ma Tarea, Matare, Matarea, O. 344. 379. 482.
Matbul, 422.
Mathan, V. 65. 67.
Matifux, A. pr. 220.
Matmata, P. 161.
Matſan, V. 63. 64. 65. 67. 69. 138.
Matter, 258.
Matuna, D. 132.
Matuſa, O. 225. 247.
Mauga, I. 107.
Mauritania, R. 178. 179. 183. 190. 228. 251.
Mazagan, V. 169.
Mazagaõ, V. 169.
Mazagran, O. 205.
Mazegan, 217.
Mazgannan, 215.
Giazaier Mazghanam, 220.
Mazigan, pr. 169. prt. 169.
Mazouna, V. 205.
Mazuar, 189.
Mazuna, V. 200. 204.
Mecca, V. 184. 378. 440. 442. 445. 446. 448. 455. 456. 457. 458 ſq.
Mechella, O. 425. 507.
Mechellet Cais, 498. 499.
Mecnaſa, V. 123. 145. 163. 174 ſq. 176. P. 175.
El Medea, V. 260. 286.
Medera, R. 139.
Mederam Iſa, V. 139. 303.
Almedia, V. 261.
Medichne, 400.
Medina, 440. 444. 445. 446. 455. M. al naby, 445.
Medinat Fars, 502.
Μεγα ακρωτηριον, 186.
Megeima, 184.

Megeru.

Megerda, F. 275.
Meelah (i. Milah), V. 239. 240.
(Gros) Mehallah, 421. 422. 424. 425. C. 421.
Mehalla (al Dachal), 425. Can. 334.
Mehalla Malik, 360.
Mehalla (al) aſſida, 360. 430.
Mehallat Malik, 401.
Mehalle, 412.
Mehallee, 417. 422.
Mehalle el Kebire. 422.
Mehallet Abuàli, 423.
Mehàllet el kbire, 412. 422. 423.
Mehallet el Läbben, 402.
Mehedia, 177.
Mehelle kebire, R. 399.
Mejerda, F. 275.
Mejkamar, 399.
Mèkzara, R. 28. 29. 36. 37. 38. 41. 48. 123.
Mela, O. 239. 241.
Melah, F. 232.
Melave, O. 511.
Melawe, O. 511.
Mele, O. 241.
Melela, O. 185.
Melian, A. 287.
Meliana, V. 123. 201. 202. 205. 208. 209. 213. 249.
Melich, 402.
Melila, V. 123. 185. 190.
Melilla, V. 123. 145. 177. 185. 203. S. 185.
Melinda, V. 98. 100. 101. 102. 113.
Mellaha, 309.
[M]ellak, 187. Ras Mellak 186.
[Mel]lavi, O. 467. 470. 471. [51]2. 513.
[...], R. 39.
Melloüe, O. 511.
Meloui, O. 511.
Melounouſh, 287.
Memphis, V. 366. 371. 378. 379. 380. 424. 465. 477. 493. 526.
Menarah, mauſoleum, 280.
Mendes, V. 405. 436. L. 471.
Mendeſius, F. 338. 405.
Meneſterra, 262. 285.
Menf, V. 365. 378. 379. 380. 424.
Menhamas, O. 512.
Menkî (calitz, canal.) 467. 473. 468. 470. 473. 490. 510. 511. 516.
Menhuſcha, Menhuſa, 298.
Meninx, I. 289.
Menna, 430.
Menouf, 412. 424.
Menoufie, R. 422.
Menſale, V. 163. 166.
Menſchar (al menſciar), pr. 274.
Menslet, L. V. 335. 415.
Mentubes, O. 435.
Menuf, 424. *al ahe*, al ale, 423. 424. il ſephli, 424.
Menzale, L. 334. 335. 336. 337. 338. 404. 415.
Mequinez, V. 174. 175.
Merakſch, V. 153.
Merbad, Merbath, 451.
Mercurii, pr. 276. 277.
Meroe, I. V. 73. 76.
Mers el Seigher, 198. kiber, 198.
Di (al)(Du) Merva, 444. 446.
Meſafa, Meſaff, pr. 199.
Meſan, pr. 295.
Meſchafa, *Meſchana*, pr. 199.
Meſciana, O. 250.
Meſellata, O. 491.

Muçamudins, P. 129.
Kafr Mues, 397.
Mugora, port. 451.
Mulucha, F. 189.
Mulva, F. 189.
Munah, 229.
Munia, V. 502.
Mura, V. 28. 36. 123.
Muſa, M. 179.
Muſi al harar, V. 271.
Musmuda, Musmada, P. 128. 129.
Muſtagan, Muſtaganin, Muſtygannim, V. 204. 205.
Mutaſſan, 413.
Mu[illegible], planit. 219.

Nabal, A. 279. 280. 285.
Nabel, P. 279.
Nabis, O. 279.
Nabli, *Nablia*, I. V. 336.
Nabzart, *Nabzert*, V. 250. 267. 268.
Nachla, prt. 276.
Nachle, planit. 176.
Nacneſet, 306.
Nadama, A. 306.
Nadarma, 148.
Nadoubah, V. 98. 100.
Nadroma, 148.
Nadſchaſata vid. *Nagaſata*.
Nadſched vid. *Naged*.
Nadſcherân vid. *Nageran*.
Naſcherda vid. *Nagerda*.
Nadſchia vid. *Nagia*.
Nadſchiaga vid. *Nagiaga*.
Naſis, P. 158.
Naſta, 250. 258.
*Nagaſata, V. 479. 508.
*Naged al Tajef, O. 457.
**Nagerân*, O. 457.
**Nagerda*, F. 275.
**Nagia*, V. 96. 97. 98. 99.
**Nagiaga (Nadſchiaga)*, V. 85. 86. 87. 89.
Nahal, A. 279. 285.
Nahil, F. 306.
Nahl, A. 279. 285.
Nah'r Waſſel, F. 205.
Naloh, O. 360.
Kafr Naman, 393. 400.
Narakos, A. 232.
Naſaua, 246.
Ναδκυϑα, F. 226.
**Naſch al Hagar (Hadſchâr)* 413. 414.
Nasle, R. 512.
Nasr, D. 40.
Nasnani, F. 192. 193.
Nati, M. 148.
Natur, A. 233.
Naurmart, 204.
Naus, A. 238. 239.
Navala, V. 123. 145.
Neapolis, O. 279. V. 465.
Nebel, O. 279.
Nebrina, V. 51. 67.
Necaus, O. 237.
Nedebe, L. 345.
Nedroma, 186.
Nedſchiaſta vid. *Negiaſta*.
Neduba, V. 100.
Nefçaoa, O. 257.
Nefra, O. 236.
Neſſaoa, A. 257.
Nefta, O. 258. 262.
Neſuſa, M. 256.
Nefzava, V. 250. 257.
Negada, R. 105.
Νηγετα, 258.
**Negiaſta*, O. 508.
Nekau, 148.
Nekaus, V. 123. 203. 227. 238. 239.
Nekius, O. 250. 251.

Nekzava,

Nekzava, V. 250. 257.
Nequade, O. 520.
Neſle, R. 512.
Netuis al ramân, O. 434.
Niaa, A. 288.
Nicaus, O. 239.
Niç-huſe, 237.
Niel, F. 85.
Nifiſa, M. 256.
Nifzowah, R. 257.
Niger, Νιγειρ, F. 23. 30. 31. 32. 35. 37. 38. 49. 50. 249. vid. *Nil Sudan*.
Νιγειρα, V. 43.
Νιγριτης λιμνη, 30. 31. 32.
Nigritia, R. 2. 4. 11. 26. 29. 41. 48. 66. 67. 70. 122. 126. 133. 134. 135. 139. 249. 302. 304. P. 12. 25. 27. 33. 44. 50. 67. 72.
Nik-howſe, 237. 238.
Nikius, O. 332. 386.
Nilfan, O. 250.
Nilus, 11. 13. 14. 15. 18. 19. 21. 22. 29. 30.
Nil Nigrorum (Sudan), 12. 21. 22. 23. 24. 25. 28. 29. 30. 32. 33. 34. 35. 38. 41. 43. 44. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 54. 57. 62. 63. 65. 114. 327.
Nil Aegypti (Mesr), 12. 21. 22. 44. 55. 57. 65. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 79. 82. 84. 85. 88. 97. 127. 146. 205. 249. 325. 326. 327. 328. 329. 330 ſq. 334. 339. 368. 463. Canales 330. 467 ſq. el Abid, 22. el Kebir, 22.
Nimlak, V. 75. 85.
Niſua, V. 276.
Noccore, F. 184.
Nofuſa, M. 143. 252. 256.
Normanni, P. 68.
Nuabia, V. 54. 69. 73. 74. 75. 76.
Nuâs el bahhr, 413. 414.
Nuba, A. 276. 277.
Nuba, L. 23. 51.
Nuba, *Nubia*, R. 2. 4. 12. 23. 54. 55. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 73. 74. 76. 77. 78. 81. 82. 85. 95. 324. 326. 328. 329. 463. 480. 488. 490. 493. 495.
Nubienſes, P. 23. 27. 63. 64. 72. 73. 74. 76.
Nuc, V. 130.
Nufuſa, M. 256.
Nul, F. 130. 133. R. 131. V. 5. 128. 131. 146. *Lamtae*, 127. 129. 130. *Sahrae*, 122.
Numidia, R. 128. 134. 173. 192. 242. 325. P. 242.
Nun, V. 130.
Nuvala, V. 74.

---

al Oahat, R. 486.
Oaſes, R. 486. 487. 488. 491. 492. 493. 494. 496.
Obyr, F. 101.
Ocâd, O. 457.
Och, A. 457.
Ocha, V. 113.
Oeaſis, R. 493.
Ogades, R. 63.
Ohod, M. 445.
Ohran, V. 195.
(Jebel) Okſeir, M. 477.
Okſor, 525.
Olaca, R. 20.
Oman, 101. 104.
Ombarea, R. 20.
Om Dinar, O. 386. 427.

Om Iahia, fons, 193. 194.
Ommirabih, *Om Rabia*, F. 160. 161. 162. 167. 169.
Oni Rabia, O. 160. 161.
On, און, 379.
One, 186.
Ophir, 112.
Oppidoneum, 208.
Oppidum, (quoddam) 195.
Oran ארון, Oranah, Orania, Oranum, V. 195. 196. 198. 199. 204.
Oſchmun Tinnag, 405.
Oſchmunein, V. 503.
Osfan, Oſſafan, 456.
Os[illegible], V. 503.
Osyout, R. 464.
Otkui, 439.
Ouabtara, R. 47.
Ouaçouac, R. 100. 104. 105. 107.
El Ouah, R. 486.
Ouahat, 488.
Ouanfara, R. 47.
Ouarvara, O. 397.
Ouaſis, R. 496.
Ougella, R. 301.
Alouhat, R. 347. 491.
Ouhran, V. 195.
Oujelah, R. 301.
Oulailoula, V. 75.
Oulbali, V. 29.
Ouliki, V. 29.
Oulili, V. 28. 29.
Oumme Dinar; 427.
Ουρβαρα, 186.
el Ovah, R. 487.

Palaeſtina, 119. 325. 345.
Pana, 515.
Panopolis, 514. 515.
Panormus, V. 39.
Peluſium, V. 206. 335. 338. 415. 421.
Penjon (Penon) de Velez 183.
Pentapolis, R. 292. 299.
Perſarum, vrbs 502.
Peſcara, V. 228. 236. 238.
Pesquiere, 338.
Phaama, F. 226.
Phajoum, R. 473.
Phanbalou, I. 117.
Pharan, R. 136.
Phazania, 136.
Pheijum, R. 473.
Phes, V. 170. 228.
Elphium, 469.
Phtemphutis, R. 423.
Phoſthath, Phuſtat, 367. 368. 369. 370.
Phycus, pr. 310.
Pihahhiroth, 475.
Piſidan, V. 256.
Porto-Farino, 262. 269.
Porto Santo, I. 317.
Promontorium ſinus, 185. *(quodd.)* 187.
Pſylli, P. 59.
Ptolemais, V. 292. 306.

Quaqua, R. 56.
Queſt, 517.
Querkynnes, Querkineſs, I. 262. 288.
Quern, L. 471.
Quilimanſi, F. 101.
Quous, 520. 521.

Rabaia, P. 212. 213.
Rabat, 162. 164. 165. 166. 168.
Rabat Taaza, 189. 191.
Rachima, pr. 277.

Radhua, *Radua*, M. 454.
Raſech, O. 407.
Rafina, O. 332. 342. 385. 388.
Rafua, A. 231.
**Ragaraga*, P. 158.
Ragbil, V. 23. 46. 50. 51. 53.
Raguga, 294.
Raguna, A. 288.
(ar) *Rahab*, I. 433.
Rahaba, 444. 446.
Rahat, A. 446.
Er rahaue, 427.
Arraheb, I. 343.
Metrahenni, 392.
Rahiba, 444. 446.
**Rahlgerah*, 333. 410. 411.
Rahuna, P. 161.
Raka, I. 167. 317. 318. 319.
Rakara, P. 161.
(*Monia*) *Rakbe*, 399.
Ramada, Rameda, contin. pr. 308.
Ramâl, 437.
Ramâl aſſinam, 428.
Ramel, F. 295.
Ramle, pr. 288.
Ranah, Raneh, I. 103. 114. 115. 116. 117. 119. 120.
Raoudha, I. 369.
Ras Aconnatter, 214.
Ras Addar, 277.
Ras el Amouſhe, 214.
Ras al Audia, 289.
Ras el Cenais, 308.
**Ras al Gebel*, 275. 276.
Ras el Harſhfa, 188.
Ras Hunneine et Mellak, 186.
Ras al Machbaz, Mahbés, 291.
Ras Rachima, 277.
Ras el Sciara, *Schara*, 295.
Ras Taref, 274.
[illegible]cid, *Raſchid*, V. 329. 333. [illegible]39. 340. 341. 357. 358. 387. 388. 399. 420. 431. 434. 435. 436. 437. 438.
Raſidl, 360. 430.
Raſid, Raſſid, 434. 435. 506.
Raval, O. 166.
Raxaltin, pr. 309.
Rechid, V. 434.
Redini, V. 489. 492.
Reſada, V. 140.
Regian, 182.
Rekada, V. 140.
Remal addhim, 428.
Reſchit, V. 434.
Rezau, 204.
Rgit, F. 169.
Mit rhamr, 399.
Rhaſalme, F. 172.
Rhinocorura, 407.
Rhoda, I. 369. 374.
Riche, 407.
Riega, M. 239.
Rif, L'erif, R. 464.
Rifa, F. 183.
Errifa, R. 184.
Riga, O. 209.
Rihana, A. 287.
Rodakiah, Rodaik, S. 297.
Rodda, I. 369. 371. 373. O. 470.
Rohba, O. 446.
Roida, I. O. 371.
Roude, I. 369. 372.
Rouſſet, V. 434.
Roſetta, Roſette, Roſetto, Roſettum, V. 326. 339. 341. 342. 357. 358. 359. 390. 391. 425. 430. 434. 436. 437. 438. 439. 506.
Rovaitha, *Rovaitſa*, O. 442.
Roxatin, pr. 309.
Rozetto, V. 435.
Rum, A. 288.
Rumelih, vall. 475.

Rummel, F. 243.
Ruramel, F. 243.
Ruspae, 261.
Ruspina, 284.
Ρεσεκκοραι, 214.

Sa, 432.
Saa, F. 190. V. 185. 190.
Saad, P. 457.
Saali, I. 311. 314. 315.
Σαβαι, V. 138.
Sabâla, 442. R. 14.
Sabar, O. 360. 430.
Sabart, A.V. 291.
Sabra, V. 54.
Saborma, I. 115.
Sabr, O. 430.
Sabra, V. 250.
Sabta, סבתה, V. 7. 177. 178. 180.
Sabtelah, V. 253. 254.
Sabu, F. 188.
Sâbur, O. 360. V. 430.
Sâbur, Can. 360. 361. 363. 429. 430.
Sacâf, 424.
Sacala, R. O. 14. 15. 16.
Saccara, 501.
Sacha, 423.
Sachratain, M. 192.
Sad, A. 278. 285.
Saendiun, 433.
Safanâs, 405.
Safakos, Safakoſa, Saffakos, V. 250. 260. 261. 273. 287. 288.
Safar, P. 173. 174.
Safarda, F. 181.
Safatkura, V. 267.
Safiha, 8.
Safiie, V. 170.
Safnâs, 405.
Safraue, O. 173. 174.
**Saga*, A. 262. 264.
Sagmandah, V. 52.
Sagra, V. 66. 67.
Sagraue, V. 123. 145.
Sah; O. 432.
Saha, I. 108.
Sahala, R. 14.
Sahalil, 284. 285.
Sahara i. e. D. 3. 70. 123. 124. 126. 146. 147. 205. Aegypti 475.
Sahareſt, magnum et parvum O. 398.
Saheb, I. 107.
Sahelia, I. 318.
Di Sahem, 458.
Sahi, I. 312.
Sahràdsj, O. 398.
Sahraſcht, 398.
Sahrat, V. 89.
Saiala, A. 446.
Saiara, A. 446.
Said, R. 327. 331. 463 ſq. 492. 494. 500.
Saila, I. 108.
Saiona, V. 111.
Sais, V. 432. 463.
Saiuna, V. 6. 110. 111. 113.
Saka, 423.
Sakajef, A. 233.
Sakiedmuſa, O. 508.
Sakita bouchara, O. 390.
Sala, V. Nigr. 12. 23. 28. 29. 30. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 131. 132. 147.
Sala, *Salah*, V. Barb. 123. 145. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 169. 171. 173. 175. 176. 177 182. 318.
Sala, V. Deſ. 139. 304
Sala, F. 164.

Salah vid. Sala.
Salamie, O. 410.
Kafr Salamîe, 427.
Salé, Salee, V. 163. 177.
Saleb al hemar, S. 290.
Saletta, Saletto, A. 286.
Sâleh, A. 291.
Sâlehia, 390.
Salheie, O. 390.
Sali, V. 163.
Salla, Salle, V. 164. 175.
Σαλθαι, Colon. 222.
Salubân, M. 148.
Samacara, V. 99.
Samaghenda, V. 52.
Samanah, V. 69
(Miniet) *Samanud*, V. 411. 412. 413. 414. 422. 425. R. 409.
Samdiſe, O. 333. 338. 339. 340. 434.
Sâmelâ, 148.
Samfara, V. 52. 54.
Samghenda, V. 51. 52.
Samia, A. 296.
Samkara, V. 52. 62.
Samna, V. 69.
Samnâ, V. 336.
Samunes, 339. 387. 435.
Sana, *Sanaa*, 442. 443. 457. 458.
Sanan, A. 292.
Sanbât, V. 403.
Sancân, A. 457.
Sandaka, V. 412.
Sanhaga, M. 174. P. 126.
Sanhur, V. 424.
Sanmaria, V. 495.
Santa, O. 403.
Santaria, *Sant Ria*, V. 302. 303. 495. 497. 498.
Santuf, O. 386. 424.
Saoulah, V. 76.
Sara, I. 314. 315.
Sara, V. 256.
Sarâ, O. 457.
Sareta, R. 184.
Sargel, R. V. 212. 213.
Sarni, O. 432. 434.
Sarut, O. 384.
Sarvai, M. 148.
Saſil, I. 318.
Satabſif, F. 195.
Sateef, *Satif*, A. 226. 227. V. 228.
Satkura, R. 267.
Saul, O. 510.
Savus, F. 216. 218.
Sayd, R. 9.
Sbe-ah, 286.
Scandarea, V. 346.
Schaab, 444.
Schaba beni Obed, M. 190.
Schabara, L. 148.
Schabia, V. 54. 55.
Schabram, I. 316.
Schâbur, C. 358. 360. 361. 362. 387. V. 430.
Mahalla Schacala, 432.
**Schagra* (*Schadſchra*) 445.
Monia Schahăr, 415.
Schakanes, A. 284. 285.
Schalakan, O. 384. 385.
Schalſân, O. 384. 385.
Schalkan, O. 385.
Schama, V. 54. 55. 66. 67.
Schamas, A. 307.
Schamiin, O. 389.
Schamirak, O. 393.
Schamus, O. 416.
Schankali, P. 99.
Schanſcha, V. 333. 404.
Schanſcha, C. 333. 404. 405. 410.
Schantaria, V. 302.
Schantuf, O. 332. 333. 386. 387. 389. 427. 429.

Schanu-

Schanucha, O. 390.
Schara, prt. 232. 245. prom. 295.
Scharâm, I. 316. 317.
Scharcha, R. 90.
Scharhâm, I. 316. 317.
Scharmaſa, V. 418.
Schech Abade, 506. Haſar, 439.
Scheida, V. 434.
Schelef, Schellif, F. 200. 205. 207. 208. 209.
Schenuan, 386. 389. 390.
Scheremſa, Scherimſah, V. 418. 421.
Scherſchâl, V. 212. 213. 214. 216. 220.
Schikou, R. 63.
Schirinkas, O. 418.
Schobra, O. 338. 383. 393. 403.
Schoebra, 403.
(Kafr) Schubbra el Jémene 403.
Schubbra el moekâſe, 383.
Schubrat el makâſe, 383.
Kafr Schukle, 394.
Sciab, 444.
Sciabra, 383.
Sciagha, V. 423.
Alſciamiin, 389.
Scianſcia, C. V. 404.
Sciantuf, O. 386. 424.
Ras el Sciara, 295.
Sciech Abade, 506.
Sebennytus, 411. 412. R. 409. 423.
Sebſa, 416.
Sebta, V. 177. 178. 179. 180. 181. 182.
Sec al Hamam, 307.
Seciſas, O. 162.
Secmara, V. 23.
Sedfe, O. 399.
Sedrana, P. 159.
Sefala, R. 105.
Sefi, 170.
Seſſaia, F. 218. 220.
**Segelmeſa*, Segelmeſſe, (*Sedſchelmeſa*), V. 29. 34. 45. 50. 123. 130. 131. 133. 134. 140. 145. 146. 147. 148. 149. 173. 439. 511.
Segſeg, R. 51.
Aſſeida, 360.
Sekmara, V. 51. 52. 53.
Sela, V. 163. 164.
Selcâjâ, 148.
Σεληνης ορος, 82.
Sele, V. 166.
Selilgo, M. 188.
Sella, V. 163. 164. 166.
Sellume, collis, 281.
Semagda, V. 52.
Semegonda, V. 23. 50. 51. 52. 54.
Semennoud, Miniet Semenout, Semennours &c. 410. 411. 412. 482.
Sena, A. 113.
Sena, 523.
Senan, A. 203. V. 204.
Senât, F. 175.
Sendabaſt, O. 394.
Sendia, V. 424. 425.
Sendiun, 339. 433. 434. 435.
Senedia, V. 424.
Senegal, F. 23. 35. 114.
Senêgambia, R. 3.
**Senhaga* (*Senhadſcha*), P. 127. 128. 129. 176. 194. fontes 171. M. 160.
Senith, O. 396. 397.
Sennaar, Sennar, R. 56. 85.
S. Sennode, monaſt. 477.
Septa, V. 177. 178. 179.

Septem fratres, 178.
Arx Septenſis, 177.
Serain, A. 442. 457.
Seranda, I. 115.
Serandib, I. 115. 116.
Serceles, O. 213.
Seremſah, V. 421.
Serenkâs, 418.
Sericos, A. 295.
Serimſah, O. 418.
Serpentum, M. 83.
Serra, pr. 274.
Serſel, O. 212. 213.
Serte, O. 294.
Seupta, V. 178.
Sfachs, Sfaks, Sfax, V. 261.
Sherſhel, V. 212.
Sicilia, R. 39. 277. 283.
Sidi Ibrahim, 427.
Sidy Doude, delubrum, 276.
Sjenauani, O. 389.
Siene, V. 391. 526.
Sifahan, I. 313.
Siſte, O. 398. 399. 400.
Σιγα, 186.
Sjiza, 370.
Σιλδα, V. 174.
Sina, R. 107.
Sinaab, 209.
Sinam, *Aſſinam*, *Alſinam*, *Ramâl aſſinam*, 334. 360. 361. 362. 428. 429. 431.
Sindiun, O. 433.
Sinmaria, V. 495.
Sinus arabicus, 8. 82. 325. 449. 454. barbaricus, 82. 95. 98. laturus, 187. Regis, 9. Spiritus S. 6.
* Sirag (Siradſch) 383.
Siraph, R. 104.
Siravi, O. 393.
Miniet eſſiri, 383.
Sirva, 148.
Σισαρος, F. 246.
Sitſe, O. 399.
Σιτιφα κωλονια, 226.
Sitifa, Sitiſis, 226. 228.
Siuna, 391.
Siut, V. 465.
Smaragdi, M. 476.
Smuis, 436.
Sobaitala, *Sobeitala*, V. 253. 254. 290.
Sobta, V. 177.
Sobu, F. 188.
Socmara, V. 51.
Socqia, hoſp. 442.
Sodion, O. 433.
Soebachat arama, L. 429.
Soedd, 439.
Sofala, R. 2. 4. 5. 6. 49. 98. 100. 102. 103. 104. 105. 106. 109 ſq. 113.
Soffroi, Soffroy, 173.
Sofia, hoſp. 442.
Sofia Ghaſcham, A. 457.
Sofr, 442.
Sohar, F. 243.
Sokia, hoſp. 442.
Sokmara, V. 52.
Sokotra, I. 102. 120.
Solcota, A. 286.
Soluc, *Soluk*, 298. 305.
Sonbat, 403.
Sophala, R. 100. 104. 112.
Sort, V. 135. 294. 295. 296. 304. 305.
Souaida, 444.
Souaken, I. 81.
Soudan, R. 56.
Souk, 231.
Souſa, V. 262. 282. 283.
Sous el adna, R. 347. 491. al akſa, R. 140. 141.
Souſe, V. 282.
Spaitla, V. 253.
Sphax, V. 261.

Spiritus

Spiritus Sanct. S. 6.
Stefa, Stefe, V. O. 226. 238. 239.
Suácen, Suacken, I. 9. 81.
Suachen, O. 81.
Sublecte, 286.
Subu, Subur, F. 172. 188.
Sucaicada, O. 254.
Sneeha, O. 81.
Monia Sudan, 381.
Sudeikat, 296.
Sues, Suez, V. 9. 440. 448. 449. 450. 451.
Sufegemare, F. 243.
S[illegible]fe[illegible], O. 332. 385.
Suffetula, V. 253.
Suf-jim-mar, F. 243.
Sugulmeſſe, V. 145.
Süale, V. 139. 304.
Suida, 444.
Suikat Ibn Matcud, 296.
Suk, 360. 430.
Suk al ahad, 230. 231.
Suk al atſnin, 231. 233.
Suk al Chamis, 231. 233.
Sul, V. 467. 470. 479. 490. 510. 513.
Sula, V. 73. 76.
Suli, A. 275.
Sullecti, 286.
Sumatra, I. 114.
Sumbat, O. 403.
Sumir, F. 164.
Sum-mam, F. 226.
Sunbad, O. 403.
Sus, V. 141. 142. 282.
Sus, R. 122. 129. 140. 143. 149. 282.
Suſa, V. 250. 255. 267. 278. 281. 282. 283. 284. 285.
Suſa, R. 140. 158.
Sus al akſa (akſi), R. 33. 122. 126. 131. 140. 141. 149. al adna, 491.
Suſe, V. 282. 283. 284.
Suwaida, 444.
Syene, V. 57. 71. 72. 80. 325. 326. 382. 391. 465. 467. 476. 477. 483. 526.
Syria, R. 38. 106. 262. 324. 335. 345. 352. 406. 407. 450.
Syrtes, 276.

Taadia, pr. 310.
Tabûla, V. O. 426. 458.
Tabaniie, O. 413.
Tabarka, I. 270. prt. 309 V. 258. 269. 270. 273. 274
Tabeherit, 185. 186.
Tâberida, A. 189.
Tabna vid. Tobna.
Tabraça, V. 270.
Tabracum, prt. 270.
Tabrarca, V. 270.
Tabuc, Tabuk, 454.
Tacape, O. 262.
Aquae Tacapitanae, 263.
Taccçace, Taçaze, F. 76. 85.
תחפנחס, 405.
Tackumbreet, 185.
Tadales, V. 123. 202.
Tadela, V. 123. 145. 173. 174.
Taderkat, 231.
Tadmir, 207.
Tadſchua vid. Tagua.
Tafahna, O. 394.
Tafelcâjet, A. 233.
Tâfercenit, prt. 185.
Tâfilet, R. 146.
Tafnes, F. 415.
Tafrute, 261.
Taghrara, R. 28.
Tagiouah, V. 68. 69.
**Tagua*, R. 68. 70. 125. 488. 490.

*Tagua, V. 65. 68. 69. 73.
Taha, O. 504. 509. el modain 509.
Tahart, V. 123. 145. 201. 205. 208. 213.
Tahna, Tahnah, V. 101. 103.
Tahort, R. 201.
Tahune, 307. 308.
Taia, 441.
Tâjîf, 457. 462.
Tailamun, M. 476.
Taima, O. 446.
Tair, I. 167. 318.
Talah, O. 360.
Talcha, Talkha, O. 414.
Talti, V. 402. 403.
Tâmalet, A. 142.
Tamalma, V. 61. 65.
Tâmâmet, V. 122. 140. 142.
Tâmaſet, 148.
Tamedfus, prt. pr. V. 219. 220.
Tamercida, 209.
Tameſna, R. P. 161. 167. 168.
Tamiathis, V. 421.
Tamiea, Tamieh, O. 472. 473.
Tamilat, A. 140. 142. 144.
Tamira, O. C. 472. 473.
Tamlamah, V. 138.
Tamtuna, P. 128.
Tanâh, V. 405. 416.
Tanaſa, V. 206. 207.
Tanger, V. 8. 180. 267.
*Tangia, V. 8. 177. 180. 181. O. 267.
Tangier, V. 181.
Tânimâl, A. 142. 144.
Tanis, 206.
Tanis, L. 334. 335. 387.
Achmum Tanis, 405.
Tanmalat, A. 144.
Tannica, 267.
Tansghia, V. 180.
Tanſus, 383.
Tant, (A.) 389. 402.
Tanta, O. 402. 412.
Tantana, 402. 421.
Tantane, Tantani, 334.
Tanuſcher, 516.
Tanut, 360. 430.
Taphitis, 278.
Taphnes, F. 415.
Tapoſiris, 438.
Tarabilis, V. 292.
Taracos, A. 232.
Taradant, V. 140.
Tarba, O. 457.
Taref, pr. 274. A. 446. Meſchafa, 199.
Tarfa, V. 258.
Tarſavi, prt. 308.
Tarha, V. 93.
Tarib? 477.
Tarichiae, I. 260.
Tarif, I. 7. 180.
Tarim, M. 354.
Tarmah, V. Nigr. 96. 97.
Tarma, V. Magr. 123.
Tarmi, V. 93.
Tarmid, fons, 252. 253.
Tarnaut, Tarnut, V. 345. 360. 886. 426. 427. 429.
Tarodantum, Taroudant, V. 140. 141. 142.
Tarout eſſcherif, O. 470. 471.
Tarſcha, A. 274.
Tarſiſa, Tarſus Ciliciae, 265.
Tartſuta, 431.
Tarudant, V. 122. 140. 141. 142. 144.
Tarut eccherif, iſſcerif, 470. 471.
Taſchmes, R. 181.
Tattaun, V. 177. A. 182.
Tâuarâ, 294.
Tauart, 232.
Tay, P. 465.

Tâzecâ, A. 183. 233.
Tâzecaget, V. 133.
Tazolo, R. 20.
Tebecrit, 185.
Tebeſſa, O. 229.
Tebſa, 229.
Tebuierin, V. 122. 142.
Teclaca, O. 236.
Teddeles, V. 202. 223.
Baye de Teddert, 199.
Tedla, O. 174.
Tedles, R. 158. O. 174.
Tefas, V. 228.
Tefeſſa, Tefeſſad, O. 229.
Teffa, O. 326.
Teffeſſad, 216.
Tegewſe, O. 257.
Tegla, M. 21.
Tegort, V. 201.
Teguſe, 257.
Tehama, R. 9. 105. 457.
Teihamert, O. 473.
Teiieutum, V. 142.
Alteilamoun, M. 477.
Teïones, pr. 308.
(Gebel) Teir, M. 476. 477.
Teiuiuin, *Teiutuin*, *Teiutin*, V. 122. 140. 141. 142.
Tekadus, 400.
Tekdour, V. 33.
Tekios, *Tekius*, V. 250. 251. 252.
Telemſan, V. 123. 145. 147. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 194. 195. 201. 202. 203. 204. 205. 226.
Telenſin, V. 206.
Telida, A. 288.
Telinſin, R. V. 191.
Telmeſſan, V. 191.
Temâlabe, P. 128.
Temalma, V. 138.
Temeçen, R. 161.
Temendeſuſt, Temendfuſe, O. 220.
Temesne, R. 129. 161.
Templi pitti, M. 83.
Temsna, R. 161.
Tenes, Tenez, V. 123. 194. 200. 202. 203. 205. 206. 207. 212. 213.
Tenes, 387.
Tengis, V. 180.
Ténnin, I. 316.
Tennis, V. 206.
Tennis, I. L. V. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 386. 387. 388. 394. 404. 405. 406. 407. 408. 414. 415. 416. 420. 425.
Tenosra, Tenôthra, 516.
Tenſif, *Tenſift*, F. 157.
Tentyra, 516.
Tenuamia, R. 139.
Teoirraga, 491.
Teozara, 491.
Terabulus, V. 292.
Terane, Terrane, Terenuthis, Teremuth, V. 345. 346. 386. 429.
Terma, V. 96. 97.
Teſſet, V. 5. 131.
Teſſouwa, V. 138.
Tetteguis, O. 182.
Tetuan, V. 182.
Teuchire, V. 292.
Teuſar, O. 257.
Tevecrit, 185.
Teza, V. 183. 189.
Tezteza, V. 226.
T'feſſad, O. 229.
Thabanea, C. 412.
Thabanie, 413.
Thabena, 234.
Thabraca, O. 270.
Θαβένα, 234.

Thala;

Thala, M. 53.
Thamiatis, V. 335.
Thanach, V. 405.
Thanan, V. 65.
Θαψος, Thapſus, 286.
Tharmi, V. 93.
Tharſchiſch, 265.
Tharſis, Tharſus, V. 264. 265.
Thebae, 229. 507.
Thebaicum, D. 66.
Thebais, R. 466. 475. 476. 477.
Thebanié, C. 412.
Thebes, Thebeſtis, 229. V. 483. 493. 496.
Themaie, V. 417.
Themiſſa, 265.
Theremuthis, 429.
Theveſte, V. 229.
Thilmoun, M. 516.
Thine, A. 335. 338.
Thmuis, 436.
Thracia, R. 242.
Thobania, 413.
Thomas, I. 314.
Thouïour, I. 167. 318.
Tichaſa, 257.
Ticlat, A. 231.
Ticſas, O. 162.
Tifáſch, Tifex, Tiffeſh, V. 123. 203. 228. 229. 245.
Tifiſás, 182.
Tigumedeta, V. 142.
Tih (beni Israel) D. 325. 450.
Tihamert, O. 469. 472.
Tihemt, L. 469. 470. 472.
Tilamon, *Tilamun*, M. 476 ſq. 516.
Tilimſan, R. 202.
Tina, 234.
Tingi, V. 180. 181.
* Aſchmun (Oſchmun) Tinnag (Tinnadſch), 405. 415.
Tinta, V. 389. 402.
Tipaſa, Tipſa, O. 216. 229.
Tirca, *Tirka*, *Tirki*, V. 12. 23. 51. 52.
Τισκρος, 257.
Tlemiſan, Tlemſan, V. 191. 195. 198.
Tniſs, V. 206.
Tobna, V. 123. 203. 234. 235. 236. 237.
Tobulba, 286.
Tocrur, R. 32. 36. 48. 82.
Tocrur, Tokrur, V. 12. 23. 28. 29. 33. 34. 35. 36. 37. 131. 132. 133. 134. 147.
Tocrur, 177.
Tolmaitſa, Tolmeitſa, Tolmaitſaha, Tolmitſaha, Tolomette, Tolometta, V. 292. 297. 298. 300. 306.
Tombut, R. 4. 47.
Toſava, V. 137. 138.
Touzar, Tozer, V. 257. 258.
Trabuco, Trabucho, 309.
Trebeliz, V. 292.
Tremezen, Tremiſen, V. 191. Tremecen, V. 193. R. 213.
Trieb, O. 395.
Τριηρων ακρον, 296.
Tripolis, R. 2. 3. M. 127. 129. 143. V. 129. 137. 248. 249. 250. 262. 292. 293. 294. 295. 296. 300. vet. 291.
Triton, F. 263. L. 305.
Trocara, V. 292.
Troglodytae, P. 81. 99.
Tſabania, V. 413.
Tſalah, O. 360.
Tſamale, 188.
Tſana, O. 362. 432.
Tubnah, Tubn, V. 234. 235.
Tucha, O. 334. 405. 407. 414. 415. 417. 420.
Tuckuſch, O. 251.

Tuggurt, V. 201.
Tumi, V. 85. 93.
Tuna, I. V. 336. 337.
Tunes, V. F. 248. 250. 255. 256. 258. 259. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 271. 272. 274. 275. 276. 290.
Tunga, 267.
Tunia, 307.
Tunin, O. 159. 160.
Tunis, R 2. 3. 135. 228. 242. 256. 257. 270. 283. 289.
Tunis, V. 218. 255. 256. 259. 264. 265. 269. 278. 289. טונים 290.
Tunus, V. 264.
Tur, M. 451. 452.
Turris Hannibalis, 260.
Tuſemt, 298.
Tuſihan, pr. 278. 285. A. 279. 285.
Tuzar, *Tuzer*, O. 238. 251. 253. 255. 257.
Tzana, L. 84.

Vl achſas, 426.
Vlcos, F. 176.
Viil, I. V. 3. 12. 26. 28. 29. 30. 31. 35. 40. 147.
Vmarabea, F. 160.
Vsvan, O. 525.
Vtica, Vtique, V. 267. 269.
Vtrecht, V. 266.

Vacca, O. 258.
Vacouac, Vacuac, 105. 107.
Vad el Cabir, F. 225.
Vadan, R. V. 125. 135. 136. 137. 139. 302. 303. 304.
Vadi-laacqic, F. 446.
Vadi al atik, F. 446.
Vadi alcqora, *al kari*, 444. 446.
Vadi Borcha, 82.
Vadi Molveiaha, F. 189.
Vadi al raman, F. 163. 164.
Vadſchera vid. *Vagera*.
Vafat, V. 91.
Vaga, V. 221.
Vagenſe, O. 258.
* *Vagera*, V. 123. 145.
Vah, R. 325. 486. 487. 490. 492. 494. 495. 497. 498.
Vahat, F. vall. 231.
(al) *Vahat*, R. 62. 68. 70. 325. 329. 468. 479. 485 ſq. 498.
Vahdan, 204.
Vaheda, R. 302.
Vahida, O. 446.
Vahran, V. 123. 145. 177. 186. 188. 194. 195. 196 ſq. 202. 204. 207.
Vakur, prt. 200. 201. 212.
Vakvak, I. 10. 104. 107. 108. P. 104. R. 2. 5. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 111.
Vancarah, R. 47. 49. 51.
Vaneſcheriſch, Vaneſcheris, M. 201. 205. 208.
Vankara, I. 23. V. 51. R. 12. 29. 36. 41. 44. 46. 47. 48. 49. 50 51. 52. 53. 56. 65. 67. 133. 134.
Vankâſar, V. 403.
Vanſiſan, fons, 160.
Varada (diverſ.) 406.
Vardania, prt. 186.
Vardaſa, 294.
Vareſu, A. 231.
Vareclan, V. P. 26. 40. 44. 49. 58. 125. 133. 134.
Varura, O. 397.
Vaſât, 465.
Vaſchân, P. 128.

Vaſelat,

Vaſelat, Vaſſalat, M. 262. 263.
Vatida, O. 416.
Vaza, A. 287.
Vazura, 397.
**Vegad* (*vedſchad*), M. 148.
Velez de Gomére, V. 183.
Veſcerita, V. 238.
Vled de Non, R. 131.
Voſtani, R. 464 ſq. 492. 511.
Voy, V. 433.

Wach. R. 487.
Wadam, R. 136.
Wadilkora, 444.
Wadi Ramel, F. 295.
Wadnun, V. 130.
Wäddan, R. 136. 139.
al Wah, Wâhat, R. 464. 486. 488. 491. 495.
Wangara, R. 47. 48.
Wan-naſh-reeſe, M. 208.
Wararik, D. 427.
Warrán, V. 195.
Warura, O. 397.
Wedan, R. 136.
Wed el Kaſaab, F. 210.
Wed el Mailah, F. 232.

Xaca, R. 20.
Xois, V. 423.

Yiffer, 221.

Za, F. 189. 190.
Zaab vid. Zab.
Zaara, R. 66.
Zab, R. 133. 134. 139. 234. 235. 236. 238. 257.
Zabid, prt. 87.
Zabid, V. 458. 480.
(Gun) Zadic, S. 297. 310.
Zafina, O. 385. 388.
Zagara, R. 65. 66. 137.
Zagarin, P. 66.
Zagava, R. 52. 54. 137. V. 65. 66. 67. 68.
Zagauin, P. 66. 68. 69.
Zaghara, R. 56.
Zaghaoua, R. 56.
Zagbaoue, P. 27.
Zagoan, Zagouam, Zagwan, M. 255. 256.
Zaifeti, O. 385.
Zaila, R. 90. 92. V. 91.
Zala, V. 91.
Zâla, V. Deſ. 139. 296. 302. 303. 304. 305.
Ζαλακου, M. 208.
Zaleg, R. 9. V. 86. 89. 90. 91. 92. 94.
Zamacher, Zamakhir, V. 476. 479. 516.
Zambize, F. 6. 113.
Zanedges, I. 107.
Zanfara, Zanfora, V. 52. 63.
Zanguebar, R. 4. 49. 98. 99. pr. 102.
Zanzibar, I. 119.
Zanzour, O. 292.
Zaovia, M. 164.
Zar, L. 334. 338. 405. 406.
Zarat, A. 289.
Zatima, M. 213.
Zavia, O. 190.
Zavila, V. 125. 136. 139. 303. 304. 305.
Zavila ben Chatab, 296. 303. al Sudan, 304.
Zavioe, O. 439.
Zeb, R. 236.
Zebeh, F. 102.
Zeert vid. Zirt.
**Zegan* (*Zedſchan*), 182.

Zejad,

Zejâd, A. 287. 288.
Zeila, R. 4. V. 90. 91. 92.
Ζηλις, V. 181.
Zembre, I. 277.
Zenata, Zenetes, *Zenate*, P. 128. 129. 161.
Ze-nati, F. 189.
*Zeng (Zendſch), P. 113.
**Zengitana*, R. 2. 4. 5. 23. 95. 98. 99. 100. 102. 104. 105. 106. 109. 111. 114. 117. 118. 120.
Zenzibar, I. 4.
Zephte, O. 399.
Zerbi, la Zerbas, I. 290.
Zeuzitania, 281.
Zeyla, V. 4. 90. 91. 93.
Zhoore, F. 243.
Zifeta, O. 385. 390.
Monia Zifte, 399.
Ziguenſis, M. 255.
Zila, R. 27.
Zilia, Zilis, V. 181. F. 181.
Zindges, Zinge, R. 12. 8. 95. P. 101.
Zinges, P. 27. 100. 101. 104 112. 118.
Zinhagiens, P. 129.
Zeert (Zirt) al Heile, I. 246
Zirva, I. 290.
Zis, F. 146. 149.
Zitfoe, 399.
Zizua, I. 290.
Zoara, V. 256.
Zokak, mare, 7. 177. 178.
Zomzom, put. 461.
Zorud, V. 250. 256.
Zoufeti, O. 385.
Zour el Hamam, 200.
Zowamures, I. 277.
Zow-an, Zowon, Zowwaan, M. 255. 256.
Zuda, P. 158.
Zueela, V. 138. 305.
Zumrud, M. 79.
Zuweilah, V. 303. 304.

00048716

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 15 June, 2016